CODEX DIPLOMATICUS

SACRI ROMANI IMPERII COMITUM

FAMILIAE TELEKI DE SZÉK

CODEX DIPLOMATICUS

SACRI ROMANI IMPERII COMITUM


FAMILIAE TELEKI DE SZÉK

**

LIBERALITATE EORUNDEM EX ARCHIVO MAROS-VÁSÁRHELYIENSI

PUBLICARI FECIT

SOCIETAS HISTORICA HUNGARICA



TOMUS SECUNDUS 1438—1526

OPERA

SAMUELIS BARABÁS

membri dir. societatis

BUDAPESTINI

TYPIS SOCIET. ANNON. ATHENAEUM

MDCCCXCV

A

RÓMAI SZENT BIRODALMI GRÓF

SZÉKI TELEKI CSALÁD OKLEVÉLTÁRA

**

A CSALÁD ÁLDOZATÁVAL A MAROS-VÁSÁRHELYI LEVÉLTÁRBÓL

KIADJA

A MAGYAR TÖRTÉNELMI TÁRSULAT



MÁSODIK KÖTET 1438—1526

SZERKESZTETTE

BARABÁS SAMU

vál. tag

BUDAPEST

AZ ATHENAEUM R. TÁRSULAT KÖNYVNYOMDÁJA

MDCCCXCV

TARTALOM.

Lap

Lap

Lap

Lap

Lap

PÓTLÉK.

Lap

Lap

OKLEVELEK

1438—1526.

I.

Váczon, 1438. apr. 10.

Albert király megparancsolja az erdélyi káptalannak, hogy Kende fia Jánost és fiait Lászlót, Mihályt, Kenderest és Miklóst, továbbá Kende fia Kendét a vásár jogán őket megillető hunyadvármegyei Alsó- és Felsőpala birtokába iktassa be.

Albertus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Austrieque et Stirie dux, necnon marchio Moravie fidelibus nostris, capitulo ecclesie Transsilvane salutem et gratiam. Dicit nobis Ladislaus filius [Iohannis] filii Kende de Molomvyz in sua ac eiusdem Iohannis patris, necnon Michaelis, Kendres et Nicolai carnalium ac Kende filii Kende patrueli(s) fratrum suorum personis, quomodo ipsi in dominium quarundam possessionum Alsopala et Felsewpala vocatarum, in comitatu de Hunyad existentium (et) habitarum, ipsos emptionis titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Dionysius de Zenthgeorgh vel Stephanus de Hesdath, aut Stephanus de Zylwas sin Dionysius de Chwla, aut Mursina de Domsas neve Kendres de Zallaspathaka aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum Alsopala et Felsewpala vicinis et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos exponentes in dominium earundem, statuatque easdem ipsis cum cunctis earum utilitatibus et pertinentiis quibusvis premisse emptionis titulo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra prefatos exponentes in presentiam vayvode partium nostrarum

Transsilvanarum ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus ac termino assignato eidem vayvode more solito rescribatis. Datum Wacie, feria quinta
1438. apr. 10. proxima post dominicam Ramispalmarum anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octavo.

Az erdélyi káptalannak 1591. jun. 7-én kelt átíratában azon megjegyzéssel, hogy az eredeti hátán *Dionysius de Zenthgeorgh, capitularis dominus plebanus, feria sexta ante festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum* (apr. 25.), *tribus diebus, nemine contradictore* följegyzés volt olvasható, *3044*.

II.

Tordán, 1439. jan. 27.

Lépes György erdélyi püspök Vörös Jánost, a püspökség birtokát képező Krakó bíráját, a földesurak ellen irányult pórlázadás idején tanusított hű szolgálatai jutalmáúl s a török pusztítás okozta elszegényedése következtében, a krakaiakra kirovandó mindennemű egyházi adófizetés és szolgálat alól fölmenti.

Nos Georgius dei et apostolice sedis gratia episcopus Transsilvanus memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis et diligenter pensatis fidelibus servitiis servitiorumque meritis providi viri Iohannis rufi iudicis de Craco, iobagionis dicte nostre ecclesie, quibus nobis a multis retroactis temporibus complacuit et in futurum complacere nititur, maxime et presertim propter fidelissima servitia tempore disturbii, rumorum et guerrarum rusticorum infidelium contra eorum dominos naturales et terrestres pervitiose et nequiter insurgentium, pervisis ipsorum conatibus in quantum valuit et potuit fideliter resistendo, nobis per eum facta et exhibita; attentis etiam egestatibus et inopia ipsius per invasiones et devastationes et depopulationes partium istarum Transsilvanarum sevissimorum turcorum sibi illatis et irrogata, ipsum quoad domum suam propriam dumtaxat de omnibus censibus, col-

lectis, datiis, muneribus et servitiis quibuslibet prefate possessionis ecclesie nostre (Craco) nuncupate consuetis et actenus ob(serv)atis, nobisque et nostris successoribus episcopis fieri debendis et exsolvendis ac etiam de taxis generalibus ad dictos iobagiones ecclesie nostre de ipsa [Crac]o in processu temporum per nos et nostros successores imponendis duximus eximendum et penitus supportandum, ita scilicet, ut ipse solutione censuum dictorum, [cen]suum festi sancti Martini singulis annis nobis et successoribus (nostris) ex parte ipsorum iobagionum ecclesie nostre de Craco in puro argento pro[venientium] omnino sit exemptus et supportatus, illaque solutio, quam ipse dictorum censuum solvere deberet singulis annis ad rationem episcopi, defalcari debeat, hanc libertatis gratiam specialem in filios filiorum suorum heredumque successoribus et posteritatibus succedendam et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam eidem concessimus, imo concedimus et libertamus vigore et testimonio presentium nostrarum literarum, sigillo nostro anulari consignatarum et eidem concessarum mediante. Datum Thorde, feria tertia proxima post festum Conversionis*) beati Pauli apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo trice- 1439. jan. 27.
simo nono.

Az erdélyi káptalan requisitorainak 1685. jun. 21-én a Teleki Mihály részére kelt kiadványában, melynek Vörös (rufus) János által hártyán bemutatott eredetijét a káptalan 1439. *feria tertia proxima post festum Ascensionis Domini* (maj. 19.) *honorabilibus [et dis]cretis viris dominis Demetrio preposito, Georgio cantore decano, Iohanne custode ceterisque canonicis dicte ecclesie nostre salubriter exis[tentibus et de]vote* írta által, *8245*. Ez utóbbi átírat egykorú másolata hártyán, az orsz. ltárban *Dl. 29,249.*

---

*) Hibásan *Conversationis* az eredetiben.

III.

Budán, 1439. febr. 7.

Albert király megparancsolja az erdélyi káptalannak, hogy a török berontása idején okleveleiket elvesztett, állítólag hátszegvidéki királyi oláhokat, malomvízi Kende fia Jánost s fiait Jánost, Lászlót és Kenderest, továbbá Kende fia Kendét a nova donatio útján nekik adományozott hunyadvármegyei Malomvíz, Malomvíztorok, Sebestorok, Osztrogyál, Szabadfalu és Oncsokfalu birtokába iktassa be.

Albertus dei gratia romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex et dux Austrie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Albensis Transsilvanensis salutem et gratiam. Cum nos tum pro fidelitatibus et fidelibus servitiis Iohannis dicti Kende de Molomvyz ac Ladislai filii ipsius, necnon Kende filii Kende de eadem nobilium ut dicitur volahorum nostrorum districtus nostri Hatzczak appellati, per ipsos primitus sacre corone dicti regni Hungarie condamque serenissimo domino Sigismundo romanorum imperatori ac prefati regni Hungarie regi, patri et socero nostro felicis memorie in plerisque suis et eiusdem regni Hungarie agendis et expeditionibus, demum nobis solium et regimen prefati regni Hungarie opitulamine celico adipiscentibus nostro culmini possetenus exhibitis et impensis, tumque propter instrumentorum literalium eorum super possessionibus et iuribus ipsorum possessionariis confectorum in nuperrimo nefandissimorum turcorum ipsas partes nostras Transsilvanas hostiliter invadentium et vastantium introitu amissionem ut fertur et deperditionem, possessiones ipsorum Iohannis ac Ladislai, Kendrisque et Nicolai filiorum suorum, necnon Kende filii Kende videlicet Molomvyz predictam ac Molomvyztorok, Sebestorok, Oztrogyal et Zabathfalw nuncupatas, in predicto districtu Haczczak et in comitatu de Hwnyad habitas, in quarum pacifico dominio ipsorum progenitores a dudum perstitisse, ipsique Iohannes et filii sui in unius directe medietatis, alterius vero similiter equalis medietatis prefatus Kende filius Kende persistere asseruntur de presenti, eisdem Iohanni et filiis suis, dempto Michaele filio ipsius

Iohannis, quoad ipsam unam medietatem, quoad aliam vero similiter medietatem possessionum predictarum annotato Kende filio Kende, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, preterea possessionem Onczokfalw vocatam iam fatorum Iohannis et filiorum suorum ut dicitur emptitiam, in cuius similiter dominio idem Iohannes et filii sui quiete existere narrantur, eisdem Iohanni et filiis suis dumtaxat et modo simili ipsorum heredibus, premissis ita prout prenarratur stantibus et se habentibus, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum nove nostre donationis titulo in perpetuum contulerimus, volumusque ipsos in earundem dominium legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mursyna de Demsesh vel Dionysius de Zenthgeorgh, ac alter Dionysius de Chvlay seu Michael sive Ladislaus filius Michaelis de eadem aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum Molomvyz ac Molomvyztorok, Sebestorok, Oztrogyal et Zabathfalw, necnon Onczokfalw vocatarum, vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat ipsos Iohannem et filios suos, necnon prefatum Kende filium Kende in dominium earundem possessionum Molomviz ac Molomvyztorok, Sebestorok, Oztrogyal et Zabathfalw vocatarum, easdemque quoad unam ut prefertur directam medietatem eisdem Iohanni et filiis suis, dempto predicto Michaele, quoad alteram autem similiter equalem medietatem prelibato Kende filio Kende, item predictam possessionem Onczokfalw ipsorum Iohannis et filiorum suorum ut premittitur emptitiam eisdem Iohanni et filiis suis tantummodo sub modis, formis, pactis et conditionibus in pre allegatis aliis literis nostris donationalibus contentis et specificatis, statuat premisso nove nostre donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Iohannem, filiosque ipsius et prefatum Kende nostram personalem in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi possessionarie introductionis et statutionis seriem, ut fuerit expe-

diens, cum contradictorum et evocatorum, si qui apparuerint, vicinorum quoque et commetaneorum, qui ipsi statutioni intererunt, nominibus ac termino assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die
1439. febr. 7. festi beate Dorothee virginis et martyris anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

Kivűl: Fidelibus nostris, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane pro Iohanne dicto Kende de Malomwyz et aliis intra scriptis introductoria et statutoria.

Az erdélyi káptalannak 1591. jun. 7-én kelt hibás átíratában, *3044.* Eredetije papíron, nagy záró pecsét töredékeivel az orsz. ltárban *Dl. 30,800.,* hátán a következő följegyzéssel:

Homo regius Ladislaus de Chulay, capitularis Lucas deaconus de Vaya, commetanei Banch (de) Sebeshel ac Ladislaus de Clapothiba, necnon Bacoch de eadem, coram istis introduximus nobilem virum Iohannem Kende de Molomviz et coram aliis commetaneis kenzenís et aliis laicis ad villam Zabatfalw ac Molomviztorok, necnon Molomviz ac Sebestorok, necnon Ozthorgyal, contra quas non fuit contradictum. Item commetanei Onczokfalwa Balatha et . . . de Oztrow ac Ladislaus de Clapotya, necnon Bacoch de eadem; mediam partem predicte ville Onczokfalwa vocate contradixerunt filii Buda Dionysius nomine ac Iohannes, necnon Demetrius de eadem villa; quartam partem alterius medietatis contradixit Pant de eadem villa; ad alias tres partes introduximus predictum Iohannem Kende cum filiis suis intra scriptis.

Egy más, szintén egykorú káptalani följegyzés szerint az iktatás *sabbato ante dominicam Letare* (mart. 14.) történt, az ellenmondók pedig *Demetrius filius Buda de eadem, Iohannes, Dionysius et Stephanus fratres eiusdem Demetrii,* továbbá *Paanth de eadem* (Onchokfalua) voltak.

IV.

Görgényben, 1439.

Reszegei Gergely és Szentkirályi János görgényi várnagyok kérik Bolgár János özvegyét, hogy Mihály teleki vajdának, Ferencz kapusi kenéznek és egy Fülöp nevű oláhnak elvett javaikat adassa vissza.

Generosa domina nobis honoranda.

Enodetur vestre dominationi, sicuti etiam alias postulassemus iustitias a vobis Michaeli vayvode de Theleky, quod promisissetis ac tamen usque huc exhibere recusastis. Insuper res et bona Francisci kenezii nostri de Kapws a quodam fratre suo ad ipsum devolutas detineri fecissetis et teneretis pro presenti in eadem villa Pakocha. Item etiam Bagdan kenesinus vester de Pakocha cuidam volacho in territorio castri nostri scilicet Philippo XXXX oves sine suis meritis detinuisset. Unde ad presens rogitamus vestre generositatis dominationem, quatenus iam dictis hominibus et iobagionibus domini nostri regis predicta bona ipsorum reddere et restitui facere dignemini et velitis iustitias ipsis exhibere, alioquin predictos iobagiones domini nostri regis tam dampnis gravissimis permanere nullatenus permittimus, usque huc etiam respectu nobilis viri Semyen compatris nostri fieri nam permisimus. Scripta in Gergen, feria sexta in Quatuor temporibus *) anno domini XXXIX. 1439.

Gregorius de Rezege
et
Iohannes de Zenthkiral
castri Gergen.

Kivűl: Generose domine relicte seu conthorali condam Bolgar, domine nostre multum honorande.

Eredetije papíron, záró viaszpecsét nyomaival, *jelzet nélkül.*

*) A kántorbőjtök 1439-ben febr. 25., maj. 27., sept. 16. és dec. 16-ik napjára estek. Mivel oklevelünk nem mondja, hogy melyik kántorbőjt hatodik feriáján írták ezt a levelet: közelebbi datumát meg nem határozhatjuk.

V.

Gyulafehérváron, 1440. jan. 13.

Márton hunyadi főesperes és az erdélyi püspök vicariusa megparancsolja a nyárádtői, szentkirályi és vásárhelyi plebanusoknak, hogy tuzsoni Bolgár Lászlót a néhai Bolgár Jánosné nászajándékát illetőleg anyjának, Hidegvízi Bartánénak elégtételadásra szólítsák fel, ellenkező esetben őt, házát, birtokait, jobbágyait a keresztelés és temetés kivételével vessék egyházi átok alá.

Martinus archidiaconus de Hunyad vicariusque reverendi in Christo patris et domini domini Georgii episcopi Transsilvanensis discretis viris dominis Anthonio vicearchidiacono, necnon Blasio de Naragthu, item de Zenthkyral, de Vasarhel ecclesiarum plebanis mutuam in domino karitatem. Quia Ladislaus Bolgar de Tuson contra nobilem dominam Katherina vocatam, relicta(m) condam Barthe de Hidegwis ratione iurium nuptialium condam Magdalene filie sue, consortis scilicet condam Iohannis Bolgar ter citatus, evocatus et ammonitus iuri parere recusavit, nosque eundem contumacem reputantes, quare vobis in virtute sancte obedientie et excommunicationis pena firmiter precipiendo mandamus, quatenus dum presentibus fueritis requisiti vel alter vestrum fuerit requisitus, moneatis prefatum Ladislaum, ut ipse infra XV dies a die vestre monitionis iuribus ac rebus nuptialibus eidem domine Katherine satisfactionem impendat congruentem ac bono modo concordet cum eadem, alioquin elapsis XV diebus eidem cum sua domo et omnibus suis possessionibus et iobbagionibus, preter baptisma parvulorum et penitentias morientium generali interdicto ecclesiastico imponatis et faciatis firmiter observari tamdiu, donec ad premissa compellatur, notificantes eidem, quod si in ipso interdicto perseveravit indurato, tandem contra eundem per alia gravamina maiora, quantum de iure poterimus, procedemus; et post hec vestre exsecutionis seriem nobis conscientiose rescribatis. Datum
1440. jan. 13. Albe, ultima die octavarum festi Epiphaniarum Domini anno eiusdem Millesimo quatringentesimo quadragesimo.

Eredetije papíron, alján pecsét helyével, *7070.*

VI.

Szentpálon, 1442. jul. 23.

Hunyadi János erdélyi vajda és Bolgár László a kárt, melyet ölvesi és pakocsai jobbágyaik egymásnak okoztak, jóvá tenni igérik, egyéb hatalmaskodások elintézését pedig a hadbaszállás tizenötödik napjára halasztják.

Iohannes de Hwnyad vayvoda Transsilvanus etc. damus pro memoria, quod nos pro parte iobagionum nostrorum de Ewlwes una cum nobili et egregio Ladislao Bolgar similiter pro parte iobagionum suorum de Pakacza statuimus concludendo de partium voluntate, quomodo die dominica proxime jul. 29.
affutura partium queque, assumptis idoneis viris nobilibus pariter et ignobilibus pro solius parte, in possessione Saly constituatur, ibique de universis rebus et bonis ab invicem indebite ablatis et depredatis, presentibus idoneis nobilibus electis pro arbitris partes utreque satisfaciant in alterutrum, ita ut ipse Bolgar et sui iobagiones de Pakacza de dampnis per eos iobagionibus nostris de Ewlwes satisfactionem impendere, sed et iobagiones nostri ipsis iterato satisfacere teneantur. Preterea quinto decimo die descensus nostri iam instaurandi contra inimicos exercitualis seu exercitus iterato quelibet partium pro reformandis mortalitatibus, homicidiis, plagis et sanguinis effusionibus ac ceteris preiudiciorum generibus in annotata Saly personaliter comparere teneatur, admixta talisce vinculi conditione, quod si qua partium predictarum in annotato loco et termino prefixo negligeret quoquomodo comparere, vel aliquid sinistri seu irritaminis attemptaret concitare, talis pars contra alteram partem silentii vice sustinentem in amissione cunctorum bonorum, necnon in exsolutione sui proprii homagii convincatur ipso facto, amissa sui primum acquisitione causa in presenti; ad quod partes predicte propria sponte et voluntanea coram nobis obligarunt presentes voluntate harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum in Zenthpal, secundo die festi beate Marie Magdalene 1442.
anno domini Millesimo CCCC. XLII. jul. 23.

commissio propria vayvodalis dignitatis.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7153.*

VII.

(Nagyszebenben, 1442.) aug. 30.

Antal szebeni plebanus és erdélyi vicarius Bogáti Péternek özvegy Bolgár Jánosné ellen indított perét elhalasztja.

Nos Anthonius decretorum doctor plebanus Cybiniensis canonicusque ecclesie Transsilvane, necnon sede vacante per venerabile capitulum eiusdem ecclesie Transsilvane vicarius in spiritualibus generalis constitutus memorie commendamus, quod causam, quam egregius vir Petrus de Bogath actore existendo, pro quo discretus vir dominus Demetrius plebanus de Radnoth cum sufficienti procuratorio mandato contra egregiam dominam, relictam Borgar de Zemkyral ream et in causam attractam personaliter adherentem quinto decimo die
aug. 29. festi Assumptionis virginis gloriose, iuxta continentiam aliarum literarum nostrarum citatoriarum perhemptorialium et discretorum virorum dominorum Stephani de Zempal et Iohannis de Nyaradthw ecclesiarum plebanorum facte citationis relatoriarum coram nobis movere habebat, eandem ad octavas
oct. 6. festi beati Michaelis archangeli proxime affuturas duximus prorogandam in eo, quod dicte partes omnes processus et quelibet acta in presenti causa contra alterutrum emanatos et confecta secum deferre et coram nobis producere predicte
(1442.) partes debeant et teneantur. Datum secunda die termini pre-
aug. 30. notati.

Kivűl: Pro egregia domina relicta Borgar de Zemkyral in causam attracta, contra egregium Petrum de Bogath actorem ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime affuturas prorogatoria.

Eredetije papíron, záró zöld pecsét nyomával, *6654*.

VIII.

Kenden, 1443. jun. 8.

Kendi Balád Tamás levele Monostori Kemed vitézhez, melyben kéri, hogy szentkirályi Bolgár Lászlót, ki a vajda zsoldosának akar felcsapni, ha István a bán fia a vajdával szintén hadba készül, rendelje az ő zászlaja alá.

Mutuam salutationem debito cum honore.

Domine et frater.

Noverit vestra fraternitas, quod habemus quendam fratrem, nomine Ladislaus Bolgar dictus de Zenthkyral, qui quidem est ita frater vester, sicut noster, ideo nunc in presenti ex parte fratris nostri est mentio facta, quod velit esse stipend(i)arius magnifici domini vayvode, et ut cognovimus, dispositio non fit ei ita, quod nobis esset utile, sed quia inutile, de quibus adhuc non est finis, nos vero consideravimus, quod si dominus vester videlicet magnificus Stephanus bani cum suo vexillo cum ceteris dominis una cum domino vayvoda ad exercitum ire voluerit, extunc eundem predictum fratrem nostrum Ladislaum Balgar circa dominum vestrum disponeretis et una nobiscum eidem fratri nostro melius esset. Igitur si vestre fraternitati bonum esse videretur et consilium hoc ex parte fratris nostri placet vestre fraternitati, tunc propter fratrem nostrum procuretis ita, sic verus frater pro fratre, non ita, sicut pro alienigeno; quitquid autem vestra fraternitas in hac parte voluerit, extunc per eundem latorem presentium nobis denunciare aut rescribere dignemini et velitis. Ceterum autem quitquid lator presentium vobis dixerit, eidem credere dignemini et velitis tanquam ab ore nostro prolatis. Scripta in Kend, in vigilia Penthecosten anno 1443. jun. 8.
in presenti XLIII.

(Secretum.)

Thomas Balad de Kend
vester in omnibus etc.

Kivűl: Egregio militi Kemed dicto de Monostor, domino ac fratri suo multum adamando.

Eredetije papíron, *jelzet nélkül.*

IX.

Gyulafehérváron, 1443. dec. 10.

Antal erdélyi vicarius Bogáti Péternek szentkirályi Bolgár László ellen indított perét elhalasztja.

Anthonius decretorum doctor etc. vicarius ecclesie Transsilvane memorie commendamus, quod causam vertentem inter nobiles et egregios viros Petrum de Bogath uti actorem ab una, et Ladislaum Bolgar de Semkyral uti reum et in causam attractum ab altera partibus, quam in presentibus octa-
dec. 7. vis festi beati Andree apostoli movere habebant, eandem ad
[1444.] mart. 25. octavas medii Quadragesime proxime venturas, et partes prenotate literalia ipsorum instrumenta in dicta causa eorum emanata in termino prenotato producere debeant et tene-
1443. antur, prorogamus. Datum Albe, tertio die Conceptionis vir-
dec. 10. ginis gloriose anno domini M. CCCC. XL. tertio.

Eredetije papíron, alján czímer-paizsos zöld pecsét maradványaival s hátán *actor non venit* megjegyzéssel, *7190.*

X.

Tordán, 1444. mart. 8.

Váraskeszi Lépes Loránt erdélyi kormányzó megparancsolja a tordavármegyei szolgabíráknak, hogy Bolgár Lászlónak Bogdán nevű pakocsai jobbágyát, kit Csáni László egy lovának ellopásával vádol, ha magát tisztázni tudja és a *szovatost,* kitől állítása szerint a lovat vette, elő tudja állítani, elmarasztalni ne merészeljék.

Lorandus Lepes de Waraskezy partium Transsilvanarum gubernator vobis nobilibus viris iudicibus nobilium comitatus Thordensis, fratribus nostris dilectis, harum serie volumus
mart. 8. non latere, quomodo dum nos in dominica Reminiscere ad literalia mandata domini regis una cum regni nobilibus pariter fuissemus in oppido Thorda congregati, tunc egregius Ladislaus Bolgar gravi nobis et eisdem regni nobilibus manifestari fecit sub querela, ut nobilis Ladislaus de Chan quen-

dam suum equum peritum et amissum aput kenezium suum Bagdan nominatum in Pakocha residentem reperisset et invenisset, qui scilicet Bagdan eundem equum ipsi Ladislao *) Thordensi predicto ad primam suam petitionem pacifice restituisset, sed iam idem Ladislaus eundem Bagdan furem suum fore assereret manifestum, qui Bagdan se dicit presentare posse hominem illum, a quo equum predictum emisset, sed idem Ladislaus super hoc non contentus, vellet eundem Bagdan aggravare et furem approbare. Quare vestris committimus dilectionibus et mandamus, quatenus si ipse Bagdan se coram vobis emundare et excipere legitime poterit, et illum, a quo emit equum, scilicet zowathos suum dare poterit, extunc ipsum in nullo aggravare contra eundem Ladislaum presumpmatis aut sitis ausi quoquo(modo), presentibus in specie restitutis exhibenti. Datum loco et die prescriptis, XL. quarto. 1444. mart. 8.

Eredetije papíron, alján papírral fedett s a kormányzónak az I. kötet 464. lapján leírtnál kisebb méretű bölény- vagy kosfejes viaszpecsétjével, *jelzet nélkül.*

XI.

Tordán, 1444. mart. 16.

Rődi Cseh Miklós tordavármegyei ispán, Szengyeli Domokos és Császári Mihály szolgabírák bizonyítják, hogy Szengyeli Domokos vallomása szerint Bolgár Miklós özvegyének jobbágyai, Bogdán pakocsai és László tombi kenézek, a vajda itélete értelmében az erkedi bírákkal megegyeztek.

[Nos Nicolaus] Cheh de Reud comes de Thorda, item Dominicus de Zengel et Michael Cassari iudices nobilium [comitatus de] Thorda memorie commendamus, quod Dominicus de Zengel iudex noster coram nobis est confessus . . . . inter iudices de Erkeud et iobagiones relicte Nicolai Bolgar, videlicet Bogdan . . . . Packocha ac Ladislaum de Thomb kenessiones secundum continentiam iudicationem **) domini Lorandi [Lepes gubernatoris] regni Transsilvanie, coram ipso in omnibus disponissent et ordinassent . . [iu]dices de eadem

*) Innen *in oppido* kimaradt.

**) Így, helyesen *iudicationis* lenne.

Erkeud eosdem kenessiones in toto commisissent expeditos....
1444. expeditum. Datum Thorde, feria secunda proxima post domi-
mart. 16. nicam Oculi anno domini Millesimo quadringentesimo XLIIII.

Eredetije papíron töredékben, hátán három viaszpecsét nyomával, *jelzet nélkül.*

XII.

Tordán, 1444. maj. 4.

Bolgár László rődi Cseh Miklós tordavármegyei ispán, Szengyeli Domokos és Császári Mihály szolgabírák előtt egy év tartamára ügyvédeket vall.

Nos Nicolaus Cheh de Reud comes de Thorda, item Dominicus de Zengel et Michael Cassari iudices nobilium comitatus de Thorda memorie commendamus, quod Ladislaus Bolgar coram nobis est confessus, in omnibus causis suis et earum articulis tam per ipsum (contra alios) quam per alios quospiam contra ipsum motis vel movendis a data presentium per anni circulum Anthonium de Tampzus(!) Blasium et Franciscum de Meches, Benedictum de Hothza, Albertum magnum fecit, constituit et ordinavit suos veros et legitimos procuratores, ratum et firmum,*) quidquid per predictos procuratores actum, factum et procuratum fuerit in causis suis prenotatis. Datum Thorde, feria secunda proxima
1444. post festum Inventionis sancte Crucis anno domini Millesimo
maj. 4. quadringentesimo XLIIII.

Eredetije papíron, hátán három viaszpecséttel, melyek közűl a közbülső (valószínüleg a Cseh Miklósé) hatszögű pecsét rajza egy liliomot ábrázol, *7132.*

*) Innen *se habere promittens* kimaradt.

XIII.

Tordán, 1444. jun. 1.

Rődi Cseh Miklós tordavármegyei ispán, Szengyeli Domokos és Császári Mihály szolgabírák bizonyítják, hogy Bolgár Miklós arra nézve, hogy az Imre fia Jakab erdejét le nem vágatta, a megitélt esküt letette.

Nicolaus Cheh de Reud comes de Thorda, item Dominicus de Zengel et Michael Cassari iudices nobilium comitatus de Thorda memorie commendamus, quod cum nos secundum continentiam priorum literarum nostrarum iuramentalium Ladislao Bolgar contra Iacobum Emerici iuramentum iudicassemus super eo, ut silvam ipsius non cidi fecisset, ipso die adveniente idem Ladislaus Bolgar coram nobis deposuit, ut debuisset. Datum Thorde, feria secunda post festum Penthecosten anno domini Millesimo quadringentesimo XLIIII. 1444. jun. 1.

Eredetije papíron, hátán három viaszpecséttel, melyek közűl a közbelső ép pecsét liliomot ábrázol, *jelzet nélkül.*

XIV.

Tordán, 1444. jun. 15.

Rődi Cseh Miklós tordavármegyei ispán, Szengyeli Domokos és Császári Mihály szolgabírák Kinsingát, Fodor Dánt és Fodor Miklóst, minekutánna a Bolgár Miklós pakocsai kenézzének Bogdánnak fia László megesküdött, hogy apját ők ölték meg, halálra itélik.

Nos Nicolaus Cheh de Reud comes de Thorda, item Dominicus de Zengel et Michael Chassari iudices nobilium comitatus de Thorda memorie commendamus, quod Dominicus de Zengel unus iudex noster coram nobis est confessus, quomodo ipse ad petitionem Ladislai filii condam Bogdan kenessii Ladislai Bolgar de Pakocha ad eandem possessionem Pakocha accessisset, ibique coram ipso idem Ladislaus fili(us) Bogdan ad prescriptos Kynsinga et Fodor Daan ac Nicolaum Fodor, secundum consuetudinem regni ad vestem sa(n)guineosam cum sanguine ipsius Bogdan pollutam methseptimo ut ad principalem homicidam et latronem ipsius Bogdan coram

prefato Dominico de Zengel deposuisset iuramentum. Ideo nos commisimus eosdem contra eundem Ladislaum filium Bogdan in capitali sententia fore esse convictos et perplexos auctoritate nostra iudiciaria presentibus eidem in hac parte attributa mediante, ut ubicunque locorum idem Ladislaus aut sui fratres reperire poterint, extunc secundum literarum nostrarum continentiam iustitia subda(n)tur et complecta(n)tur.
1444 jun. 15. Datum Thorde, feria secunda proxima post festum Corporis Christi anno domini Millesimo quadringentesimo XLiIII.

Eredetije papíron, hátán három viaszpecsét maradványaival, *jelzet nélkül.*

XV.

Sáromberkén, 1444.

Vizaknai Miklós erdélyi alvajda levele Bolgár Lászlóhoz, melyben arra kéri, hogy a sárpataki bírákkal, miután ezek bizonyos tartozására nézve megesküdtek, egyezzék meg.

Egregie vir frater noster dilecte.

Dicunt nobis iudices de Sarpathaak, quomodo ipsi in aliquibus factis ad quosdam florenos iuramentum prestitissent et nullam satisfactionem cum eisdem fecissetis. Petimus igitur vestram egregietatem, quatenus adventum domini nostri vayvode non exspectare, sed cum eisdem conventionem fa-
1444. cere velitis. Datum in Saromberek, anno XL. quarto.

Nicolaus de Vizakna
vicevayvoda Transsilvanus.

Kivűl: Egregio viro Balgar de N. fratri nostro dilecto.

Eredetije papíron, *jelzet nélkül.*

XVI.

Detrehen, 1445. febr. 3.

Farnasi Dénes arra kéri Bolgár Lászlót, hogy a jobbágyai által megtorlásképpen az ő fülpösi jobbágyaitól elvett szekeret és lovakot, ha szereti a barátságot, adassa vissza.

Fraternali salutatione premissa vestre fraternitati.

Sciat vestra fraternitas, quoniam iolbagiones vestri iolbagioni(s) nostri Andree Mathee et Benedicti de Fylpes unum currum et duos equos, etiam alias res et bona iidem iolbagiones vestri supra prenarrati receperunt minus iuste eo modo, videlicet Gregorius Somay dictus et nobilis vir, qui fuit famulus noster et etiam iudex in Erked, recepisset iolbagioni(s) vestri unum equum, propter hoc iolbagiones vestri receperunt a iolbagione nostro unum currum et equos ipsorum, etiam sciatis, quod idem Gregorius Somay in isto regno est unus nobilis, propter hanc causam et propter ipsum nolumus respondere, quia ad Gregorium nobilem inveniatis pro eo. Igitur rogo vestram fraternitatem, quod si amicitia et fraternitas nostra vobis complacebit, extunc restituere currum et equos iolbagioni nostro faciatis. Si autem restituere non studebitis et non vultis reddere, sciatis certissime, cum iuribus legitimis perquirere studebimus. Scripta in Detreh, in festo beati Blasii martyris anno domini M. (CCCC.) XLV. 1445. febr. 3.

Egregius vir Dionysius de Fornas.

Kivűl: Egregio viro et honesto Ladislao Bolgar fratri et amico nostro dilecto detur.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival, *jelzet nélkül.*

XVII.

Tordán, 1445. mart. 16.

Lépes Loránt erdélyi vajda és társai előtt a néhai Apa fia György leányai és Bolgár László, a köztük bizonyos birtokrészek miatt fennforgó perben egyességre lépnek.

Nos Lorandus Lepes de Waraskezy ac Iohannes Gereb de Vingarth per magnificum Iohannem de Hwnyad inter ceteros honores vayvode Transsilvani, in persona eiusdem in medio nobilium ac siculorum et saxonum gubernatores constituti et Nicolaus de Wyzakna vicevayvoda Transsilvanus memorie commendamus, quod nos inter nobiles dominas Dorothea et Anna vocatas, filias condam Georgii filii Apa ab una et inter Ladislaum Bolgar ab alia partibus talem fecimus dispositionem, quod idem Ladislaus Bolgar portiones possessionarias prescriptarum dominarum nunc de novo per ipsum a manibus earundam dominarum occupatas eisdem remittere et resignare, resque et bona per eundem Ladislaum ablatas et recepta reddere et restituere debeat et teneatur; tandem quod prefate nobiles domine et iam fatus Ladislaus Bolgar factum possessionum et portionum possessionariarum de novo per mortem *) filie Petri de Bogath in easdem redundatarum arbitrio et arbitrative dispositioni sex proborum et nobilium virorum per ipsas partes equali numero eligendorum submisissent et submiserunt coram nobis eo modo, ut quitquit iidem probi et nobiles viri, visis et examinatis literis et literalibus instrumentis factum prescriptarum possessionum concernentibus, auditisque earundem partium propositionibus et allegationibus facto in premisso partes inter ante
maj. 1. dictas in octavis festi beati Georgii martyris disponerent, ordinarent et arbitrarentur, id ambe partes acceptare deberent et tenerentur harum nostrarum testimonio literarum. Da-
1445. mart. 16. tum Thorde, feria tertia proxima post festum beati Gregorii pape anno domini Millesimo quadringentesimo XLV.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *7760.*

---

*) Innen valószínüleg *nobilis puelle Barbara vocate* kimaradt.

XVIII.

Tordán, 1445. jul. 16.

Vizaknai Miklós és györgyi Bodó Gergely erdélyi alvajdák előtt Apa fia György és Toroczkai Ilyés özvegyei egyfelől, másfelől Bolgár László Akloson, Sóspatakon és Szentmiklóson, továbbá a fűzkuti, pókai, oroszfáji, nyúlasi és budaki birtokrészeken megosztoznak.

Nos Nicolaus de Wyzakna et Gregorius Bodo de Gywrgy vicevayvode Transsilvanenses memorie commendamus per presentes, quod egregius Nicolaus de Somkerek pro nobilibus dominabus Anna Georgii filii Apa de Almakerek et Katherina vocatis Elyws de Thorozko relictis cum procuratoriis literis nostris ab una, parte siquidem ab alia Ladislaus filius Nicolai Bolgar de Thwson nostram venientes in presentiam sunt confessi eo modo, quod ipse scilicet Ladislaus Bolgar et prescripte nobiles domine per interventum nonnullorum proborum et nobilium virorum in facto possessionum et portionum suarum possessionariarum infra scriptarum taliter inter se concordassent et ad talem pacis devenissent unionem, quod medietas possessionis Aklws vocate simul cum tributo in eadem exigi consueto sibi scilicet Ladislao Bolgar simul cum medietatibus possessionum Sospatak et Zenthmyklos vocatarum, reliquis medietatibus earundem possessionum Sospatak et Zenthmyklos in tres quoequales partes divisis, quarum una similiter eidem Ladislao devenisset, reliquis duabus partibus prescriptis nobilibus dominabus remanentibus. Item portionem possessionariam condam nobilis puelle Barbara vocate, filie Petri de Bogath in possessione Fyzkwth habitam modo simili in tres divisissent partes, quarum una ipsi Ladislao remanente, subsequentes due partes prescriptis nobilibus dominabus succedissent. Item portiones possessionarie in Poka, Orozfaya, Nywlas et Bwdakht vocatis possessionibus existentes, que videlicet condam nobilis domine, consortis prioris prefati condam Nicolai Bolgar prefuissent, pre tactis dominabus tantummodo devenissent. Alias autem portiones possessionarias, si quas in eisdem prefatus condam Nicolaus Bolgar emisset, in tres dividere deberent

partes, cuius una pars prefato Ladislao Bolgar, alia vero due partes eisdem dominabus remansissent. Ubi vero ipse domine huiusmodi portionem possessionariam emptitiam ab eodem Ladislao Bolgar rehabere voluerint, extunc tertia parte huiusmodi venditionalis pecunie per easdem dominas ipsi Ladislao persoluta idem eandem eisdem remittere deberet, ita tamen, quod ipse videlicet Ladislaus Bolgar literas emptionales super eisdem tempore opportuno exhibere et eisdem dominabus assignare deberet et teneretur, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum Torde, secundo die festi Divisio-
1445. jul. 16. nis apostolorum anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Eredetije papíron, hátán két viaszpecséttel, melyek közűl a nagyobb paizsában egy koronából kiemelkedő kar kezében vágásra emelt karddal és a még megmaradt strucztoll sisakdíszszel és . . . NICOLAI · DE · UIZACKNA köriráttal töredezetten; a kisebb paizsában egy, kezében három szál rózsát tartó kar s + GREGORIUS · BODO · ED *(így)* [GY]ORGI körirattal meglehetős épen maradt meg, *7073.*



1. Vizaknai Miklós pecsétje.



2. Bodó Gergely pecsétje.

A Bodó Gergelyéhez teljesen hasonló czímeres pecsétet függeszt Alsáni Bálint pécsi püspök 1386-ban a saját oklevelére *(Dl. 7210.)* és Alsáni János királyi pohárnokmester 1408-ban kettőre. *(Dl. 9431., 9432.)* A czímeralak helyzete is szakasztott olyan, mint amannál, csak a paizs alakja mutat csekély eltérést. Ennélfogva a *Wappenbuch des adels von Ungarn*ban (I. k. 7. t., v. ö. *Pór,* Nagy Lajos 516.) közölt Alsáni-czímer rectificálandó, a mennyiben a három rózsát kezében tartó meghajlott kar nem a paizs felső széle jobb, hanem — a mint kell — *bal* oldalából indul ki. Valószínű, hogy az Alsáni Bálint sírkövén látható hibás czímeralak téves fölvételből származott.

Ha ugyanaz a czímer rokonságra vall: — akkor a györgyi Bodó családot is az Alsániakkal együtt a Szente-Mágócs nemzetség tagjai közzé sorolhatjuk.

A Vizaknai Miklós pecsétjével még 1464. jun. 24-én is találkozunk. Orsz. lt. *Dl. 26,790.*

XIX.

Tordán, 1446. jan. 27.

Vizaknai Miklós és györgyi Bodó Gergely erdélyi alvajdák előtt Somkereki Miklós özvegy Apa fia Györgyné és Francziás Jánosné nevében és Bolgár László a pókai, oroszfáji, nagynyúlasi és budaki birtokrészek usurpatiójától egymást kölcsönösen eltiltják.

Nos Nicolaus de Wyzakna et Gregorius Bodo de Gywrgy vicevayvode Transsilvani memorie commendamus, quod Nicolaus de Somkerek ad nostram personaliter veniendo presentiam in personis nobilium dominarum Anna Georgii filii Apa et Katherina vocatarum Iohannis Francias relictarum, filiarum videlicet condam Nicolai Bolgar de Thwson, Ladislaum filium eiusdem Nicolai de eadem coram nobis facie ad faciem repertum ab occupatione, detentione et quaquam sibi ipsi appropriatione portionum suarum possessionariarum in possessionibus Poka in Thordensi, Orazfaya, Nagnywlas in Clos, item Bwdak in Doboka comitatibus existentibus habitarum, seque ipsos *) in perpetuum dominium intromissione, usuum fructuum et quarumlibet utilitatum earundem quovis quesito colore perceptione seu percipi factione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo. Isto audito idem Ladislaus in nostram exsurgendo presentiam sed et ipse sola sua in persona easdem nobiles dominas econverso ab usu et fructus perceptione prohibuit coram nobis harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum Thorde, feria quinta proxima post festum Conversionis beati Pauli anno domini Millesimo quadringentesimo XXXXVI. 1446. jan. 27.

Eredetije papíron, hátán a Vizaknai Miklós előbb leírt pecsétje maradványaival, *7415*.

---

*) Így, helyesebben *ipsum* lenne.

XX.

Tordán, 1446. jan. 29.

Györgyi Bodó Gergely és Vizaknai Miklós erdélyi alvajdák előtt az erdélyi káptalan prépostja, decanja, továbbá Farnasi Dénes, Suki Benedek, Apa fia Miklós, Nagylaki Márton és Csucsi Miklós megvallják, hogy özvegy Apa fia Györgyné és Francziás Jánosné s Bolgár László bizonyos birtokrésznek Bogáti Pétertől való visszaváltására százötven forintnak három részletben leendő megfizetésére kötelezték magukat.

Nos Gregorius Bodo de Gewrgy et Nicolaus de Vy(z)-akna vicevayvode Transsilvani memorie commendamus, quod honorabiles domini Andreas prepositus, Benedictus decanus ac canonicus ecclesie Transsilvane, Dionysius de Farnas, Benedictus de Swk, Nicolaus filius Apa, Martinus de Naglak, Nicolaus de Chwcz coram nobis personaliter constituti sunt nobis confessi eo modo, quod coram ipsis nobiles domine Georgii filii Apa de Almakerek et Iohannis Francyas relicte ac Ladislaus Bolgar centum quinquaginta florenos auri in tribus terminis subsequentibus in certis literis honorabilis domini vicarii ecclesie Albensis obligatoriis clarius expressis, iuxta ipsorum arbitrativam dispositionem sub quibusdam obligaminibus in eisdem domini vicarii literis expressis Petro de Bogath dare assumpsissent tali modo, quod si qua partium portionem in ipsam partem cedentem persolvere non posset, extunc alia pars persolvere deberet, sed portionem possessionariam illius partis ab eodem Petro redimendam titulo pignoris usque tempus redemptionis tenendi et conservandi liberam haberet facultatem testimonio presentium mediante.
1446. jan. 29. Datum Torde, sabbato proximo post festum Conversionis sancti Pauli apostoli anno domini Millesimo CCCC. XLVI.

Eredetije papíron, hátán a Vizaknai Miklós előbb leírt viaszpecsétje maradványaival, *7054.*

XXI.

Apahidán, 1446. mart. 16.

A kolosvármegyei alispánok, továbbá andrásházi Nagy Gergely és Novaji Fülöp szolgabírák a Farnasi Dénes ölvesi jobbágyának, Majos kenéznek egy lova ellopása miatt László tombi kenéz ellen indított perét az alvajdák elébe terjesztik.

Egregiis viris vicevayvodis Transsilvanis, dominis eorum honorandis vicecomites comitatus de Colus, necnon Gregorius magnus de Andreashaza et Philippus de Noway iudices nobilium de eadem servitium cum honore. Noveritis, quod Dionysius de Farnas per modum requisitionis proposuit coram nobis, quomodo Maius kenesius iobagio suus in Vlues commorans contra Ladislaum kenesium in Thumb commorantem proposuisset eo modo in presentia Anthonii magni officialis de eadem, quod idem Ladislaus kenesius unum equum suum ex hospitalitate latrocinii abstulisset, per quod factum XL florenorum auri dampna intulisset; quo audito prefatus Ladislaus kenesius respondisset exadverso, quod ipse equum dicti Maius ex hospitalitate sui latrocinii non abstulisset, si non portassent erga ipsum unum equum et ibidem eligassent; tandem ipse iudicium fecisset, et cui maior iustitia adherebat, quidam homo de Ceeg septimo se eundem equum abstulissent; quo audito dictus Maius cum literis iudicum nobilium dicti comitatus curavisset comprobare, quod dictus Ladislaus kenesius in presentia iudicis nobilium ipsum equum. Hoc audito dictus Anthonius magnus tale fecisset iudicium, quod dictus (Ladislaus) vicesimo quinto se, ita videlicet, quod pars kenesii fieri debeant, ceteri vero de eadem villa; dictus Maius contentus inibi non exstitisset, exinde ad nos prorogasset. Quibus nos visis et auditis una cum nobilibus comprovincialibus iudicando commisimus eo modo, quod prefatus Maius vicesimo quinto se coniuratoribus ad eundem kenesium iurare debeat. Quo audito dictus Anthonius iudicio nostro non contentus eandem causam ad vestram et regni nobilium presentiam ad octavas beati Georgii martyris nunc venturas maj. 1.
proximas duxit prorogandam, quam tandem exinde volumus

nobis reportari. Datum in Apathyda, feria quarta proxima
1446. post festum beati Gregorii pape anno domini Millesimo qua-
mart. 16. dringentesimo XL. sexto.

Kivűl: Dominis vicevayvodis pro Ladislao kenesio de Thumb, contra Maius kenesium de Vlues ad octavas beati Georgii martyris transmissionalis.

Eredetije papíron kihagyásokkal, s hátán három viaszpecsét nyomaival, *jelzet nélkül.*

XXII.

Somkeréken, 1446. mart. 22.

Györgyi Bodó Gergely és Vizaknai Miklós erdélyi alvajdák előtt somkereki Erdélyi Miklós és István a somkereki, sáromberki és gernyeszegi birtokokon megosztoznak.

Nos Gregorius Bodo de Gywrgy et Nicolaus de Wyzakna vicevayvode Transsilvani memorie commendamus per presentes, quod Nicolao Erdely de Somkerek ab una, parte siquidem ex alia Stephano fratre eiusdem uterino nostra personaliter constitutis in presentia per eosdem nobis sponte confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quod ipsi matura inter se deliberatione prehabita in subnotandis eorum sessionibus et curiis hereditariis talem fecissent ordinativam dispositionem et divisionem perpetue duraturam, quod quia, sicuti nos una cum harum partium Transsilvana-
jan. 13. rum nobilibus in octavis festi Epiphaniarum Domini nobiscum in iudicio existentibus comperieramus manifeste, locus curie in iam dicta Somkerek existentis, de qua pater ipsarum partium ortum habuisset et eundem Stephanum tanquam iuniorem filium patris tangens nunc edificiis careret, ob hoc domum et curiam ex opposito eiusdem loci curie in quadam insula habitam, que condam Nicolai de dicta Somkerek fratris videlicet ipsorum condivisionalis prefuisset, simul cum quadam turri lignea prope eandem domum erecta eidem loco curie paterne annectendo ipsi scilicet Stephano relinquissent, ipseque Nicolaus, ubicunque vellet, in serie prescripte possessionis Somkerek locum sessionalem pro sui

parte sufficientem pro premissis eligendi liberam haberet facultatem tali modo, quod si huiusmodi locus sessionalis modo premisso per annotatum Nicolaum eligendus sessionem iobagionalem ipsius scilicet Stephani aut Gregorii filii Gregorii includeret, extunc idem Stephanus talis modi iobagionem cum domibus et edificiis domorum eiusdem recipere et levare ac quo sue placeret voluntati locare possit, pro loco vero sessionis talis iobagionis idem Nicolaus eidem Stephano alium locum sessionis iobagionalis desertum dare astringeretur et simili modo cum dicto Gregorio facere deberet, item domum et curiam in Saromberek habitam per patrem partium ante dictarum acquisititiam cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet sibi videlicet Nicolao commisisissent, pro quibus quidem domo et curia ipse scilicet Stephanus similiter unum locum pro domo et curia sibi competenti in possessione ipsorum Gernezeeg vocata extra seriem eiusdem possessionis pro se eligere possit et valeret, imo premissas domuum et curiarum divisiones et sequestrationes celebrarunt coram nobis, tali vinculo obligaminis mediante, quod si qua partium prescriptarum quandocunque temporum in processu prescriptas domuum atque curiarum divisiones et sequestrationes infringere et retractare attemptaret, extunc talis pars contra partem alteram in centum parti adverse et decem marcis argenti iudici persolvendis convinceretur et convinci deberet eo facto, isto declarato, quod prefatum Gregorium filium Gregorii puerum nondum sufficientis etatis ad protegendas portiones suas possessionarias simul cum molendino et equis equatialibus ipsum Gregorium rite tangentibus, quousque idem ad adultam pervenerit etatem, ipse videlicet Nicolaus nutrire et conservare deberet, directam nempe medietatem portionis ipsius Gregorii possessionarie et piscine similiter ipse videlicet Nicolaus, aliam vero medietatem eiusdem portionis possessionarie et piscine prefatus Stephanus modo antelato usque prefixum tempus tenere deberent, isto non pretermisso, quod universa debita, quibus utputa ipsi Nicolaus et Stephanus quibuscunque hactenus debitores exstitissent, communiter persolvere deberent. Ad que premissa eedem partes usque perfectam etatem prefati Gregorii pueri

sub premisso obligaminis vinculo se se sponte obligarunt coram nobis harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum in Somkerek predicta, feria tertia proxima ante festum
1446. mart. 22. Annunciationis virginis gloriose anno domini Millesimo quadringentesimo XXXXVI.

Eredetije papíron, hátán *Nicolai de Somkerek divisionalis* megjegyzéssel és két viaszpecsét töredékkel, *7276*.

XXIII.

Tordán, 1446. maj. 9.

Rődi Cseh Miklós és Pál deák tordavármegyei ispánok, Dancs Péter és Toldalagi Tamás szolgabírák a Bogáti Péter által Bolgár Lászlótól elfoglalt és bitorolt Szentmiklós és Sóspatak ügyében vizsgálatot tartanak.

Nos Nicolaus Cheech de Reud ac Paulus literatus comes *) comitatus de Thorda, Petrus Danch de Zeind ac Thomas de Tholdolac iudices nobilium de eadem damus pro memoria, quod egregius vir Ladislaus Bolgar ad nostram accedens presentiam voce querulosa est protestatus per hunc modum, quod egregius vir Petrus de Bogath possessionem egregii Ladislai Bolgar utpote Sendmiclos ac Sospath(a)k ac etiam alterius **) portionem ipsius Ladislai Bolgar idem prefatus Petrus de Bogath potentionaliter ad se ipsum occupasset et plus quam duodecem annos occupatas servasset ac ad preiudicium ac dampnum sibi servasset.***) Et nos vero ad hec hominem nostrum videlicet Thomam de Tholdolac duximus transmittendum, qui quidem iudex noster reversus fuisset ac nobis talem retulit veritatem, quod a nobilibus et ignobilibus palam et occulte scivisset veritatem, quod hec omnia premissa idem prefatus Petrus fecisset manifeste. Scripta Thorde,
1446. maj. 9. feria secunda proxima post festum Apparitionis sancti Michaelis anno domini M. CCCC. XLVI.

Eredetije papíron, hátán három viaszpecsét töredékeivel, *7180*.

---

*) Így, *comites* helyett.

**) Így, *alteram* helyett.

***) Így, helyesebben *servaret* lenne.

XXIV.

Tordán, 1446. sept. 26.

Hadrévi Bíró László és Nádasdi János tordavármegyei ispánok, szindi Dancs Péter és Toldalagi Tamás szolgabírák Bolgár Lászlónak a reá rótt bírság megfizetéséről menedéket adnak.

Nos Ladislaus Biro de Hudrey et Iohannes (de) Nadasd comites de Thorda, item Petrus Danch de Sind et Thomas de Tholdalth iudices nobilium de eadem memorie commendamus, quod cum nos secundum literarum nostrarum continentiarum et birsagiorum contra Ladislaum Bolgar confectas et emanatas contra nos fuisset convictus et aggravatus, cum tamen modo idem Ladislaus Bolgar de nostris birsagiis nobis omnimodam impendisset satisfactionem, ideo eundem Ladislaum Bolgar contra quoslibet birsagiorum dimisimus quitum et expeditum. Datum Thorde, feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo XLVI *(így.)* 1446. sept. 26

Eredetije papíron, számos kijavíthatatlan hibával s hátán három viaszpecsét nyomaival, *7125.*

XXV.

Tordán, 1447. febr. 20.

Csucsi Miklós, patai Dezső György és János tordavármegyei ispánok és szolgabíró társaik bizonyítják, hogy szentkirályi Bolgár László arra nézve, hogy Meggyesfalvi Jakabnak Pethe nevű birtokán hatalmaskodást nem követett el, hatod magával megesküdött.

Nos Nicolaus de Chwch ac Georgius et Iohannes Desew de Patha comites, necnon Petrus Thanch de Synd et Mathias de Zenthgergh iudices nobilium comitatus Thordensis memorie commendamus, quod licet nos Ladislao Bolgar de Zenthkyral contra Iacobum filium Alardi de Meggyesfalwa in eo, ut ipse ad possessionem Iacobi filii Alardi Pethe vocatam non accessisset, ibique iobagiones suos non verbe-

rasset, bracchiumque unius puelle minime confregisset, nec birrum ipsorum potentialiter deportasset, sed in propria sua silva pro vadio recepisset, sexto se iuramentum deponendi iudicaverimus, tamen termino et die adveniente, in sede nostra iudiciaria iuramentum, ut debuit, sexto se deposuit presentium testimonio mediante. Datum Thorde, feria secunda
1447. febr. 20. proxima ante dominicam Invocavit anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Eredetije papíron, hátán három pecsét közűl kettőnek nyomaival, a közbelső harmadiknak töredékével, továbbá *pro Ladislao Bolgar depositio iuramenti* s alább *non solvit* följegyzéssel, *7191.*

XXVI.

Tordán, 1447. mart. 13.

Csucsi Miklós, patai Dezső György és János tordavármegyei ispánok és szolgabíró társaik Alárd fia Jakabnak Bolgár László ellen hatalmaskodás miatt indított perét, miután az alperes az itéletben nem nyugodott meg, Herepei Márk, Balai György és Jánosi István alvajdák elébe terjesztik.

Egregiis viris Marco de Hereppe ac Georgio de Bala et Stephano de Janosy vicevayvodis Transsilvanis, dominis ipsorum honorandis Nicolaus de Chwch ac Georgius et Iohannes Desew de Patha comites, necnon Petrus Thanch de Synd et Mathias de Zengel iudices nobilium comitatus de Thorda damus pro memoria, quod cum nos feria secunda
febr. 6. proxima post festum Purificationis Marie Thorde in sede nostra iudiciaria fuissemus constituti, tunc e medio aliorum causidicorum nobilis Iacobus filius Alardi nostram exsurgens in presentiam retulit eo modo, quomodo his temporibus preteritis, dum iobagiones sui in possessione Pethe commorantes ad forum ebdomadale ad Zekelwasarhel accedere voluissent et in via publica ac libera ante portam Ladislai Bolgar pervenissent, tunc idem Ladislaus Bolgar per familiares suos ipsos ab equis eorum detrudi et dejici fecisset, equosque reambulari et fatigari commisisset, et dum sue placuisset voluntati reddi fecisset, tecturasque sellarum, strepas et corrigia streparum ipsorum recepisset, quas et que etiam de

presenti apud ipsum reservasset et reservaret potentia mediante. Quo audito Anthonius magnus procurator annotati Ladislai Bolgar contra prelibatum Iacobum filium Alardi respondit exadverso, quod licet verum foret dominum suum dictos equos* recepisse, sed pro vadio recipere fecisset, ex quo iobagiones ipsius Iacobi filii Alardi domino suo debitores obligati fuissent. His perceptis Iacobus filius Alardi suam purgationem seu ius iuridicum statim deposuit, ipsumque Ladislaum Bolgar in quinquaginta marcis birsagiorum commisimus fore convictum, de quo prelibatus Anthonius magnus procurator Ladislai Bolgar non contentus, de iudicio nostro in presentiam vestrarum egregietatum et regni nobilium deliberandi et discutiendi transmitti postulavit iure regni requirente. Datum Thorde, feria secunda post dominicam Oculi anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo. 1447. mart. 13.

Kivűl: Egregiis dominis vicevayvodis pro Ladislao Bolgar, contra Iacobum filium Alardi de Erchze*) ad octavas festi beati Georgii martyris transmissionales.

Eredetije papíron, hátán három pecsét töredékeivel és kettőnek nyomaival, *7086b.*, továbbá a következő följegyzéssel:

Propter arduum regni negotium ad beatum Michaelem archangelum prorogata.

Propter motum exercitus ad literatorium mandatum domini gubernatoris in proximo instaurandi nobis allatum prorogata eo, quod Ladislaus in exercitu foret constitutus, ad Epiphaniam Domini prorogata.

XXVII.

Harinnán, 1448. jan. 1.

Harinnai Farkas Miklós levele szentkirályi Bolgár Lászlóhoz, melyben arra kéri, hogy egy kozmatelki jobbágyának ellopott s Zabajton megtalált ökrei ügyében szolgáltasson igazságot.

Egregie vir domine nobis dilecte.

Quare scribimus vestre dominationi ac fraternitati, quomodo iobagi(one) nostro de Cozmathelky furassent boves, eorum

*) Igy, *Erchye* helyett.

qualiter invenissent prope vestram dominationem in villa Zabayth duos, quare rogamus vestram dominationem ac fraternitatem, quatenus propter ipsos debetis curare aut videre, quod faciant iustitiam ipsis, et in aliquibus placuero vestre dominationi ac fraternitati, etiam mandata volo facere vestre dominationis. Valete in filio virginis, qui cuncta creavit etc.
1448. jan. 1. Scripta in Harinna, feria secunda post festum Iohannis apostoli et euangeliste anno etc. XL. septimo.

Nicolaus Farkas
de Harinna.

Kivűl: Egregio viro domino Ladizlao Bolgar de Zenthkyral, domino ac fratri nostro sincere dilecto.

Eredetije papíron, záró zöld pecsét nyomaival, *6661.*

XXVIII.

Tordán, 1448. jan. 24.

Herepei Márk, Somkereki Miklós, Balai György erdélyi alvajdák előtt Bogáti Péter és Bolgár László egymás ellen való mindennemű perfolyta leveleiket, bizonyos feltétel alatt, kölcsönösen érvényteleneknek nyilvánítják.

Nos Marcus de Herepe et Nicolaus de Sumkerek ac Georgius de Bala partium Transsilvanarum vicevayvode memorie commendamus per presentes, quod nobis in octavis
jan. 13. festi Epiphaniarum Domini in generali congregatione cum universitate nobilium partium Transsilvanarum Thorde celebrata existentibus egregius Petrus de Bogath ab una, et Ladislaus Bolgar partibus ab altera coram nobis personaliter constituti inter se se mutuo talem coram nobis fecerunt fassionem, quod universas et quaslibet literas causales, utputa citatorias, inquisitorias, ammonitorias, evocatorias et alias quascunque litigionarias actiones hucusque inter se ipsos mutuo qualitercunque subortas cassantes et viribus carituras relinquentes, imo cassarunt et annullarunt coram nobis, tali vinculo interiecto, quod Ladislaus Bolgar quendam Matheum iubagionem Petri de Bogath apud ipsum Ladislaum Bolgar

nunc habitum idem Ladislaus Bolgar annotato Petro de Bogath cum omnibus suis rebus et bonis feria quinta proxime jan. 28. ventura reddere et remittere teneatur. Casu autem quo pre allegatus Ladislaus Bolgar annotatum Matheum dictum Madarasy cum singulis suis rebus et bonis prefato die determinato non redderet, aut eidem Petro de Bogath non remitteret, extunc singule sue litere in vigore, singulaque acta ipsius Petri de Bogath obtenta permaneant et existant; ad quod se se mutuo coram nobis spontanea obligarunt voluntate presentium nostrarum testimonio et literarum mediante. Datum Thorde, duodecimo die octavarum predictarum anno 1448. eiusdem M. CCCC. quadragesimo octavo. jan. 24.

Eredetije papíron, hátán egy viaszpecsét nyomaival, *7753.*

XXIX.

(Kolosmonostoron) 1448. febr. 28.

A kolosmonostori convent előtt András fia László és Szilvási Balás Vajdaszilvás alias Mezőszilvás felét, irányukban tanusított jóindulata viszonzásául, bizonyos feltételek alatt Farnasi Dénesnek vallják.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colusmonastra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Ne labantur simul cum tempore, que in tempore peraguntur, provida hominum discretio adinvenit, ut rerum legitime gestarum series fideli memorie literarum testimonio commendetur. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Iohannes filius Ladislai filii Andree et Blasius filius Bartholomei filii eiusdem Andree de Zylwas pro se ipsis personaliter, onera vero honorabilis domini Valentini archidiaconi de Thorda filii prefati Andree et Iohannis filii annotati Bartholomei ad se assumendo ab una, ab altera vero parte egregius Dionysius filius Iohannis filii Nicolai de Farnas coram nobis personaliter constituti, iidem Iohannes filius Ladislai filii Andree et Blasius filius Bartholomei filii eiusdem Andree parili voce spontaneaque voluntate confessi sunt in hunc modum, quod quia prefatus Dionysius de Farnas multimoda

multifariaque humanitatis, favorisque ac fraternalis complacentie studia ipsis plerumque exhibuisset indefesse, in futurumque se exhibiturum spopondisset, ideo in horum recompensationem volentes et ipsi annotato egregio Dionysio aliquo sincere dilectionis et singularis fraternitatis zelo occurrere, directam et equalem medietatem cuiusdam possessionis ipsorum iure hereditario ipsos concernentis Waydazylwaza alio nomine Mezewzylwaza vocate, in comitatu de Clus existentis habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet videlicet terris arabilibus cultis et incultis, pratis, fenetis, silvis, nemoribus, spinetis, rubetis, locis pascualibus, montibus, collibus, vallibus, aquis aquarumque decursibus et generaliter cunctis utilitatum campestrium videlicet et lymphaticarum integritatibus iure ad eandem pertinere dinoscentibus prefato Dionysio de Farnas et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus universis in perpetuum dedissent, donassent et contulissent, imo dederunt, donarunt et contulerunt coram nobis, tali conditione interposita, quod si quandocunque temporum in processu prefatus Dionysius de Farnas cuicunque prefatam medietatem sibi ut prefertur donatam participare vellet, liberam contradictione eorundem non obstante haberet facultatem. Si autem ipse Dionysius de Farnas aliqua occasione seu cautela adinventa se in dominium ulterioris portionis quam predicte medietatis ipsius possessionis*) Waydazylwaza alio nomine Mezewzylwaza vocate intromittere attemptaret, extunc etiam dicta medietate sibi per predictos collata privari deberet eo facto. Ubi vero ipsi prelibatum Dionysium et suos heredes vel illum aut illos, cui vel quibus ipse eandem medietatem participaret, in pacifico dominio dicte portionis eorum conservare nollent seu impedirent modo qualicunque, extunc etiam eadem medietas ipsorum in ipsum Dionysium et suos soboles revolveretur eo facto; hoc etiam declarato, quod ipsam possessionem infra decem annorum spatia tuitioni, defensioni, manutentionique ipsius Dionysii et suorum successorum commisissent tali modo, quod quandocunque ipsi vel eorum successores infra

*) Hibásan *possessionarie* az eredetiben.

predictorum decem annorum spatia eandem possessionem inter se dividere vellent, liberam dividendi contradictione iam fati Dionysii et suorum successorum (non obstante) habeant facultatem, infra tempus vero divisionis omnes census, obventiones et utilitates annuales seu consuetudinarias, demptis muneribus extraordinarie supervenientibus seu apportandis necnon dicationibus quinquagesimalibus regalibus, ipse Dionysius in media parte eisdem Iohanni et Blasio ac eorum successoribus amministrare et amministrari facere debeat et teneatur. Datum feria quarta proxima post festum beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. 1448. febr. 28.

Eredetije hártyán, sárga és lilaszín selyem zsinóron függő megkopott pecséttel, *7743.*

XXX.

Bogáton, 1448. mart. 2.

Herepei Márk erdélyi alvajda és társai parancsa Küküllővármegyéhez, hogy a Bogáti Péter kárára Meggyesfalvi Jakab és fia Alárd által elkövetett hatalmaskodás ügyében tartson vizsgálatot.

Nos Marcus de Herepe ac Georgius de Bala, et Nicolaus de Somkerek vicevayvode Transsilvani nobilibus viris, comitibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus de Kykellw salutem cum dilectione. Dicitur nobis in persona egregii Petri de Bogath, quomodo Iacobus filius Alard de Meggesfalwa circa festum Nativitatis Domini nostri Ihesu dec. 25. Christi proxime preteritum quosdam duos volahos iobagiones Ladislai Bolgar de Tuson, qui videlicet quosdam duos boves subtraxissent, una cum eisdem bobus in possessione ipsius Petri Radnoth vocata per officialem eiusdem Petri de dicta Bogath in eadem Radnoth constitutum captivari fecisset, et dum idem officialis ad capita eorundem volahorum veluti furum iuxta regni consuetudinem iudicium complevisset, prefatus Iacobus filius Alard una cum filio suo similiter Alard vocato uno eorum volaho per ipsos suspenso, alterum eorum in centum boves ac ducentas oves et unum equum

nominabile(m) pactando, ipso volaho emisso pro eodem unum alium volahum sub fideiussoria cautione captivassent et desub ligno patibulari, quo eorum placuisset voluntati, deduci fecissent potentia mediante, in eiusdem exponentis preiudicium et sue libertatis sedis iudiciarie infringendo et vilipendium multum ingens. Super quo vestras nobilitates presentibus requirimus diligenter, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis suo
1448. modo rescribatis. Datum in Bogath, sabbato proximo ante
mart. 2. dominicam Letare anno domini Millesimo CCCC. XL. octavo.

Küküllővármegyének 1448. márt. 20-án kelt átíratában, hátrább.

XXXI.

Tordán, 1448. mart. 4.

Herepei Márk, Erdélyi Miklós, patai Dezső János és György tordavármegyei ispánok és szolgabíró társaik bizonyítják, hogy Járai Péter a Bolgár László aklosi jobbágyának Tamás kenéznek egy lovát elhajtotta.

Nos Marcus de Hereppe et Nicolaus Erdeli, ac Iohannes necnon Georgius Desew de Patha comites, item Petrus Danch de Synd et Andreas de Poka iudices nobilium comitatus de Thorda memorie commendamus, quod cum nos unum ex nobis Petrum Danch ad subscriptam inquisitionem duxissemus transmittendum, qui demum ad nos reversus retulit, qualiter ipse in comitatu Thordensi procedendo rescivisset, quod Petrus de Jara cum suis familiaribus, puta Petro Zekel et Laurentio ad possessionem Aklos de die tempore laborum accessisset et unum equum Thome kenesii iobagionis Ladislai Bolgar, valoris florenorum sedecim auri abduxisset. Datum Thorde, feria secunda proxima post domi-
1448. nicam Letare anno domini Millesimo quadringentesimo XL.
mart. 4. octavo.

Eredetije papíron, hátán három pecsét nyomaival, *7136*.

XXXII.

Kornetelkén, 1448. mart. 20.

Herepei István, Jakab és Mihály küküllővármegyei alispánok, héderfáji Lőkös Domokos és petendi Burián Pál szolgabírák az erdélyi alvajdáknak, a Meggyesfalvi Jakab és fia Alárd által a Bogáti Péter kárára elkövetett hatalmaskodásra vonatkozólag kiadott vallató parancsát Bolgár László kérésére hiteles alakban átírják.

Nos Stephanus, Iacobus et Michael de Herepe vicecomites, item Dominicus Lewkes de Hederfaya et Paulus Buryan de Petend iudices nobilium comitatus de Kykellw memorie commendamus, quod Elias iudex de Radnoth quasdam literas inquisitorias sub sigillo dominorum nostrorum vicevayvodarum pro parte Petri de Bogath domini sui nobis loquentes presentare curavit, quarum pariam et tenorem Ladislaus Bolgar mox sibi dari per nos postulavit. Cuius tenor is est: Nos Marcus de Herepe — — *sat., l. Herepei Márk és társai 1448. mart. 2-án kiadott levelét elébb XXX. sz. a.* — Quibus exhibitis nos prescriptas literas de verbo ad verbum transcribi fecimus et eidem (Ladislao) Bolgar sine diminutione pariam earundem concessimus emanari, communi iustitia suadente. Datum in Cornetelke, in magna feria quarta annoque supra dicto. 1448. mart. 20.

Eredetije papíron, hátán három pecsét töredékeivel, *jelzet nélkül.*

XXXIII.

Görgény várában, 1448. apr. 22.

Vingárti Geréb János görgényi várnagy levele Bolgár Lászlóhoz, melyben inti, hogy a székely Antal fia János és János fia János birtokait, melyeket a kormányzó a székelyek kapitányával, bíráival és véneivel meggyesfalvi Alárd fia Jakabnak itélt, ha hűtlenségbe nem akar esni, Alárd fia Jakabnak adja a kezébe.

Egregie vir, frater noster dilecte.

Scituri, quomodo nobilis vir Iacobus Alardii de Meggesfalwa portavit nobis literas domini nostri gubernatoris statutorias et protectionales super quadam portione posses-

sionaria agilium virorum Anthonii filii Iohannis et Iohannis filii Iohannis adiudicatorias, quod ipse tempore presentis generalis iudicii sedis Maros proxime preteriti idem dominus noster gubernator simul cum capitaneo et iudicibus ac senioribus siculis medietatem predictarum portionum possessionariarum prefatorum Anthonii et Iohannis siculorum eidem nobili Iacobo Alardii iuridice adiudicasset, quam portionem possessionariam hucusque eidem minime remittere et resignare curavissetis et curaretis de presenti. Igitur rogamus vestram fraternitatem diligenter, quatenus predictas hereditates ac portiones possessionarias prefatorum Anthonii et Iohannis eidem Iacobo Alardii remittere et resignare velitis atque debeatis, imo in persona domini nostri gubernatoris committimus vobis consulimusque vestram fraternitatem diligenter, quod iudicatui domini nostri et seniorum sedis Maros nequaquam contradicere presumatis, quia bene constat vestre fraternitati, quod taliter dispositum est in sede iudiciaria in oppido Wasarhel, quod quicunque iudicatui domini nostri gubernatoris et seniorum in generali iudicio existentium contradixerit aut contradiceret, in perpetua infidelitate et super capita et bonorum suorum convincantur et convincatur. Si feceritis, bene quidem, alioquin mandata et commissa ipsius domini nostri facere oportebit. Scriptum in castro Gergen, feria secunda
1448. apr. 22. proxima ante festum beati Georgii martyris anno domini etc. XL. octavo.

Iohannes Gereb de Wyngarth
castellanus in Gergen.

Kivűl: Egregio viro Ladislao Bolgar dicti in Zenthkeral, fratri et amico nostro dilecto dentur.



3. Geréb János pecsétje.

Eredetije papíron, záró pecséttel, melynek paizsát a Kacsicz nemzetség oroszlán czímere foglalja el, *7137*.

XXXIV.

Tordán, 1448. maj. 6.

Patai Dezső János, Pókai András, Septéri Gyula, Hadrévi László, sárombérki Nagy Imre tordavármegyei alispánok, Dancs Péter és Pókai András szolgabírák szentkirályi Bolgár Lászlónak, miután őket mindennemű birságra nézve kielégítette, menedéket adnak.

Nos Iohannes Desew de Patha, Andreas de Poka, Gywla de Septer, Ladislaus de Hodrew et Emericus magnus de Saromberk vicecomites, item Petrus Danch et Andreas de Poka iudices nobilium comitatus Thordensis memorie commendamus, quod egregius Ladislaus Bolgar de Zenthkyral de et super omnibus et singulis birsagiis, quibus ipse contra quoscunque nobis hucusque convictus fuit, plenam et omnimodam impendit satisfactionem; de quibus eundem Ladislaum Bolgar commisimus quittum et per omnia absolutum. Datum Thorde, feria secunda proxima post festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum anno domini Millesimo quadringentesimo XL. octavo. 1448. maj. 6.

Eredetije papíron, hátán három viaszpecsét töredékeivel, *7128.*

XXXV.

Tordán, 1448. maj. 8.

Herepei Márk, Balai György és Somkereki Miklós erdélyi alvajdák bizonyítják, hogy a Kerellői Pál és Bolgár László között, ez utóbbi által a Kerellői Pál kárára elkövetett három rendbeli hatalmaskodás miatt fennforgó pert, a mindkét fél által egyenlő számban választott bírák bizonyos feltétel alatt elintézték.

Nos Marcus de Herepe ac Georgius de Bala, et Nicolaus de Svmkerek vicevayvode Transsilvanenses memorie commendamus per presentes, quod Benedictus de Zwch, Michael de eadem, Iacobus de Chesteoue, Petrus de Pestes, Sandor de Kendi, Boltha de Bald, Blasius de Georgfalva, Stephanus de Iztryg, Andreas de Toldalagh, Kemen miles, Michael de Zenthpal, Bartholomeus de Dellw et magister

Nicolaus partium Transsilvanensium protonotarius arbitri iu-
dices utputa in causa inter Paulum de Kerele ab una, et
inter Ladislaum Bolgar de Twson ab alia partibus mota et
habita per ipsos partes equali numero electi personaliter no-
stram venientes in presentiam sunt nobis confessi eo modo,
quod ipsi iuxta continentiam aliarum literarum nostrarum
fassionalium obligatoriarum super facto quorundam trium fa-
ctorum potentiariorum per ipsum Ladislaum Bolgar ipsi Paulo
de Kerelew illatorum et irrogatorum, in quorum uno facto
potentiario idem Paulus usque diffinitivam sententiam proces-
sisset, auditis partium propositionibus et allegationibus taliter
arbitrati exstitissent, quod ex quo prefatus Ladislaus Bolgar
quendam iobagionem ipsius Pauli cum omnibus suis rebus
abduxisset potentialiter in facto cuiusquidem abductionis,
prout ex seriebus certarum literarum exinde confectarum
limpidius conspexisset, premissam sententiam reportasset dif-
finitivam, idem Ladislaus Bolgar eundem iobagionem cum
iam dictis cunctis suis rebus et bonis sabbato proximo post
maj. 18. festum Penthecostes rursus reddere et restituere, idemque
Paulus sola sua in persona eodem die in possessione Zenth-
michlos vocata, ad quam videlicet prefatus iobagio prima vice
abductus fore asseritur, semper coram iudice nobilium comi-
tatus de Thorda, cui harum serie illac accedere committimus,
super quot et quantis dampnis maluerit iuramentum prestare,
quo prestito idem Ladislaus Bolgar quinto decimo die diei eius-
dem iuramentalis depositionis eidem Paulo de eisdem dampnis
satisfacere; item super premisso uno facto potentiario decimo
jun. 2. octavo se nobilibus prima die et super alio facto potentiario
un. 3. similiter decimo octavo se secundo die octavarum festi Nativi-
tatis beati Iohannis baptiste proxime post se se semper occur-
rentibus hic Thorde coram nobis super eo, quod ipse in to-
tali premissa actione et acquisitione ipsius Pauli innocens sit
et penitus immunis existat, sacramentum prestare deberet
et teneretur. Si vero idem Ladislaus Bolgar quitquid ex pre-
missis facere negligeret, extunc in premissis gravaminibus in
pre assertis literis nostris obligatoriis clarius specificatis utputa
decem parti adverse et duobus iudici marcis argenti persol-
vendis convinceretur et convinci deberet eo facto harum

nostrarum testimonio literarum mediante. Datum Thorde, in festo Apparitionis beati Michaelis archangeli anno domini Millesimo quadringentesimo XXXX. octavo. 1448. maj. 8.

Eredetije papíron, hátán egy pecsét nyomával, *jelzet nélkül.*

XXXVI.

Ebesfalván, 1448. oct. 28.

Özvegy Apa fia Györgyné, Anna asszony végrendelete, melylyel a szentkirályi kolostornak egy ezüst tálat, a szent Györgynek szentelt ebesfalvi templomnak két szőlőt, egyéb javait pedig leányának, Erdélyi Miklósnénak hagyományozza.

In nomine domini amen. Ex quo secundum beatissimum Iob homo sicut flos, fenum agri arescens etc., hinc est, quod ego Anna relicta Georgii Appa ex allegatis sciens me morituram, quare de singulis bonis meis michi a deo misericorditer collatis tale condor testamentum mee anime in salutem coram idoneis testibus meo testamento astantibus scilicet plebano de Hodwilag confessori meo, Francisco iudici, Alberto iudici de Ebeschfawlwa etc. in hunc modum premeditatum, primo scutellam argenteam pro claustro beate virginis Marie etc. in Zentkylal pro missa perpetua. Item duas vineas pro ecclesia sancti Georgii martyris in dicta Ebesfawlwa. Item alia omnia bona tam mobilia quam immobilia pro filia mea Anna, uxore egregii viri Nicolai de Erdel. Item XXII florenos auri ex parte sororis mei Margarethe, uxoris quondam Iohannis Farczchaz, quos scilicet florenos idem filia mea recipiat sibi in usum. Datum in Ebeschfalwa, feria 2. ante festum Omnium Sanctorum anno domini M. CCCC. XLVIII. Meo sigillo duxi corroborandum. 1448. oct. 28.

Eredetije papíron, alján pecsét nyomaival, *jelzet nélkül.*

XXXVII.

Gyulafehérváron, 1449. sept. 10.

Vetési Albert fehérvári főesperes és az erdélyi püspök vicariusa Domokos tordai főesperesnek a Suki Benedek és Mihály s Boldóczi Bertalan közt fennforgó ügyben kiadott itéletlevelét átírja.

Albertus de Vethes archidiaconus Albensis canonicusque ecclesie Transsilvane, ac per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Matheum dei et apostolice sedis gratia episcopum Transsilvanum vicarius in spiritualibus generalis constitutus ad universorum notitiam quorum interest volumus pervenire, quomodo nobilis vir Bartholomeus de Boldocz formam legitime citationis observando nobiles et egregios viros Benedictum et Michaelem filios Iohannes de
maj. 1. Swk ad octavas festi beati Georgii martyris tunc affuturas nostram citare curavit in presentiam.

Termino itaque ipso adveniente discretus vir dominus Michael tunc plebanus in Boldocz antelata cum procuratoriis literis egregii Marci de Herepe pro dicto Bartholomeo, pro dictis vero Benedicto et Michaele discretus Abraham presbyter tunc notarius dicti reverendi domini Mathei episcopi cum procuratoriis literis nostris comparuerunt, et eandem causam ratione prioritatis termini
jul. 1. ad octavas festi beati Iohannis baptiste tunc venturas idem dominus Abraham procurator et nomine procuratorio prorogari postulavit.

Termino denique ipso adveniente et partibus coram nobis constitutis, annotatus Michael sacerdos procurator et nomine procuratorio quo supra petitionem suam in quodam libello redactam obtulit petendo, ut dictum dominum Abraham procuratorem ad contenta eiusdem libelli respondere compelleremus iure mediante. In quo quidem libello inter cetera tales continebantur pe[titio]nes, quod cum nobilis vir pie reminiscentie Iacobus ma(g)nus de Kalyan viam universe carnis fuisset ingressus, extunc no[bilis] Paulus pii recordii pater dicti Bartholomei relictam ipsius Iacobi duxit uxorem et filiam suam Margaretha vocatam [similiter] do-

mum suam adducens, per sex annos in domo sua nutriens, ad ipsam trecentos florenos auri exposuisset. Secundo peti-[vit,] ut de dote domine . . *) vocate, consortis Pauli, matris domine Margarethe, quia ipsa possessio Kalyan nunc apud manus dictorum Benedicti et Michaelis haberetur, eosdem compelleremus ad satisfaciendum. Quo audito annotatus dominus Abraham procurator et nomine procuratorio quo supra, animo et intentione litem contestando respondit exadverso, quomodo hoc verum foret, quod pater dicti Bartholomei dictam dominam Margaretham una cum matre ad domum suam portasset et dictam dominam relictam Iacobi in uxorem duxisset, dictam tamen dominam Margaretham non de suis bonis, sed de illis rebus mobilibus, que a patre suo remanserant, nutrivisset, dos vero et res parafernales iuxta laudabilem consuetudinem in partibus Transsilvanis approbatam et diutive tentam non a possessionibus venditis, cum premissa possessio Kalyan apud manus dictorum Benedicti et Michaelis ut emptitia haberetur, sed a stipite propagationis et congenerationalis **) condam Michaelis de dicta Kalyan venditoris et traditoris eiusdem possessionis pagari debent et exsolvi; que omnia sufficienti testimonio promisit tempore suo comprobare.

Demum cum ipsa causa ad plurimas dilationes fuisset prorogata, tandem octavo die mensis Septembris partibus coram nobis comparentibus et conclusionem in causa sept. 8.
vel alias sententiam diffinitivam ferri postulantibus, dictisque et attestationibus testium publicatis et productis coram nobis conclusione premissa ad sententiam ferendam tertium diem sept. 10.
dicti termini duximus statuendam. Nos vero tunc aliis arduis negotiis occupati dictam causam honorabili domino Dominico in Doboka archidiacono commisimus decidendam et sententialiter terminandam.

Termino itaque adveniente et partibus coram eo constitutis ac sententiam diffinitivam ferri postulantibus, ut idem dominus Dominicus archidiaconus et canonicus nos demum

---

*) Az eredetiben is két pont van.

**) Így, helyesebben *congenerationis* lenne.

certificavit, sententiam diffinitivam, servatis de iure servandis, pronunciavit sub hac forma:

Christi nomine invocato nos Dominicus archidiaconus de Doboka et canonicus ecclesie Transsilvane loco vicarii surrogatus in causa, que inter nobilem virum Bartholomeum de Boldocz uti actorem et principalem ab una, ac egregios Benedictum et Michaelem filios Iohannis de Swk uti in causam attractos et similiter principales ab alia partibus, pretextu et ratione trecentorum florenorum auri ac dotis puellaris nobilis domine matris ipsius Bartholomei, consortis Pauli vertens, pro tribunali sedendo solum deum et eius iustitiam habendo pre oculis una cum nostris assessoribus actis actitatis, legitimisque documentis coram nobis productis maturitateque cum ea qua decuit hinc inde pensatis et plene digestis ruminatisque et calculatis aliis circumstantiis, que circa premissa nostrum movebant animum, declaravimus et sententialiter diffinivimus ac pronunciamus premissos trecentos florenos auri necnon dotem memoratam, iuxta declarationem et limitationem harum partium Transsilvanarum nobilium, prout hec in quibusdam literis vicevayvodarum continentur, per ipsos Benedictum et Michaelem per annotatum Bartholomeum petitos persolvi non debere, nichilominusque memoratos Benedictum et Michaelem ab impetitione et infestatione sepe tacti Bartholomei penitus absolvendos, perpetuum silentium pro premissis eidem Bartholomeo imponendo ac ipsum in expensis legitimis condempnando, quarum taxationem nobis in posterum reservamus, hac nostra sententia diffinitiva mediante. Datum Albe, in domo nostre solite residentie hora
1449. tertiarum vel quasi in termino prenotato anno domini Mil-
sept. 10. lesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

Kivűl: Sententia diffinitiva pro parte nobilium de Swk Benedicti videlicet et Michaelis lata super trecentis florenis auri et dote rebusque parafernalibus de possessione Kalyan non persolvendis.

Eredetije papíron, alján a Kaplyon nemzetségbeli Vetési Albert zöld viaszba nyomott pecsétjével, melynek jobb oldalán a növő hold, bal oldalán egy hat ágú csillag s közepén egy elmosódott czímer alak látható, *7749.*

XXXVIII.

(1450 körül.)

Szakácsi határjárása.

Registrum super reambulatione metarum nobilium virorum Stephani literati de Zakachy et Ladislai de Mayad, ac Valentini magni de eadem Zakachy et Benedicti castellani de eadem Zakachy, Nicolai Caplian de Lelew et Dionysii de eadem Zakachy.

Item primo a plaga septemtrionali incepimus a quodam rubeto, quod novum rubetum appellatur, circa quandam viam, per quam itur de Cheg ad Mihalfalua, ibi fecimus unam signaturam, que distinguit terram Zakachy a terra Senthkiral, deinde processimus directe per eandem viam versus plagam orientalem usque ad terram domini episcopi Transsilvanensis Sehthezeg appellatam et ibi fecimus 2. signaturam, deinde processimus versus plagam meridionalem usque ad viam, per quam itur de Zakachy ad Mihalfalua et pertransit unam aliam viam per modum crucis, per quam itur de Thasnad ad Acus, ibi similiter fecimus 3. signaturam, que distinguit terram Zakachy a terra Wynemeth, consequenter processimus directe ad plagam meridionalem, ibi econverso fecimus 4. signaturam, ulterius procedendo ad eandem plagam pervenimus ad quendam alveum seu cursum aque, ubi invenimus duas metas antiquas, que distingunt terram Zakachy a terra Winemeth et ibi econverso fecimus signaturam novam, deinde processimus versus plagam orientalem et pervenimus ad quendam alveum, qui appellatur Zekeres pathaka et ibi fecimus etiam signaturam, et ibi contradixerunt nobiles viri de Wynemeth et ibidem finitur terra nobilium virorum de Winemeth. Deinde processimus penes eundem alveum usque plagam occidentalem per totum usque ad viam magnam, per quam itur ad partes Transsilvanas et alveus ille distinguit terram Zakachy a terra Sopor per totum, et vocatur alveus ille minor Sekeres pathaka et ibi finitur meta possessionis Sopor. Ulterius procedendo versus eandem pla-

gam pertransiendo predictam stratam magnam attigimus ad terram possessionis Kege, ubi pervenimus ad quandam vallem Ewlvesbik vocatam, ibique fecimus signaturam, que distinguit terram Zakachy a terra Kege, ulterius procedendo ad eandem partem pervenimus ad unum montem, qui vocatur Homlokberch, ibidemque fecimus signaturam inter terram Zakachy et Kege, deinde processimus modo in directo versus septemtrionem descedendo per eundem montem pervenimus ad unam vallem parvam, et ibi fecimus signaturam inter predictas terras, que vallis ascendit ad quendam montem rubetosum versus occidentem, ubi pervenimus ad quendam locum, qui vocatur Chuprusagag, ibique fecimus signaturam, ulterius procedendo versus occidentem pervenimus ad caput unius vallis, que vocatur Heriosvelgfe, fecimus unam signaturam et ibi contradixerunt nobiles viri de Kege, ulterius processimus ad eandem plagam et pervenimus ad unum alveum Laphospatak vocatum, ubi pertransit una via de Sarvad ad Kege et ibi fecimus signaturam, et ibi finitur terra Kege et ibi etiam contradixerunt.

A kolosmonostori conventnek 1761. mart. 29-én id. Teleki Ádám részére kelt kiadványában, *6073.* A XV. század közepére valló kézzel írt s constructionalis hibával teljes följegyzés, a melyeket egyszerüen kijavítottunk, az orsz. lt. *Dl. 28,836.*

XXXIX.

(Kolosmonostoron) 1451. dec. 8.

A kolosmonostori convent jelenti Tarkői György erdélyi alvajdának, hogy parancsára a nagydemeteri és terpeni szászok Csege, Bocsonya, Fáta és Tőkés nevű birtokainak határát megjárta.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas egregii viri Georgii filii Rykalph de Tharkew vicevayvode Transsilvani metarum reambulatorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Georgius filius Rykalph de Tharkew vicevayvoda Transsilvanus amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis universorum saxonum regalium in possessionibus Nagdemether et Therpen vocatis commorantium, quomodo quedam predia ipsorum Chege, Bochonya, Fatha et Thewkes vocata, nunc apud manus eorundem exponentium habita, omnino in comitatu de Doboka existentia, legitima reambulatione et metarum erectione renovationeque, ac aliorum possessionariis iuribus distinctione et separatione plurimum indigerent. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magistri Nicolaus prothonotarius ac Petrus Serthew subnotarius nostri alio absente homo noster ad faciem prescriptorum prediorum Chege, Bochonya, Fatha et Thewkes vocatorum, vicinis et commetaneis eorundem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo reambulet eadem per eorum veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulataque et ab aliorum possessionariis iuribus metaliter separata et distincta relinquat et committat eadem prefatis exponentibus iure eis incumbenti perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi possessionarie reambulationis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, vicinorumque et commetaneorum illac convocandorum, contradictorum vero et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Dywchewzenthmarthon, in profesto beati Clementis pape anno domini Millesimo quadringentesimo quin- 1451. nov. 22.
quagesimo primo.

Nos igitur amicabilibus petitionibus prefati vicevayvode gratum prebentes consensum, una cum annotato magistro Nicolao prothonotario homine suo nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Barnabam sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos

reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in vigilia beati
nov. 29. Andree apostoli novissime preterita et aliis diebus subsequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies prescriptorum prediorum Chege, Bochonya, Fatha et Thewkes nuncupatorum vicinis et commetaneis eorundem, utputa Nicolao et Stephano dictis Erdely de Somkerek, necnon Georgio, Blasio et Iohanne Chereny cognominatis de Balasfalwa ac Anthonio de Kerezthwr, item Paulo de Saarwar, necnon Iohanne filio Petri familiare Iohannis Farkas, aliisque quampluribus nobilibus et ignobilibus inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, quod primo incepissent a portu fluvii aque Zamos a quodam lapide Kekkew nuncupato, inde per aciem montis versus occidentem duas antiquas metas penes se se reperissent, quarum unam a parte aquilonari prefatis nobilibus de Somkerek, aliam vero dicto predio Thewkes renovando reliquissent, abhinc acie in eadem plagam ad eandem eundo duas metas antiquas consimili modo separantes renovassent, adhuc eadem plaga servata descendissent in vallem Kwthath dictam, abhinc valle de eadem ascendendo in vertice montis Boyor dicti unam antiquam metam reperissent, qua renovata et dictis nobilibus de Somkerek derelicta penes eandem a parte meridiei novam metam prefato predio Fatha distinguentem cumulassent, deinde modicum spatium eundo in capite vallis Pynkesthpathaka nuncupate similiter unam antiquam metam reperissent, qua renovata et dictis nobilibus derelicta penes eandem novam metam predicto predio Fatha separantem fecissent, abhinc declinando ad partem meridionalem vallem ad eandem descendentes valle in eadem unam antiquam metam reperiendo, qua renovata penes eandem a parte meridionali novam metam modo premisso separantem fecissent, postea valle in eadem pergendo et valle de eadem exeuntes ad partem meridiei ascendendo in vertice cuiusdam montis unam antiquam metam renovando, penes eandem aliam metam fecissent modo pretensato distinguentem, abhinc in silva ad eandem plagam meridionalem pergendo modicum descendentes unam antiquam metam renovando, penes ipsam metam de novo fecissent premisso modo separantem, deinde ad eandem plagam in eadem silva per magnum spatium profi-

ciscentes penes viam graminosam in eadem silva descendentes unam antiquam metam renovando et dictis nobilibus de Somkerek relinquendo, ex opposito eiusdem vie in alia parte aliam metam de novo prelibato predio Fatha distinguentem aggregassent, abhinc per eandem viam graminosam per magnum spatium eundo et modicum versus occidentem declinando penes eandem viam duas antiquas metas renovando, quarum unam a parte meridionali predicto predio Fatha et aliam a parte aquilonari dictis nobilibus de Somkerek reliquissent, dehinc declinando ad partem meridionalem per magnum spatium pergendo silva de eadem exeundo penes viam publicam iuxta oraculum ligneum unam antiquam metam renovando et dictis nobilibus de Somkerek committendo, penes quam a parte meridiei novam metam sepe dicto predio Fatha sequestrantem erexissent, postea montem Eghazhege dictum directe ascendentes in eiusdem montis vertice duas antiquas metas modo antelato sequestrantes renovassent, inde descendendo et ad plagam meridionalem ascendendo in margine cuiusdam silve duas antiquas metas prenotato modo separantes renovassent, abhinc declinando inter occidentalem et aquilonarem plagas descendentes ad rivulum, quo pertransito in ascensorio cuiusdam bercz unam antiquam metam renovando et dictis nobilibus committendo, aliam a parte meridiei sepe fato predio Fatha separantem de novo cumulassent, deinde in acie eiusdem bercz modicum ascendendo similiter renovata una antiqua meta, de novo aliam fecissent supra nominato modo sequestrantem, abhinc girando per aciem eiusdem bercz in vertice cuiusdam montis rotundi Agyakfew nuncupati supra stagnum arundinosum unam antiquam metam communiter ambabus partibus separantem renovando monteque de eadem descendendo, in margine memorati stagni arundinosi unam antiquam metam ambabus partibus distinguentem renovassent, ubi metas sepius dicti predii Fatha terminassent.

Demum metas predii Bochonya incipientes reambulare a prenarrata ultima meta predictum stagnum arundinosum inter occidentalem et aquilonarem plagas directe per medium ultra transeundo, penes viam prope marginem eiusdem stagni

in radice montis Nergeshath nuncupati duas metas de novo sublevassent, quarum unam a parte aquilonari possessioni Chepam prescriptorum nobilium de Somkerek et aliam a parte meridionali predicto predio Bochonya distinguentes commisissent, abhinc plagam ad eandem directe ascendendo in vertice eiusdem montis Nergeshath unam metam ambabus partibus communiter separantem de novo aggregassent, deinde versus occidentem declinando in acie cuiusdam bercz duas metas de novo cumulassent, quarum unam a parte meridiei predicto predio Bochonya et a parte aquilonari dicte possessioni Chepan distinguentem commisissent, abhinc in acie eiusdem bercz per longum spatium pergendo penes quandam viam duas metas de novo sublevassent, quarum unam a parte occidentali prelibate possessioni Chepan et a parte aquilonari memorato predio Bochonya separantem reliquissent, inde directe declinando ad plagam meridionalem ultra fines quarundam terrarum spinosarum duas metas de novo cumulassent a parte occidentis dicte possessioni Chepan et a parte orientis predicto predio Bochonya separantes, inde plagam ad eandem pergendo penes viam publicam unam antiquam metam prefate possessioni Chepan separantem renovando, penes eam prenominato predio Bochonya novam metam distinguentem erexissent, et ibidem metis Chepan terminatis et ipsum predium cum possessione Nemethy metam tenere incepisset et postea aciem cuiusdam bercz eundo in vertice cuiusdam montis Orozewswen vocati in medio silve duas metas de novo fecissent a parte meridionali Chege et aquilonari Nemethy distinguentes, et metas Bochonya ibi terminassent.

Inde per aciem eiusdem bercz per longum spatium in medio silve eundo in quodam monticulo rotundo unam metam ambabus partibus separantem, abhinc per aciem eiusdem bercz per longum spatium eundo similiter in quodam monticulo rotundo unam metam ambabus partibus separantem fecissent, inde per idem bercz pergendo in medio silve consimiliter in quodam monticulo rotundo ambabus partibus unam metam fecissent, inde per idem bercz per longum spatium pergendo supra vallem Keczkewewlg in eodem bercz

tres metas penes se se circulariter a parte aquilonari dictis nobilibus de Somkerek et meridionali nobilibus de Balasfalwa, a parte vero orientali dicto predio Chege sequestrantes de novo cumulassent, inde vero inter meridiem et orientem plagas directe descendendo penes viam a parte meridiei unam metam cumulassent, abhinc per eandem viam descendendo ex utraque parte eiusdem vie duas metas a parte meridionali predicte possessioni Balasfalwa et aquilonari Chege separantes sublevassent, postea viam per eandem descendendo per bonum spatium de eadem via ad partem meridionalem exeundo prope finem silve unam metam ambabus partibus separantem de novo aggregassent, dehinc in latere eiusdem montis pergendo successive ascendentes in medio eiusdem montis duas metas a parte meridiei prescripte possessioni Balasfalwa et aquilonis Chege separantes erexissent, postremo nempe ad partem orientalem descendendo cis rivuli ripam Sospathak dicti duas metas semper a principio usque ad finem terrarum a parte meridiei sepe fate possessioni Balasfalwa et aquilonari Chege relinquendo sublevassent, abhinc predictum rivulum usque locum, ubi idem rivulus Sospathak caderet in fluvium aque Bozwa, inter predictam possessionem Balasfalwa et dictum predium Chege relinquendo, ut sint modo premisso prescripta predia Chege, Bochonya, Fatha et Thewkes ab aliorum possessionariis iuribus separata et distincta, necnon terras, silvas et fenilia ac generaliter quasvis utilitates sub inclusionibus pre tactarum metarum adiacentes eisdem saxonibus regalibus in pre allegatis possessionibus Nagdemether et Therpen commorantibus iure eis incumbenti perpetuo reliquissent et commisissent tenendas, possidendas pariter et habenda, prelibatis Nicolao et Stephano dictis Erdely de Somkerek, necnon Georgio, Blasio et Iohanne cognominatis Chereny de Balasfalwa in ipsorum ac cunctorum fratrum et consanguineorum eorum nominibus et personis premissis metarum reambulationibus benivolum consensum prebentibus pariter et assensum, nullo etiam penitus contradictore ibidem apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum decimo die

1451. dec. 8. diei reambulationis prenotate, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo supra dicto.

Eredetije hártyán, függő pecsétje elveszett, *7755*.

XL.

Pozsonyban, 1453. febr. 7.

V. László megparancsolja Hunyadi János beszterczei ispánnak s az ország főkapitányának, továbbá Ujlaki Miklós és Rozgonyi János erdélyi vajdáknak, hogy a székelyekkel a szomszédos nemeseknek elfoglalt földjeit adassák vissza s a régi határokat állítsák helyre.

commissio domini regis.*)

Ladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex ac Austrie et Stirie dux, necnon marchio Moravie etc. fidelibus nostris spectabili et magnificis Iohanni comiti Bystriciensi, generali capitaneo nostro in regno Hungarie ac Nicolao de Wylak et Iohanni de Rozgon vayvodis nostris Transsilvanis vel ipsis absentibus vicevayvodis eorundem salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis universitatis nobilium partium nostrarum Transsilvanarum, quomodo temporibus preteritis in illis metis seu terminis, qui ipsos et terram siculorum disiungerent, non parva fuisset et esset occupatio atque distractio terrarum ipsorum nobilium per dictos siculos facta, quarum pretextu sepius inter ipsos nobiles et siculos contentiones, iurgia et rixe hactenus contigissent et contingere possent in futurum. Unde cum nostri officii sit inter subditos nostros pacem servare, tollere scandala et occasiones dissensionum, ac unumquemque in suo iure manutenere, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus habitis presentibus partibus pro huiusmodi terris occupatis dissidentibus, tam scilicet nobilibus quam siculis ad facies huiusmodi terrarum convocatis et presentibus terras huiusmodi contentiosas diligenter revidendo, conspiciendo et considerando, si a dictis nobilibus occupatas fore comperie-

*) A király parancsának itt és az oklevél végén való kifejezése — a szövegtől eltérő írással — egy és ugyanazon kéztől származik.

ritis, eis restatuere et tam ipsos nobiles quam siculos ad antiquos terminos imponere, ac pacificam et perpetuam inter ambas partes distinctionem metaliter facere debeatis auctoritate nostra vobis presentibus in hac parte attributa et iustitia mediante, ita ut unaquaque pars suis terminis contenta alteram ledere vel nobis propterea conqueri ulterius non cogatur. Volumus autem, ut si qua partium vestris in hoc ordinationibus contradicere vellet, per remedia opportuna illi silentium imponere et contumacem compescere debeatis; secus ergo in premissis non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, feria quarta proxima post festum beate Dorothee virginis et martyris anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, regni autem nostri anno tredecimo. 1453. febr. 7.

commissio domini regis
in consilio.

Eredetije papíron, alján pecsét töredékeivel, *8078*.
Kiadta *Szabó* K., Székely Okl. III. 65.

XLI.

(Deésen), 1453. oct. 10.

Eduárd deési bíró és eskütt társai előtt Gál kézműves és Bertalan deák deési polgárok házaikat Mátyus Péternek örökbe vallják.

Nos Adwardus iudex iuratique cives et universi hospites de Dees memorie commendamus quibus expedit universis, quod Gallus faber noster concivis coram nobis constitutus proposuit per hunc modum, quomodo ipse domum seu sessionem suam, qua quidem domus contra curiam seu domum plebanatus sancti Stephani regis iacet, necnon a parte orientali in vicinitatibus Fabiani pellificis existit, pro quadam sumpma peconiarum plene persolutarum provido Petro Mathiws similiter nostro consocio et per eum suis successoribus dedisset, vendidisset, imo dedit et vendidit coram nobis in filios filiorum suorum iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam; hoc non pretermisso, quod prudens vir Bartholomeus literatus filius condam Iohannis

fabri in sua ac omnium fratrum in personis coram nobis constitutus retulit per hunc modum, quomodo ipse rectam dimidietatem domus sue, qua quidem domus de patre suo ante dicto ad ipsum iuridice devolvisset, vicinatur etiam a parte occidentali penes fundum Georgii iudicis, parte vero orientali penes fundum premissi Galli fabri iacet, pro quadam sumpma peconiarum plene persolutarum eidem Petro Mathius et per eum suis successoribus dedisset, ven(di)disset, imo dedit et vendidit coram nobis in filios filiorum suorum iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente, tali vinculo mediante, quod si quispiam temporum in processu ratione premissarum sessionum quovismodo impedire niteretur, extunc in facto calepnie *(így)* devincatur eo facto, harum literarum nostrarum
1453. testimonio mediante. Datum feria quarta proxima ante festum
oct. 10. sancti Galli confessoris, anno etc. LIII.

Eredetije papíron, alján pecsét nyomaival, *jelzet nélkül.*

XLII.

Tordán, 1453. dec. 17.

Földvári Imre tordavármegyei alispán és társai az Erdélyi Miklós pakocsai oláh jobbágyai által Sámsondi Antalon és Lőrinczen elkövetett hatalmaskodás miatt ezek által indított pert, eldöntés végett Tarkői György és Slibói Broniszláv alvajdák elébe terjesztik.

Egregiis viris Georgio filio Rycalph de Tharkew et Bronyslao de Slibo vicevayvodis Transsilvani(s) dominis ipsorum honorandis Emericus de Fewdwar, Iohannes filius Gerew de Zamusfalwa et Gwyla de Septer vicecomites, item Dominicus de Zengel et Sigismundus Solymos de Petlend iudices nobilium comitatus Thordensis servitium cum honore. Noveritis, quod nobis una cum nobilibus comprovincialibus feria secunda
dec. 3. proxima ante festum beate Barbare virginis Thorde pro tribunali consedentibus, omnibusque querulantium causis iusto iuris tramite discutientibus eo modo *) aliorum causidicorum Anthonius et Laurentius de Samsond personaliter in nostram

*) Így, *e medio* helyett.

et dictorum nobilium comprovincialium exsurgendo presentiam proponentes hoc modo, quomodo ipsi quosdam tres fures valahos, qui porcos ipsorum subtraxissent, eosdem porcos in manibus eorundem furum reperiendo captivassent, quos scilicet fures Nicolaus kenesius cum duobus filiis suis, puta Thoma et Sorban ac socio ipsorum Kysdan, iobagiones Nicolai Erdeli de Pakocha ab ipsis Anthonio et Laurentio manibus armatis more latrocinio recepissent, in quorum approbationem pre tacti exponentes arcum et bicellum evaginatum cum quinque sagittis ab eisdem furibus ablatis nobis presentarunt. Expost dum prefatus Laurentius de Samsond circa festum natalis Christi de oppido Wasarhel ad propria redire voluisset, tunc prefati Thomas et Sorban adiunctis ipsis Kysdan et Nicolao kenesio, hospitibus puta furum et latronum, iobagionibus predicti Nicolai Erdeli de predicta Pakocha eundem Laurentium in via libera obviando acriter verberassent et vulnerassent ipsumque in suo pileo, gladio, pelicio vulgo swba et quatuor florenis auri exspoliassent, si Iacobus de Zenthywan non supervenisset, ac ad rubeta pervenire nequisset, eundem Laurentium immaniter interimissent, que omnia premissa sic fore facta cum duabus literis sedis nostre comprobarunt; ex parte quorum sabbato proximo ante festum beate Elizabeth cum iudice nobilium iudicium postulassent, quorum ex parte tale fecissent iudicium, ut prenarrati homines rei insimul tredecimo se super eo, quod ipsi in premissis omnibus contra annotatos Anthonium et Laurentium de Samsond immunes forent et innoxii.*) De quo iudicio pre tacti exponentes non contenti, in nostram et dictorum nobilium comprovincialium presentiam provocassent, quorum ex parte per nos et nobiles comprovinciales ipsis iuris equitatem impertiri postulabant. Nos vero iudicando decrevimus isto modo, quod quia pre tactis reis hominibus solum tredecimo se omnibus insimul iudicium fecerint, quod nobis de iure non videbatur, annotatis Anthonio et Laurentio singulis eorum ad singula capita furum et latronum predictorum cum singulis septem hominibus iurare debeant presente iudice nobilium

(1452.) dec. 25.

(1453.) nov. 17.

*) Valószínüleg *iurare debeant et teneantur* kimaradt.

dec. 22. sabbato proximo post festum beati Thome apostoli in sede eorum. Quo audito Iohannes filius Thome de Eggres procurator Nicol(a)i Erdeli de ipso iudicio non contentus, sed in eo, ex quo pre tacti iobagiones domini sui alias nunquam in nomine notorio fuissent, in eo etiam, ut pre tacti exponentes cum singulis septem hominibus septies semper novis testibus ad iobagiones domini sui iurare tenerentur, discussioni vestrarum egregietatum et regni nobilium provocavit. Datum Thorde, feria secunda proxima ante festum beati Thome apo-
1453. dec. 17. stoli anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

Kivűl: Egregiis dominis vicevayvodis pro Nicolao Erdeli et aliis intra scriptis,*) contra Anthonium et Laurentium de Samsond ad octavas beati Iohannis baptiste transmissionalis.

Eredetije papíron, hátán a három alispán ép pecsétje közűl egyiknek paizsában egy stylizált liliommal, továbbá *de generali regni nobilium voluntate ad octavas festi beati Michaelis archangeli* (oct. 6.) *prorogata* följegyzéssel, *7161.*

XLIII.

Nagypályiban, 1454. mart. 28.

Hunyadi János beszterczei ispán az Erdélyi Miklós panaszára megparancsolja a székelyeknek, főleg a marosszékieknek, hogy őt a vingárti Geréb János által neki itélt föld birtokában többé háborgatni ne merészeljék.

Iohannes de Hwnyad comes perpetuus Bistricziensis etc. agilibus viris trium generum siculis tanquam amicis benivolis salutem et favorem. Exponitur nobis in persona egregii Nicolai Erdely de Somkerek valde querulose, quomodo vos ipsum in quadam terra sibi per egregium Iohannem Gereb de Wyngarth literis nostris mediantibus iuridice readiudicata et reobtenta minus iuste et indebite impediretis et eadem pacifice uti non permitteretis in suum preiudicium et dampnum valde magnum. Et quia a serenissimo domino nostro

*) Hibásan *alios intra scriptos* az eredetiben.

rege Ladislao habemus strictissimis in mandatis, ut quempiam in suis iuribus protegamus, vestras igitur amicitias presentibus petimus diligenter, nichilominusque vobis in persona prefati domini nostri regis firmiter committimus et mandamus et aliud habere nolumus, quatenus amodo in posterum prefatum Nicolaum Erdely in prescripta sua terra modo antelato per Iohannem Gereb sibi readiudicata impedire et molestare nusquam velitis, neque presumatis, sed eundem in eadem pacifice conservando, qui si feceritis, bene quidem, alioquin presentium vigore committimus memorato Iohanni Gereb, ut ipse nostra in persona et auctoritate presentibus sibi in hac parte attributa iustitiaque mediante prefatum Nicolaum Erdely in omnibus suis iustis iuribus contra vos et presertim adversus sedem Marws protegere debeat et teneatur. Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in villa Nagpaly, feria quinta proxima ante dominicam Letare anno domini M. CCCC. L. quarto. 1454. mart. 28.

Eredetije papíron, alján piros pecsét töredékeivel, *7290.*

XLIV.

Tordán, 1455. mart. 11.

Broniszláv erdélyi alvajda somkereki Erdélyi Miklósnak, az erdélyi követek fizetésére kölcsönadott kétszáz forintból a Szolnokvármegyére eső huszonnyolcz forintnak megfizetéséről menedéket ad.

Nos Bronyslaus vicevayvoda Transsilvanus fatemur et recognoscimus, egregium Nicolaum Erdeli de Somkerek in sortem ducentorum florenorum auri, quos nos pro expensis nunciorum universitatis nobilium partium Transsilvanarum mutuo et sub spe restitutionis accommodaveramus, de comitatu Zolnok viginti octo florenos auri nobis persolvisse, quem nos superinde commisimus quittum et expeditum. Datum Thorde, feria tertia, in profesto beati Gregorii pape anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. 1455. mart. 11.

Eredetije papíron. alján Broniszláv alvajda pecsétjével, melynek paizsában egy egyszarvú (!) látható, *jelzet nélkül.*

XLV.

(Kolosmonostoron) 1456. jan. 6.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy szamosfalvi Mikola János dezméri ifjabb Mikola Jánosnak zálogban birt kolosvármegyei szentkirályi és szentmiklósi birtokrészeit, miután ez az ötvenöt arany forintnyi zálogösszeget megfizette, visszaadta.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra memorie commendamus, quod Iohannes Mykola dictus de Zamusfalwa in sua ac Georgii et Ladislai filiorum suorum personis, quorum onera et quelibet gravamina (in se assumpsit) ab una, parte siquidem ex alia alter Iohannes iunior similiter Mykola de Dezmer nostram venientes in presentiam prefatus Iohannes senior confessus exstitit in hunc modum, quomodo annotatus Iohannes iunior super quinquaginta quinque florenis auri puri, pro quibus portiones possessionarie in possessionibus Zenthkyral et Zenth Myklos vocatis in comitatu de Kolos existentibus habite aput manus suas impignorate fuissent, iuxta dispositionem proborum et nobilium virorum satisfactionem impendisset, ideo ipse easdem portiones possessionarias pacifice et quiete remisisset et resignasset, imo remisit et resignavit coram nobis vigore et testimonio presentium mediante. Datum in festo Epiphaniarum Domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

1456. jan. 6.

A kolosmonostori convent 1475. apr. 11-iki átíratában, hátrább.

XLVI.

Tordán, 1456. jul. 10.

Tarkői György és gyerőmonostori Kemény István erdélyi alvajdák a Geszthesi János panaszára, mely szerint őt Szamosfalvi Miklósnak két János nevű fia a kolosvármegyei szentkirályi birtokrészből ki akarja tudni, a feleket szent Mihály nap nyolczadára magok eleibe idézik.

Nos Georgius filius Ricalf de Tha(r)kw et Stephanus Kemen (de) Geremonustra vicevayvode Transsilvani memorie commendamus etc., quod nobis una cum harum partium Transsilvanarum nobilibus in octavis festi Nativitatis beati Iohannis jul. 1.
baptizte nobiscum in iudicibus *) existentibus Iohannes de Gezthes e medio aliorum in nostram et eorundem regni nobilium exsurgendo presentiam, presentibus et audientibus utrisque Iohanne filiis Nicolai de Zamosfalva contra eosdem proposuit eo modo, quod licet ipse in pacifico et quieto dominio cuiusdam portionis possessionarie in possessione Zenthkiral vocata in comitatu de Clos existenti habite a diuturnis temporibus perstiterit, ibidemque certas proles genuerit, tamen nunc prelibati uterque Iohannes ipsum de dominio eiusdem portionis possessionarie omni prorsus absque via iuris excludere et ejicere pretenderent potentia mediante in ipsius preiudicium et dampnum valde magnum, supplicando nobis per nos sibi in premissis de remedio provideri opportuno. Quo audito pre tacti uterque Iohannes in nostram et eorundem regni nobilium exsurgendo presentiam responderunt exadverso, quod prescripta portio possessionaria non ipsum Iohannem de Gezthes, sed ipsos utrumque Iohannem iusto iuris titulo concerneret et ob hoc eundem a detentione et fructus perceptione eiusdem portionis possessionarie constanter prohibuerunt coram nobis. Cumque nos ad legitime petitionis instantiam eiusdem Iohannis de Gezthes eosdem utrumque Iohannem ad reddendam premisse eorum prohibitionis rationem sepe numero nostram accessiri fecissemus in presentiam, ipsi ad

*) Így, *iudiciis* helyett.

reddendam huiusmodi eorum inhibitionis rationem nostram presentiam non venerunt, neque miserunt, ob hoc nos una cum pre tactis nobilibus super premissis diutius tractando una cum eorundem consilio prematuro decernentes decrevimus eo modo, ut prelibatus Iohannes Gezthes in dominio eiusdem portionis
oct. 6. possessionarie usque proxime sequentes octavas festi beati Michaelis archangeli permanere debeat, in quibus eisdem partibus coram nobis comparere debere commisimus in eo, ut si pre tacti uterque Iohannes quid iuris et iustitie erga prescriptam portionem possessionariam haberent seu habere sperarent, coram nobis producere debeant et teneantur, ut hiis visis iudicium et iustitiam facere valeamus inter partes in premissis, prout dictaverit ordo iuris. In quorum premissorum testimonium literas nostras duximus concedendas. Da-
1456. tum Thorde, decimo die termini prenotati anno domini Mil-
jul. 10. lesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *3916*.

XLVII.

Szegeden, 1456. dec. 13.

V. László király megparancsolja az erdélyi káptalannak, hogy Malomvízi Kenderest, a Kende fia János fiát és testvérét Lászlót az egész Malomvíz, Malomvíztorok, Sebestorok, Osztrovil, Ohába, Patak, továbbá Oncsokfalva, Poklissa és Kernyest felének, Polyán, Galacz és Fizeg negyedének s a szentpéterfalvi résznek birtokába iktassa be.

Ladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex ac Austrie et Stirie dux, necnon marchio Moravie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane salutem et gratiam. Cum nos pro fidelibus servitiis fidelis nostri egregii Kendris filii Iohannis filii Kende de Molomvyz per eum nobis exhibitis possessiones Molomvyz predictam, necnon Molomvyztorok, Sebestorok, Oztrowyl, Ohaba, Pathak et . . . . medietates possessionum Onczokfalwa, ... Paklysa et Kernyesd . . . [quartam partem] possessionum Polen, Galacz ac Fyzegh, necnon portiones [posses]sionarias condam Hitenere kenezii in possessione Zenth-

peterfalwa vocata, omnino in comitatu de Hwnyad partium nostrarum Transsilvanarum existentes habitas, in quarum pacifico dominio prefatus Kendris suos et Ladislai de dicta Molomvyz fratris sui carnalis progenitores a dudum perstitisse, seque et eundem fratrem suum persistere asserit etiam de presenti; item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem possessionibus ac medietatibus et quarta parte possessionum, necnon portionibus possessionariis qualitercunque haberemus et nostram ex quibusvis causis, modis et rationibus concerneret maiestatem, [simul] cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis sic[ut prefertur] stantibus, memorato Kendris de prefata Molomvyz et per eum prefato Ladislao fratri eiusdem carnali, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum nove nostre donationis titulo in perpetuum contulerimus velimusque ipsos in dominium earundem et ipsius iuris nostri regii per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius de Zenthgewrgh aut Sandor Morsina de Demsesh, vel Iohannes sin Ladislaus seu Lado (de) Chwla, sive uterque Petrus de Pestes neve Ladislaus (seu) Bakoch de Clopothywa, aut Bazarab vel Michael de Rywsor aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum, necnon medietatum ac quarte partis possessionum et portionum possessionariarum, consequenterque iuris nostri regii in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Kendris et Ladislaum in dominium earundem et ipsius iuris nostri regii, statuatque easdem et idem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse nostre donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Kendris et Ladislaum nostram personalem in presentiam ad terminum compe[tentem rationem con]tradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi [possessionarie introductionis et statutionis seriem cum con-

tradictorum et evo]catorum, si qui [fuerint, vicinorum quoque et commetaneorum, qui premisse] statutioni intererunt, nominibus [terminoque assignato eidem perso]nali presentie nostre fideliter rescribatis. Datum Zegedini, in festo beate Lucie vir-
1456. dec. 13. ginis anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto.

Az erdélyi káptalannak 1591. jun. 7-én kiadott átíratában a káptalan azon megjegyzésével, hogy az eredeti hátán *Introductio facta fuit feria quarta, secundo scilicet die festi Kathedre beati Petri apostoli* (1457. febr. 23.) *nemine contradictore apparente, homo regius Demetrius de Zenthgewrgh, testimonium capituli Blasius chori ecclesie nostre clericus* följegyzés volt olvasható, *3044.*

XLVIII.

Budán, 1457. febr. 7.

V. László Vizaknai Henningnek és nejének kérésére a Zsigmond király két oklevelét, melyek szerint a Tóth Miklós vizaknai curiáját és Ladamost a nyestadó és bánzolosma fizetése alól fölmenti, átírja és megerősíti.

Nos Ladislaus dei gratia rex Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc., Austrieque et Stirie dux, necnon marchio Moravie etc. memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod fidelis noster egregius Hennyng de *Wizakna* nostre maiestatis veniens in presentiam in sua ac nobilis domine Dorothee filie condam Iohannis filii Laurentii filii condam similiter Iohannis *Todhi* dicti de dicta *Vizokna,* consortis sue personis exhibuit et presentavit nobis quasdam binas literas condam serenissimi principis domini Sigismundi Hungarie etc. regis, avi et predecessoris nostri carissimi, una earum declarans, quod universe ville, predia et terre ad ipsam *curiam Vizoknensem* pertinentes, necnon et *possessionem* et *villam Aadamas vel Aamas* scilicet in *ditione nostra Transsilvanica* existentes, que omnes simul cum *curia predicta* condam Nicolai *Thodhi* dicti de predicta *Vizakna* fuissent, a solutione collectarum mardurinalium et submardurinarum, et alia exprimens, quod universe

possessiones condam Nicolai filii Arland de Stubycza hereditarie et acquisite ac quocunque iusto titulo per eundem condam Nicolaum possesse simili modo a solutione collecte mardurinarum et collecta banzolosma dicta, ac ab omnibus aliis collectis et decimis debitis in perpetuum exempte essent et liberate, ambe in pergameno patenter confecte maiorique autentico suo sigillo a tergo impressive consignate, dicatoribus et exactoribus huiusmodi mardurinarum ac aliarum collectarum prescriptarum in regno nostro *et ditione Transsilvanica* tunc constitutis et in futurum constituendis in facto earundem mardurinarum et aliarum collectarum preceptorie loquentes, tenorum infra scriptorum, supplicans maiestati nostre idem Hennyng suo et dicte domine coniugis sue nominibus humiliter et devote, ut easdem ambas literas et omnia in eisdem contenta ratas, gratas et accepta habentes literisque nostris privilegialibus verbotenus inseri faciendo pro eisdem Hennyng ac domina Dorothea coniuge eiusdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum unius tenor talis est: Sigismundus — — *sat., l. Zsigmond királynak vizaknai Thóth Miklós részére 1409. jan. 6-ikán kelt exemptionalis levelét az I. köt. CCLXVI. sz. a.* — Alterius vero continentia sequitur in hec verba: Sigismundus — — *sat., l. Zsigmond királynak a Stubiczai (Arland fia) Miklós özvegye részére 1409. jan. 6-án kelt exemptionalis levelét az I. köt. CCLXVII. sz. a.* — Nos igitur humilimis supplicationibus antefati Hennyng de dicta *Vyzokna* per ipsum modo predicto in sua et prefate domine Dorothee coniugis sue personis nostre porrectis maiestati regali benignitate exauditis et clementer admissis prescriptas ambas literas prelibati condam domini Sigismundi regis non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum ac sine diminutione et augmento aliquali insertas eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate viresque earum veritate suffragantur, quoad omnes earundem continentias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, et nichilominus easdem ex habundantiori nostra gratia regia et

potestatis plenitudine, consideratis multimodis fidelitatibus et laudedignis obsequiorum meritis ante dicti Hennyng per ipsum, uti a certo edocti sumus, primum huic regno nostro ac prefato olim domino Sigismundo avo, necnon excellentissimo principi domino Alberto, romanorum ac Hungarie etc. regibus, patri ac etiam domine Elizabeth regine matri nostris carissimis et expost etiam nostre maiestati sub locorum et temporum varietate persone et rebus suis minime parcendo diversis fortune casibus se submittendo cum omni fidelitatis zelo constantissime exhibitis et impensis, simul cum prescripta exemptione collectarum mardurinarum, submardurinarum, necnon collecte banzolosma vocate ac aliis collectis, decimisque debitis, ceterisque omnibus et singulis superius in tenoribus ipsarum ambarum literarum contentis specificatis et expressis ex certa nostra scientia et animo deliberato, prelatorum etiam et baronum nostrorum ad id accedente consilio pro prescriptis Hennyng ac domina Dorothea coniuge sua ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales secreti sigilli nostri, quo ut rex Hungarie utimur, munimine roboratas. Datum Bude, feria secunda proxima post
1457. febr. 7. festum beate Dorothee virginis et martyris anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto.

commissio domini regis, Paulo de
Lindva magistro ianitorum referente,
Stephanus episcopus Colocensis cancellarius.*)

Eredetije hártyán, rózsaszínű és fekete selyem zsinóron függő pecsét töredékeivel, a hátán pedig *Rta* s az R betüben *M. Jes.* registraturai jegyekkel, *5969.*

Egy egészben eredeti s csak részeiben vagy — helyesebben — egyes szavaiban meghamisított oklevél fekszik előttünk, hártyára írva, melynek há-

---

*) 1457. jan. 12-én és jan. 26-án még *vicecancellarius.* Orsz. ltár *Dl. 15,126., 15,130.*

táról a királyi kanczelláría registraturájának szokásos R^{ta} jegye s ebben valószínüleg a registrator nevét rejtő *M. Jes.* betük sem hiányoznak. Rózsaszínű és fekete selyem zsinóron függő pecsétje — mert a halvány sárga zsinórnak az előbbire való csavarása szintén a hamisító munkája lehet — V. Lászlónak az országos levéltárban őrzött *Dl. 14,591., 14,593.* és *32,954.* jelzetű oklevelein függő nagy pecsétjétől nem különbözik. Az írás jellege is ugyanaz, melyet V. Lászlónak ugyanott *Dl. 15,191.* jelzet alatt található oklevelén szemlélhetünk.

Ki interpolálta, mikor és kinek vagy kiknek az érdekében? — mindezek olyan kérdések, melyekre határozott feleletet adni nem lehet. Valószínű azonban, hogy a hamisítás a Vizaknai familiának a XVI. század derekán, 1557 táján Ferenczben történt magszakadta után (Orsz. ltár *erd. kápt. Cent. Ff. 31., 32.)* a családnak épen vizaknai birtokait királyi adományban nyert Haller Péter valamelyik utódjának érdekében, — a becsempészett, továbbá a hátára írt *Vizaknai curia és Ladamosrúl való donatio* szavak írásjellegéből itélve — a XVIII. század közepe táján követtetett el. A hamisítást megkönnyítette az, hogy a rosz tentával írt eredeti el volt mosódva, a mit felhasználván a hamisító, hogy a csalást annál elfogadhatóbbá tegye, az elhomályosult szöveget, az írás eredeti jellegét megtartva, úgyszólván az első betütől az utolsóig kijavítgatta. Ezt a módot követte a kivakart szavak helyett belopottak leírásában is, és ez — dicséretére legyen mondva — meglehetősen sikerült neki.

Másképép áll azonban a dolog a vakarást illetőleg. Itt cserben hagyta tudománya. A vakarás által az eredeti szavak egyes betüi nem tüntek el mindenütt s a becsempészetteket a tenta intensivebb hatása és szétfolyása is határozottan elárulja.

Minthogy a kivakart eredeti szöveget teljesen helyreállítani lehetetlen, a hamisítást dőlt betükkel tüntettem fel. Két esetben azonban az eredeti név elvitázhatatlanúl helyreállítható. Egyik a *Todhi* név, mely szemmel láthatólag előbb mindenütt *Toth*nak volt írva; másik a Zsigmond király második oklevelének egyetlen meghamisított *Transsilvanie* szava, melyben az *auonie,* azaz a *Sclauonie* töredéke határozottan felismerhető.

A hamisító a Zsigmond király első oklevele *napi* datumának meghamisításakor azt gondolhatta, hogy az *ugyanegy* helyen, de két *különböző* napon kelt oklevél hitelességéhez szó férhet.

Együgyűségét mutatja, hogy a megfejthetetlen nevű *Aadamas*-t, vagy rövidítő jellel *Admas*-t és *Aamas*-t egyszer Aadamas *vel* Aamas-nak, máskor Admas *et* Aamas-nak s a sohasem ismert *in partibus saxonum nostrorum* fekvőnek írja. Hogy az Aadamas-ból csakugyan *Ladamos*-t akart faragni, ezt a *Vizaknai curia és Ladamosrúl való donatio* följegyzés kétségtelenné teszi.

Végre bárgyuságára fölteszi a koronát, mikor egészen természetesnek találja a *collecta mardurinalis*-t és a *banzolosma*-t Erdélyben, holott köztudomás szerint ezek Slavonia specialis adaját képezték már az Árpádházbeli királyok korában is.

Az elmondottak után — azt gondolom — kétségtelen, hogy Tóth Miklós, Henning úr és neje a hamisító gratiájából jutottak a vizaknai udvarházhoz, Ladamoshoz és a *de Vizakna* praedicatumhoz s fosztattak meg attól, mely őket őseik után megillette. Mert az megint kétségtelen, hogy ebben az oklevélben a személynevek a maguk eredeti, hamisíttatlan alakjukban szállottak reánk.

Talán nem lesz érdektelen s bizonyítékúl is szolgálhat arra, minő kevés közét tarthatta a Henning úr familiája Vizaknához, ha megemlítem, hogy V. László 1455. jan. 20-án Wizaknai Istvánnak és Lászlónak Vizaknára nézve vérhatalmat ad. Orsz. lt. *Dl. 36,629.*

Ha szemügyre veszszük a hamisító jóvoltából legalább részben hitelvesztett oklevelet, mindjárt az elején s azután is még egy párszor a *Nicolaus Todhi*, vagy helyesen — a mint hitem szerint e név eredeti alakját sikerült helyreállítanom — *Toth dictus* és *Nicolaus filius Arland de Stubycza* név ötlik fel. És e *de Stubycza* praedicatum a feltétlenűl Slavoniára utaló collecta mardurinalis és banzolosma nélkül is azonnal a helyes nyomra vezet bennünket s megmondja, hogy Henning úr és neje Dorottya asszony, akiknek kérésére V. László levelét kiadja, a stubiczai nemesek közűl valók s a hamisító állítása daczára is Slavoniát és nem Erdélyt vallották hazájuknak.

Nem szükség ez interpolált oklevél személyeinek genealogiájával itt hosszasabban foglalkoznom — erre a kezeim közt levő adatok alapján talán máskor és más helyen lesz alkalmam — csak azt jegyzem meg, hogy a Frangepánokkal, laki Thúzokkal, Erdődiekkel, bolondóczi Bánffiakkal, Dombaiakkal rokonságban álló s az Ocha (Acha, Agha, Arland) nemzetségből származó Stubiczai és Szomszédvári család már a XIV. században egyike volt Slavonia leggazdagabb családjainak. Ennek a két családnak voltak tagjai az oklevelünkben emlegetett Henning uron és nején, Dorottya asszonyon kivűl az állítólagos *vizaknai Todhi* Miklós és Stubiczai (Arland fia) Miklós is, a mint ezt az országos levéltárban található több oklevél kétségtelenűl bizonyítja.

1437-ben, épen húsz esztendővel az V. László oklevelének kelte előtt tünik fel Szomszédvári Henning az oklevelekben, mikor Zsigmond király a borsodvármegyei Cserép várát a hozzá tartozó Kövesd és Keresztes helységekkel együtt négyezer arany forintért neki és Frankussói Justnak zálogba veti. (*Csánki,* Magyarorsz. földr. a Hunyadiak korában I. 163.) Két évvel később, 1439. aug. 29-én a Dorottya asszony — ekkor még hajadon — nevével találkozunk. Ekkor történt, hogy Albert király a *Iohannis Toth filii Laurentii de Zumzedwar* kérésére nejétől, Dombai Jeremiás asszonytól született leányát Dorottyát fiusítja s egyuttal megengedi, hogy ha szomszédvári Tóth László, a néhai *Tóth Miklós* fia, a János úr apja testvére fiörökösök nélkül halna meg, ennek javait is mint fiu örökölje és e birtokokba a császmai káptalannal be is iktattatja. Az erről szóló oklevelet 1442. aug. 17-én a zágrábi káptalan már a *Dorothee . . filie condam . . Iohannis Toth de Zomzedwar, consortis vero Hennygh de*

eadem kérésére írja át. *(Dl. 34,115.)* Ettől fogva egy nehány évig nem találkozunk velök az oklevelekben; de 1452. jun. 21-én újra feltünnek. Ekkor *Heningh Cernin et domina Dorothea consors eiusdem de Zomzedwara* kikötik, hogy a Benedek zágrábi püspöknél kétszáz arany forintban zálogban levő Kisstenowcz, Borchwerh, Chernech, Horagowicha és Policha nevű birtokaikat, tetszésök szerint, a zágrábi szent Erzsébet kórháznak adományozhassák vagy visszaválthassák. *Dl. 33,879.*

Mikor halt meg Szomszédvári Henning? — nem tudom. Annyi bizonyos, hogy 1457. mart. 21-én még főlovászmester s mint ilyen a Hunyadi László lefejeztetésében részes volt. *(Dl. 24,766.)* Azonban Szomszédvári Dorottya asszony, a kitől János fia, Erzsébet, Orsolya, Dorottya és Borbála leányai maradtak, 1472. nov. 21-én már *relicta condam Henyngh de eadem Zomzedwar* s neje Frangepán Bertalannak. *Dl. 34,118.*

A most idézendő oklevél a Stubiczai és a Szomszédvári család genealogiájára nézve kiválóan fontos. Negyedíziglen sorolja fel Dorottya asszonytól kezdve az ősöket, legutolsónak megnevezvén azt a Tóth Miklóst is, kinek állítólag vizaknai udvarházát a nyestadó alól 1409-ben fölmentette Zsigmond s aki 1402. sept. 21-én a király és Albert osztrák herczeg örökösödési szerződésének aláírói között is szerepel. *Pray*, Syntagma 44., *Fejér* X. 4. 137.

1482. maj. 18-án a zágrábi káptalan előtt egyfelől *Dorothea . . filia condam Iohannis filii olim Laurentii filii Nicolai dicti Thoth de Zomzedwara* és fia Henning János, másfelől a néhai Felsőstubiczai (Arland fia) János utódai a zágrábvármegyei birtokokat illetőleg egyességre lépnek. *(Dl. 34,312., 34,313.)* Ez az oklevél Frangepán Bertalannét — mert ő ez a Dorottya asszony — interpolált oklevelünkkel megegyezően a néhai János leányának, ezt pedig a Lőrincz fiának mondja. Igaz, hogy az utolsó ősre nézve eltérnek egymástól, mert amaz a Lőrincz apjának a néhai szomszédvári Tóth Miklóst, a meghamisított oklevél pedig Tóth Jánost említi. Azonban hibásan; mert az a fennebb idézett oklevél, mely szerint Albert király Dorottyát az apja, valamint apai nagybátyja (azaz a Szomszédi Lőrincz testvére) László birtokaiban is fiuörökössé teszi, e László apjául szintén Tóth Miklóst nevezi meg, a mit a zágrábi káptalannak 1426. oct. 2-án pribiczei Baxa Pál és rokonai részére kiadott idéző levele is megerősít. *Dl. 35,947.* V. ö. *N.R.A. 592. 4.*

Kevésbbé interpolált oklevelünk néhai Stubiczai (Arland fia) Miklósára vonatkozó adatokban sem szükölködünk. Csak egy párt említek meg.

1361-ben Arland fia Miklós a maga és fia János nevében rokonával, az elébb emlegetett szomszédi Tóth Miklóssal és fiaival Jánossal és Lőrinczczel (a Dorottya asszony nagyapjával) bizonyos határperben a zágrábi káptalan előtt kiegyezik. *(Dl. 5030.)* Ez az adat a zágrábi káptalannak idézett 1482-dik évi oklevelét is rectificálja, a mennyiben az ott említett néhai Felsőstubiczai Jánost Arlandnak nem fia, hanem *unokája* gyanánt szerepelteti. V. ö. *N.R.A. 592. 4.*

1375-ben Arland fia Miklós szomszédi Tóth Lőrinczczel pöröl a szűz Mária tiszteletére épült stonyoczi egyház fölötti kegyurság miatt, de pörvesztes lesz. *Dl. 35,882.*

A mi a Tóth Miklós birtokaiúl említett két helység nevét illeti, még hozzávetőleg sem vagyunk képesek megállapítani. A hamisító annyira átgyurta, annyira kivetkőztette eredeti alakjukból, hogy helyreállítani azokat alig lehet, annál kevésbbé, mert az eddig ismert oklevelek azokra nézve semmi útbaigazító adatot nem tartalmaznak

Nem így vagyunk az oklevelünkben szereplő személyekkel. Ezekhez kétség nem férhet; valamint ahoz sem, hogy a *de Vizakna* praedicatum helyett eredetileg *de Zomzedwar*-nak kellett állania.

XLIX.

Szeben alatt, 1457. oct. 9.

Szilágyi Mihály macsói bán és nándorfehérvári kapitány megparancsolja Erdélyi Miklósnak, hogy a lázadó idősb Vizaknai Miklósnak vele közös javait foglalja el s a lakosoknak, hogy ezután javaik elvesztése és fogságbüntetés alatt Erdélyi Miklósnak vagy az ő embereinek engedelmeskedjenek csupán.

Nos Michael Zylagy de Horogzeg banus Machouiensis et capitaneus Nandor Albensis vos egregium Nicolaum Erdely presentibus requirimus nichilominusque committimus, quatenus statim visis presentibus universas illas possessiones seu portiones possessionarias Nicolai de Vyzakna maioris tanquam nostri notorii emuli, que cum ipso Nicolao Erdeli divise, cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinentiis occupare et conservare debeatis. Quocirca providis viris, populis et iobagionibus in dictis possessionibus seu portionibus possessionariis condivisis commorantibus firmiter committimus, aliud sub amissione rerum et bonorum ac detentione personarum habere nolumus, quatenus amodo in antea prefato egregio Nicolao Erdeli aut suis hominibus per ipsum vestri in medium deputandis et nemini alteri in omnibus obedire et obtemperare, proventus quoque universos more alias consueto de vobis provenire debendos sibi aut suis hominibus amministrare debeatis, aliud facere non ausuri; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in obsidione civitatis Chibinien-

sis, die dominico proximo post festum beati Francisci confessoris anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. 1457. oct. 9.

relatio Benedicti Swki.

Eredetije papíron, alján zöld viaszba nyomott pecséttel, melynek dobpaizsában egy, lángokból féltesttel kiemelkedő s a lábaiban tartott jegenyefa ágat rágó kecske látható + S · MICHAEL ZYLAGY köríratfal, *7399.*



4. Szilágyi Mihály pecsétje.

L.

Budán, 1458. mart. 1.

A budai káptalan előtt egyfelől somkereki Erdélyi István, másfelől darói Majos Mihály és Imre egymást örökös, zálogban bírt, szerzett vagy ezután szerzendő birtokaikban kölcsönösen osztozó testvéreknek vallják.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod egregii Stephanus Erdely de Somkerek ab una, ac Michael et Emericus Mayos de Daro ab altera partibus coram nobis personaliter constituti sponte sunt confessi in hunc modum, quod ipsi bona et matura deliberatione intra se prehabita se se mutuo et alternatim in universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis earundem partium tam perpetuis, quam impignoratitiis et acquisitionalibus, in futurumque acquirendis et impetrandis quovis nominis vocabulo vocitatis, ubivis et in quibuscunque comitatibus intra ambitum regni Hungarie habitis, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet in fratres adoptivos et condivisionales recepissent et adoptassent, imo receperunt et adoptarunt coram nobis, tali modo, ut si qua partium prescriptarum aut heredes eorundem volente deo, patre misericordiarum absque heredum solatio ex hoc seculo decedere contingerit et deficere, extunc premisse universe possessiones, portionesque et iura possessionaria talis partis deficientis in partem superviventem et eiusdem successores devolvi, condescendi

et derivari debeant ipso facto; ad que premissa partes prescripte sponte se obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas ad fassionem partium predictarum duximus concedendas. Datum feria quarta proxima ante dominicam Oculi, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

1458. mart. 1.

Eredetije hártyán, fejér és kék kender zsinóron függő megkopott pecséttel, *7265*.

LI.

Apahídán, 1458. jul. 26.

Dobai Gergely és inakfalvi Székely Tamás kolosvármegyei ispánok, Szucsáki Fábián és frátai Szentes György szolgabírák a Zombori László jobbágyát dali Nagy Miklóst, mivel szentkirályi Gesztesi Jánost tolvajnak mondotta s azt megbizonyítani nem tudta, elmarasztalják.

Nos Gregorius de Doba et Thomas Zekel de Inakfalwa comites, item Fabianus de Zwchak et Georgius Zenthes de Fratha iudices nobilium comitatus de Colos memorie commendamus, quod Fabianus de Zwchak fassus exstitit, qualiter Nicolaus magnus de Dal iobagio Ladislai de Zombor Iohannem Gestesy de Zenthkyral in sede sua furem in faciem dixisset, quem scilicet Nicolaum magnum idem Iohannes Gestesi iure detinere fecisset et Gregorius de Zombor ad suam fideiussoriam excepisset, quod scilicet furticinium ad ipsum Iohannem probare non potuisset, quem nobiles comprovinciales iudicando ipsum Nicolaum magnum in homagio ipsius Iohannis Gestesy commiserunt fore convictum. Datum in Apathyda, feria quarta ante festum ad vincula beati Petri apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

1458. jul. 26.

Eredetije papíron, hátán három megkopott viaszpecséttel, melyek közűl a közbelsőnek paizsában egy virágcserépben egy rózsa tő (jobbra és balra egy-egy bimbó, középütt egy kinyilt rózsa) látható, *7157*.

LII.

Szegeden, 1458. sept. 5.

Mátyás király a Görgény várához tartozó Péterlakát és Körtvélyfáját Somkereki Istvánnal és Miklóssal a hunyadvármegyei Nagy-, Kis- és Martondengért elcseréli.

commissio propria domini regis.*)

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Ad perpetuam rei memoriam. Ordo rationis expostulat, ut benemeritos dignis premiis remunerandos, inclinatosque nobis opportuna benivolentia attrahendos censeamus, sicque regie dignitatis statui undique provideri posse persuademur, si benemeritis remuneratio, si inclinatis regia non deerit susceptio. His itaque permoti considerationibus, votis et desiderio fidelium nostrorum egregiorum Stephani et Nicolai filiorum Anthonii de Somkerek, qui condam illustribus principibus dominis Iohanni comiti Bistriciensi alias gubernatori regni nostri, genitori et Ladislao similiter comiti Bistriciensi fratri nostris carissimis felicium recordationum ac huic regno nostro Hungarie et sacre eius corone nostreque maiestati plura servitia exhibuisse et in huiusmodi servitiis plurima dampna adversitatesque pertulisse multorum fidedignorum relatibus perhibe(n)tur, satisfacere volentes et illam quoque utilitatem, que castro nostro Hwnyad vocato de possessionibus ipsorum Stephani et Nicolai Naghdeng, Kysdeng et Marthondeng vocatis in comitatu de Hwnyad partium nostrarum Transsilvanarum in propinquo ad ipsum castrum nostrum habitis evenire poterit, et quam etiam utilitatem ipsi Stephanus et Nicolaus, si eisdem in alio loco aliis bonis suis propinquiori de aliis possessionibus providebimus, assequi poterint considerantes, pro prefatis possessionibus eorundem Stephani et Nicolai Naghdeng, Kysdeng et Marthondeng et earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet per modum concambii possessiones nostras Petherlaka et Kerthwelfaya appellatas, in comitatu Thordensi similiter partium nostrarum Transsilvanarum ha-

*) A szövegtől eltérő írással.

bitas et ad castrum nostrum Gergen vocatum pertinentes ab eodem castro nostro sequestrando simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis ac proventibus quibuslibet, videlicet nonis vinorum, terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis, nemoribus, montibus, vallibus, alpibus, vineis, vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarum decursibus, molendinis molendinorumque locis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, quibus scilicet eedem hactenus tente sunt et possesse, memoratis Stephano et Nicolao ipsorumque heredibus et posteritatibus universis de manibus nostris regiis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Zegedini, feria tertia
1458. proxima ante festum Nativitatis beate Marie virginis anno
sept. 5. domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Eredetije hártyán, alján pecsét töredékeivel s hátán *Rta* s az R betüben *M. p. h.* registraturai jegyekkel, *7268.*

LIII.

(Aradon), 1459. febr. 8.

Az aradi káptalan jelenti Mátyás királynak, hogy a símai nemesektől elfoglalt erdők visszaadására s az okozott károk megtérítésére vonatkozó levelét parancsára a turiakkal közölte, de azok kijelentették, hogy ők a boszniai király alattvalói s annak engedelmeskednek csak.

Serenissimo principi domino Mathie dei gratia regi Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. domino eorum naturali capitulum ecclesie Orodiensis orationum suffragia in domino devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, quod cum nos acceptis literis vestris modum et formam quarundam terrarum, metarum ac silvarum occupationes, necnon aliorum dampnorum illationes in se denotantibus iudici, iuratis ceterisque civibus oppidi Thwr vocati et tandem nobis

preceptorie loquendo directis pro parte utriusque Petri, Benedicti, Ladislai, Emerici et Nicolai nobilium de Syma emanatis, iuxta quarum continentiam mandatis vestre serenitatis obedire cupientes ut tenemur, una cum Mathia Kwre de Endred homine vestre serenitatis literis in eisdem inter alios nominatim conscripto unum ex nobis videlicet honorabilem magistrum Eliam socium et concanonicum nostrum ad ea, que in dictis literis vestre serenitatis continentur, fideliter exsequenda nostro pro testimonio transmisissemus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis pariformiter retulerunt eo modo, quod ipsi iuxta continentias prefatarum literarum vestre serenitatis sabbatho proximo, in festo scilicet beati Blasii episcopi et martyris proxime preterito ad ipsum oppidum febr. 3. Thwr accedendo, ubi officialem tributarium et Ladislaum Fekethe iudicem ac Petrum Thar et Ladislaum Elie iuratos cives, necnon potiorem partem ipsius oppidi insimul convocando eisdem literas prefatas vestre serenitatis p[resent]assent, quibus quidem literis reverenter receptis altaque voce in materna lingua eisdem per ipsorum notarium expositis auditisque et contentis earundem clare intellectis, prius inter se matura deliberatione prehabita ad contenta earundem taliter respondissent, quod nec ipsas silvas, neque antiquas [ipsarum m]etas per ipsos occupatas et annichilatas ipsis nobilibus de Syma remittere, sed nec manus ipsorum de eisdem excipere vel renovari permittere, de [dampnis] quoque illatis satisfacere, populos etiam et iobagiones ipsorum exponentium in dicta Syma residentes absque aliquali solutione tributaria in antiqua dispositione in alterutrum facta conservare, necnon omnia contenta dictarum literarum vestre serenitatis in nullo acceptare velle allegassent ex eo, quod ip[si n]on essent sub iurisdictione vestre serenitatis, sed illustris domini regis Boznensis, et quitquid idem dominus rex eisdem mandaret, hoc firmiter conservare vellent. Ob hoc seriem prescripte exsecutionis eidem vestre serenitati duximus rescribendam, ipsas etiam literas vestre serenitatis in specie cum presentibus remisimus. Datum sexto die diei exsecutionis prenotate, anno 1459. domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. febr. 8.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *jelzet nélkül.*

LIV.

Tordán, 1459. jul. 10.

Sartváni Zsigmond alvajda és társa előtt idősb Vizaknai Miklós Erdélyi Istvánnak, miután a kölcsönadott száz arany forintért, melyben ez záhi birtokrészét lekötötte, a Hunyadi János parancsára Erdélyinek Szebenben fizetett huszonnégy ezüst márkát fölvette, menedéket vall.

Nos Sigismundus de Sarthwan et Iohannes Farkas de Zerdahel vicevayvode Transsilvani memorie commendamus, quod nobis una cum harum partium Transsilvanarum nobi-
jul. 1. libus in octavis festi Nativitatis beati Iohannis baptiste Thordam nobiscum in unum convenientibus egregius Nicolaus senior de Wyzakna in nostram et dictorum regni nobilium exsurgendo presentiam spontanea sua voluntate fassus exstitit hoc modo, quod licet condam nobilis domina Katherina vocata, filia condam Anthonii Erdeli der Somkerek, consors videlicet ipsius Nicolai de Wyzakna tempore egritudinis egregii Stephani Erdeli fratris ipsius domine in possessione Bayon vocata iacenti(s) centum florenos puri auri hungaricales causa mutui et sub spe restitutionis ab ipso Nicolao de Wyzakna domino et marito suo rogaverit et accommodaverit, pro quibus scilicet centum florenis auri prefatus Stephanus Erdeli totalem portionem suam possessionariam in possessione Zaah et piscina(m) ibidem in comitatu Thordensi existenti habitam usque tempus redemptionis titulo pignoris iam fato Nicolao de Wyzakna posuerit, tamen condam magnificus Iohannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator prenotato Stephano Erdeli viginti quatuor marcas argenti in civitate Cybiniensi dare et assignare commiserit, quod scilicet argentum ipse Nicolaus de Wyzakna in persona ipsius Stephani Erdeli pro dictis centum florenis auri puri tulisset, ideo ipse sepe fatum Stephanum Erdeli de et super dictis centum florenis auri reddidisset quittum et commisisset expeditum, imo reddidit et commisit coram nobis harum nostrarum literarum testimonio mediante. Datum decimo die termini preno-
1459. jul. 10. tati loco in memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *7269.*

LV.

Tordán, 1459. nov. 1.

Lábatlani László a székelyek főkapitánya, Héderfáji István és szentiváni Székely Mihály beszterczei ispánok bizonyítják, hogy Gothárd gyulafehérvári kanonok és szentkirályi Gesztesi János úgy egyeztek meg, hogy a mit a Gesztesi megveretése és fogságra vetése ügyében az általok választandó négy jámbor nemes itélni fog, abban negyvenkét arany forint bírság terhe alatt megnyugosznak.

Nos Ladislaus de Labathlan siculorum ac supremus capitaneus, necnon Stephanus de Hederfaya et Michael Zekel de Zenthywan de Bystri(ci)a comites, nunc vero per regiam clementiam pro faciendo moderativo iudicio in medio nobilium, siculorum et saxonum partium nostrarum Transsilvanarum iudices specialiter deputati damus pro memoria, quod venerabilis dominus Gothardus et canonicus ecclesie Transsilvane ab una, et Iohannes Gezthesy de Zenthkyral partibus ab altera coram nobis personaliter constituti per eosdem fassum exstitit hoc modo, quod licet inter ipsos ratione verberationis et captivationis*) prefati Iohannis Gezthesy litis et controversionis materia coram nobis movere debebant, de partium voluntate ad tertium diem post festum Omnium Sanctorum proxime venturum in oppido Thorda personaliter nov. 3. constitui et causam ipsorum manibus quatuor proborum et nobilium virorum sub vinculo infra scripto submittere debeant et teneantur, ut quidquid iidem quatuor probi homines disponerent et arbitrarentur, id ambe partes pro rato habere debeant, et si qua partium dispositioni et arbitramento dictorum quatuor hominum non consentiret, in quadraginta duobus florenis auri convincatur et convinci debeat; si autem prefatus dominus prepositus die et loco in memoratis non

---

*) Ebben az ügyben Gothárd prépostot valószínűleg Lábatlani László és társai a Tordán 1459. *feria secunda proxima post festum beati Michaelis archangeli* (okt. 1.) tartott generalis gyűlés nyolczad napján *[iuxt]a vim et formam generalis decreti per eosdem nobiles nuper in villa Kochard editi* az *ad festum beati Galli confessoris* (oct. 16.) hirdetett gyűlésbe feleletre megidéztetik. — Eredetije papíron töredékben, *jelzet nélkül.*

constitueretur et ipsum arbitramentum infringere niteretur, extunc in dictis quadraginta duobus florenis auri convincatur ac prefatus Iohannes Gezthesy presentium vigore mediante suam actionem acquirere valeat atque posset. Datum decimo
1459. nov. 1. septimo die congregationis nostre ante dicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *jelzet nélkül.* Kiadta *Szabó* K., Székely Okl. III. 74.

LVI.

Zagorjében, 1461. maj. 21.

Gerebeni János és Ujlaki Miklós szlavoniai bánok előtt Trakacz János, Brunnyák Gergely, továbbá Magdolna asszony és Ilona a dienovai Tolicse Miklós leánya abba, hogy Beszterczei máskép Hesfalvi László, Pál és András az V. Lászlótól nekik adományozott dienovai birtokrészekbe beiktattassanak, bizonyos feltételek alatt beléegyeznek.

Nos Ian *) Zagorie comes etc. et Nicolaus de Wylak regni Sclavonie bani memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod Iohannes filius condam Thome dicti Trakaacz ex nobili domina Elizabeth vocata filia olim Pauli dicti Bradycz de Dienowa progenitus, necnon Gregorius filius Iohannis dicti Brwnnyak et nobiles domine Magdalena filia condam Dionysii filii olim Anthonii et Elena vocate, filia condam Nicolai dicti Tolychye de dicta Dienowa, idem Iohannes Mathie fratris carnalis nobilis puelle Clara vocate filie, annotata vero domina Magdalena Georgii filii, ipsa vero domina Elena Nicolai similiter filii suorum onera et quelibet gravamina ad infra scripta firmiter observanda in se ipsos benivole assumpmendo coram nobis personaliter constituti dixerunt et confessi exstiterunt ipsorum spontanea volumptate in hunc modum, quod licet

*) *Nos Ian de Gereben Zagorie comes* — mondja egy 1461. maj. 28-án Kőrösön kelt oklevelében. (Orsz. ltár *Dl. 34,883.)* Még korábban 1453. maj. 23-án *Ian Bytowecz de Greben vicebanus regni nostri Sclavonie et comes comitatus Crisiensis* említtetik V. László oklevelében. U. o. *Dl. 33,386.*

egregius Ladislaus filius Stephani de Biztrichye seu de Hesfalwa totales possessiones seu portiones possessionarias condam Ladislai literati filii Michaelis filii Bank de Dienowa, iuxta vigorem literarum condam serenissimi principis domini Ladislai dei gratia regis Hungarie etc. donationalium exinde confectarum per regium et capituli ecclesie Zagrabiensis homines sibi ipsi et Paulo fratri suo carnali de dicta Hesfalwa rite et legitime statui facere et se ipsos in earundem dominium introduci modo simili facere voluerunt ac voluissent; et quamvis ipsi Iohannes, necnon Gregorius ac domine Magdalena et Elena vocate tempore huiusmodi possessionarie statutionis annotatis Ladislao et Paulo fratri debende realem fecerunt contradictionem, tamen ipsi matura deliberatione inter se prehabita tum ex eo, quia ipsi prenotatas totales possessiones et portiones possessionarias antefati condam Ladislai literati in prefata possessione Dienowa per antefatum condam Ladislaum regem iam fatis Ladislao et Paulo de iure dare, donasse et contulisse agnoscentur, tum etiam ex eo, quia prefatus Ladislaus filius Stephani in sua et annotati Pauli fratris sui personis eisdem Iohanni, Gregorio ac dominabus Magdalene et Elene vocatis, cuilibet videlicet eorum viginti quatuor florenos auri de sua propria pecunia dedisset et persolvisset, tum etiam propterea, quod ipsi Iohannes, necnon Gregorius et domine supra dicte cum annotatis Ladislao et Paulo ac eorum heredibus ratione annotatarum possessionum sepe fati condam Ladislai literati nec ad presens et nec in futurum aliquam litem trahere possent neque valerent, prescriptas totales portiones ipsius condam Ladislai literati possessionarias in prefata Dienowa et suis pertinentiis ubilibet habitas et existentes, nisi et in quantum eosdem in eisdem aliqua portio quoquomodo tangere dinosceretur, antefatis Ladislao et Paulo ac ipsorum heredibus et posteritatibus universis premissam litem seu causam modo quo supra ratione previa per ipsos motam penitus et omnino sopiri et condescendi faciendam dedissent, consensissent et annuissent, imo ipsam litem sopiri et condescendi faciendam dederunt, annuerunt et consenserunt, per eosdem Ladislaum et Paulum ac eorum heredes et posteritates universos iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pari-

ter et habendas coram nobis, hoc etiam per eosdem Iohannem, Gregorium et dominas ante dictas ibidem specialiter declarato, quod si ipsi aut filii et filia ipsorum prenotati, necnon heredes eorundem quoquomodo ipsis in processu (temporis) ratione previa contra eosdem Ladislaum et Paulum et ipsorum posteritates aliquam litem movere et pertrahere vellent seu niterentur, extunc ipsi contra annotatos Ladislaum et Paulum ac eorum heredes in duplo prescripte sumpme florenorum auri et insuper in facto duelli facti potentialis convincerentur et convinci deberent eo facto; ad quod se annotati Iohannes, necnon Gregorius ac domine supra dicte sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sigillis dominorum Nicolai Ade de Zenthlelek et Gregorii de Fodorowcz comitum nostrorum Zagrabiensium consignatas eisdem Ladislao et Paulo duximus munimine roboratas. Datum Zagorie, die dominico
1461. maj. 21. proximo ante festum beate Elene regine anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Eredetije hártyán, melyről a kék és vörös nyers selyem szalagon függött pecsét hiányzik, *jelzet nélkül.*

LVII.

Brassóban, 1462. nov. 26.

Mátyás király Erdélyi Istvánnak hű szolgálatai jutalmáúl az ő és testvére, Miklós birtokaira kirovandó ötvenedet elengedi s megparancsolja a rovóknak, hogy ezt tőlök vagy jobbágyaiktól követelni ne merészeljék.

Relatio Benedicti de Thurocz
ianitorum regalium magistri.

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis, sincerisque complacentiis fidelis nostri egregii Stephani Erdeli de Somkerek per eum primum condam illustri principi domino Iohanni de Hwnyad huius inclyti regni nostri Hungarie gu-

bernatori, genitori nostro carissimo felicis reminiscentie expostque sacre regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum summa fidelitatis constantia fideliter et constanter exhibitis et impensis, universos proventus nostros quinquagesimales, qui de universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis eiusdem Stephani Erdeli ac Nicolai similiter Erdeli de eadem Somkerek fratris sui condivisionalis, ac filiorum et filiarum eiusdem Nicolai in quibuscunque comitatibus regni nostri ac partium Transsilvanarum habitis et existentibus nostre maiestati provenire deberent, eidem Stephano Erdeli eiusque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum duximus dandos, deputandos et relaxandos, imo damus, deputamus et relaxamus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis dicatoribus et exactoribus huiusmodi proventuum nostrorum quinquagesimalium presentibus et futuris presentium notitiam habituris harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus amodo in posterum prefatos proventus nostros quinquagesimales in dictis universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis memoratorum Stephani et Nicolai Erdeli, filiorumque et filiarum eiusdem Nicolai dicare et connumerare, dicatosque et connumeratos exigere aut exigi facere, vel populos et inhabitatores earundem propter non solutionem eorundem proventuum quinquagesimalium contra formam premisse nostre gratiose relaxationis in personis, rebusque et bonis ipsorum quibusvis impedire, molestare, dampnificareque et perturbare nullo unquam tempore presumatis, nec sitis ausi modo aliquali gratie nostre sub obtentu; praesentes autem, quas secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, impressive consignari fecimus, post earum lecturam reddi mandamus presentanti. Datum Brassouie, feria sexta proxima post festum beate Katherine virginis et martyris anno 1462. nov. 26.
domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Eredetije hártyán, alján papírral fedett pecsét maradványaival s hátán *Rta Alb.* registraturai jegygyel, *7272.*

LVIII.

Meggyesen, 1462. dec. 10.

Idősb Vizaknai Miklós erdélyi alvajda előtt egyfelől somkereki Erdélyi István alvajda, másfelől farnasi Veres Benedek és Toroczkai Ilyés az egymásnak okozott károk, sértések és meggyalázás miatt folyt perben bizonyos feltételek alatt egyességre lépnek.

Nos Nicolaus senior de Vizhakna vicevayvoda Transsilvanus memorie commendamus per presentes, quod egregii Stephanus Erdeli de Somkerek consimiliter vicevayvoda Transsilvanus ab una, parte siquidem ex alia Benedictus Veres de Farnas et Elws de Thorozko personaliter nostram venientes in presentiam per eosdem Benedictum et Elws confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quod licet inter ipsos Stephanum Erdeli et prefatum Benedictum Veres ratione et pretextu quamplurimorum dampnorum, necnon iniuriarum et nocumentorum ac illicitorum verborum et verecundiarum litis et controversionis materia mota fuerit et exorta, super quibus etiam idem Stephanus Erdeli certas literas et literarum munimenta pro sui parte contra eundem Benedictum emanare procuraverit et reportaverit, tamen ipsi videlicet Stephanus et Benedictus ac Elws per interventionem et ordinativam compositionem nonnullorum proborum et nobilium virorum pacem partium zelantium ad talem pervenissent pacis et concordie unionem, quod quia prefatus Elws sexingentos florenos auri, quos pro nobili domina relicta Michaeli(s) Zilagi idem Elws per formam iudiciariam obtinuisset et idem Stephanus fideiussor exstitisset et etiam quingentos florenos auri pro dote seu rebus parafernalibus et certis rebus mobilibus idem Elws per eundem Stephanum iuridice elucratus exstitisset, eidem Stephano indulsisset et relaxasset, insuperque quadringentos florenos auri idem Benedictus eidem Stephano Erdeli persolvere debere spopondisset, sic videlicet, quod oves magnas centum florenos auri valentes, quarum valorem sex probi homines per ipsas partes equali numero
(1463.) eligendi limitare deberent, tertia die dominica post festum
jan. 23. Epiphanie Domini proxime nunc venturum in possessione

Zaah vocata coram Laurentio de Thur aut Georgio de eadem, item ex predictis tricentis residuis florenis auri centum florenos auri tempore solutionis eorundem ad petitionem proborum *) idem Stephanus eidem Benedicto relaxare teneretur, residuos vero ducentos florenos auri die dominica post festum dictum Epiphaniarum Domini in predicta possessione Somkerek coram subnotatis probis et nobilibus viris eidem Stephano Erdeli persolvere deberet hoc modo, quod idem Benedictus Veres huiusmodi solutionem florenorum auri quoad medietatem promtis cum florenis, et quoad aliam medietatem cum argenteriis perficeret; si vero idem Stephanus Erdeli eadem argenteria quacunque de causa non reciperet, extunc solutio residuorum centum florenorum auri in ulteri m terminum prorogari deberet [et] differri, insuperque prefatus Benedictus Veres adducens secum Nicolaum Erdeli de dicta Somkerek, necnon alterum Nicolaum Farkas de Harina, Michaelem filium Appa de Nagfalw, Nicolaum et Michaelem de Gerend, prefatum Elws de Thorozko, Alard de Megesfalwa, Nicolaum iuniorem de dicta Vizhakna, Michaelem de Suk, Anthonium et Marcum de Bethlen una cum ipsorum consortibus, si vero aliqui vel alique ex predictis electis quibuscunque necessitatibus intercedentibus adesse non possent vel tot fieri non valerent, extunc prefatus Benedictus alios eis similes adducere deberet et in predicta die dominica post dictum festum Epiphaniarum Domini ad domum habitationis eiusdem Stephani in dicta Somkerek habitam, sic videlicet, quod si tot fieri non possent, extunc per hoc subnotatum obligatum vinculum non infringeretur, ibique tanquam reus et culpabilis iuxta consuetudinem harum partium Transsilvanarum in talibus fieri debendam eundem Stephanum Erdeli et nobilem dominam consortem eiusdem complanare et complacare et super huiusmodi premissis iniuriis et nocumentis, necnon verecundiarum et verborum illicitorum illationibus parcere et eidem indulgere petere deberet, ob hoc ipse videlicet Stephanus Erdeli premisse liti sedando universis et quibusvis prescriptis literis et literarum munimentis

jan. 9.

jan. 9.

*) Innen *virorum* kimaradt.

cassatis et viribus fore relictis eundem Benedictum et nobilem dominam consortem suam quitos et expeditos reddidisset et commisisset, imo prefatus Elws indulsit, annotatusque Benedictus persolvere assumsit, ipseque Stephanus expeditos reddit coram nobis, tali obligaminis vinculo mediante, quod si prefatus Benedictus prescripta assumpta in toto vel in parte intra vel extra iudicium infringere attemptaret, extunc idem Benedictus Veres in totali premissa actione et acquisitione prelibati Stephani Erdeli in prescriptis literis suis specificata adversus eundem Stephanum Erdeli absque strepitu cuiuslibet iudicii, vigore dumtaxat presentium mediante convinceretur eo facto, pro quibus ipse videlicet Stephanus universas et quaslibet portiones possessionarias annotati Benedicti ubilibet habitas pro se occupandi, fructusque et utilitates eiusdem percipiendi et tandem conservandi, quousque de prescriptis suis dampnis sibi plenaria impenderetur satisfactio, liberam haberet facultatem contradictione prefati Benedicti in hac parte non obstante; si vero casu ipse Benedictus huiusmodi possessionarie occupationi contradiceret, extunc prefatus Benedictus perpetuitatem prescriptarum suarum portionum possessionariarum amittere deberet ac huiusmodi perpetuitas in iam dictum Stephanum Erdeli et eos successores solum vigore presentium mediante redundaretur et devolvi deberet, atque omnia premissa idem Benedictus spontanea sua voluntate obligavit coram nobis, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum in Megies, feria sexta proxima post
1462. dec. 10. festum Conceptionis beate Marie virginis anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo etc.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomával, *jelzet nélkül.*

LIX.

Tolnaváron, 1463. mart. 18.

Mátyás király a somkereki Erdélyi Miklós birtokait hű szolgálatai jutalmáúl az ötvened fizetés alól fölmenti.

Relatio Benedicti de Thurocz ianitorum regalium magistri.

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos tum ad humilime supplicationis instantiam fidelium nostrorum egregiorum Nicolai Erdely de Somkerek et Ladislai filii eiusdem nostre propterea porrecte maiestati, tum vero consideratis fidelitatibus et fidelibus servitiis eorundem Nicolai Erdely et Ladislai filii sui per eos primum sacre regni nostri Hungarie corone et tandem illustri principi condam domino Iohanni de Hwnyad comiti perpetuo Bistriciensi alias dicti regni nostri Hungarie gubernatori, genitori nostro carissimo felicis reminiscentie, consequenterque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate iuxta ipsorum possibilitatis exigentiam constanter exhibitis et impensis, proventus nostros quinquagesimales de universis bonis, possessionibus et portionibus possessionariis prefatorum Nicolai Erdely et Ladislai filii eiusdem quomodolibet appellatis, ubilibet et in quibuscunque comitatibus partium regni nostri Transsilvanarum habitis et existentibus nobis et fisco regio singulis annis provenire debendos eisdem Nicolao Erdely et Ladislao filio eiusdem, ipsorumque heredibus et successoribus universis in perpetuum gratiose duximus remittendos et relaxandos, imo remittimus et relaxamus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris vayvode vel vicevayvodis Transsilvanis, necnon dicatoribus et exactoribus prefatorum proventuum nostrorum quinquagesimalium presentibus et futuris presentium notitiam habituris harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus amodo in posterum populos et iobagiones annotatorum Nicolai Erdely et Ladislai filii eiusdem, ipsorumque heredum et successorum universorum in quibuscunque bonis, possessioni-

bus et portionibus possessionariis eorundem quomodolibet appellatis, in quibusvis comitatibus predictarum partium Transsilvanarum ut prefertur habitis et existentibus commorantes ad solvendos huiusmodi proventus nostros quinquagesimales artare et compellere, aut eosdem ratione non solutionis eorundem in personis, rebusque et bonis ipsorum quibuslibet impedire, turbare vel quovismodo dampnificare, impedirique seu dampnificari facere nusquam et nequaquam presumatis, neque sitis ausi modo aliquali gratie nostre sub obtentu; presentes autem, quas munimine secreti sigilli nostri, quo ut rex Hungarie utimur, impendentis consignari fecimus, post earum lecturam semper reddi mandamus presentanti. Datum in oppido Tholnawar, feria sexta proxima ante domi-
1463. mart. 18. nicam Letare anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Eredetije hártyán, veres, kék és zöld selyem zsinóron függő ép pecséttel, *7272.*

LX.

Somkeréken, 1463. jun. 5.

Vizaknai Miklós erdélyi alvajda előtt Erdélyi István és Veres Benedek a kölcsönösen elkövetett hatalmaskodásokra nézve egymásnak menedéket adnak, s minden erre vonatkozó leveleiket érvényteleneknek nyilvánítják.

Nos Nicolaus senior de Vizhakna vicevayvoda Transsilvanus memorie commendamus per presentes, quod egregii Stephanus Erdeli de Somkerek similiter vicevayvoda Transsilvanus ab una, siquidem ex alia Benedictus Veres de Farnas personaliter nostram venientes in presentiam per ipsos spontanea eorum voluntate confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quod ipsi se se mutuo et alternatim per interventum et ordinativam compositionem nonnullorum proborum et nobilium virorum infra nominandorum de et super universis et quibusvis iniuriarum, nocumentorum et dampnorum illationibus ac domorum invasionibus, generaliterque cunctis maleficiorum generibus usque modo quoquomodo in alternatim factis et irrogatis, demptis causis et litibus inter eorum iobagiones quovismodo suscitatis dumtaxat excep-

tis reddidissent et commisissent, imo reddiderunt et commiserunt quitos et expeditos atque per omnia absolutos coram nobis, universas etiam et quaslibet literas inquisitorias, protestatorias, evocatorias, fassionales ac obligatorias et generaliter sub quibuscunque verborum formis actenus emanatas et emanare procuratas cassas, vanas et viribus carituras exhibitoribusque earundem nocituras fore relinquendo harum nostrarum testimonio literarum mediante, presentibus ibidem Nicolao similiter Erdeli de dicta Somkerek, Michaele de Suk, Anthonio et Marco de Bethlen, Eliws de Thorozko, Ladislao filio Alard, altero Ladislao de Keched, Michaele filio Appa de Nagfalw, Nicolao et Michaele de Gerend, et Nicolao iuniore de dicta Vizhakna, et Nicolao Farkas ceterisque quampluribus ad premissa specialiter vocatis et requisitis. Datum in Somkerek predicta, in festo sancte et individue Trinitatis 1463.
anno domini Millesimo quatringentesimo sexagesimo tertio etc. jun. 5.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét nyomaival, *7418.*

LXI.

(Székesfehérváron) 1464. mart. 31.

A fehérvári keresztesek conventje előtt Gamasi János a Tapsoni Anthím fiait a baranyavármegyei Szigetvárnak és tapsoni birtokrészüknek eladásától Erdélyi Miklós és rokonai nevében eltiltja.

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba memorie commendamus, quod Iohannes de Gamas in personis Nicolai et Stephani Erdely de Somkereky et Ladislai filii eiusdem Nicolai, necnon nobilium puellarum Katherina, Anna, Potentiana, Adviga et Elena vocatarum, filiarum eiusdem, item Thome et Iohannis filiorum Gywrica dicti ac Anna et Potentiana filiarum eiusdem, necnon Emerici filii Benedicti de Zych coram nobis personaliter constitutus, per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum, quod prout ipsi percepissent, Iohannes*) et Ladislaus filii Anthymi de Thapson

*) Valószínű, hogy ez a János a leszármazási táblán látható *Iohannes Anthimus modernus*-sal egy és ugyanaz. Különben maga a

castrum Zygeth vocatum simul cum omnibus pertinentiis ac portionem ipsorum possessionariam in prescripta Thapson habitas, in comitatu de Baronya existentes vendere et a se ipsis alienare vellent et niterentur in preiudicium iurisque derogamen prefatorum Nicolai et Stephani Erdely et aliorum prescriptorum dampnum valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione memoratus Iohannes de Gamas in personis iam fatorum Nicolai, Stephani, Ladislai et aliorum quorum supra nominibus et in personis memoratos Iohannem et Ladislaum filios Anthymi ab impignoratione, venditioneque et a se ipsis alienatione prescripti castri Zygeth et eiusdem pertinentiarum ac portionis possessionarie Thapson, illos autem, qui ipsum castrum et eiusdem pertinentias ac portionem possessionariam Thapson emere, usurpare vellent, ipsos ab usurpatione, detentioneque, fructuum quoque et quarumlibet utilitatum earundem perceptione seu percipi factione, seque quovis quesito colore in dominium earundem intromissione aut statui factione quomodolibet factis vel fiendis prohibuit publice et manifeste coram nobis presentium testimonio mediante. Datum in san-
1464. mart. 31. cto sabbato, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét maradványaival, *8639.*

---

leszármazás is tökéletlen. Nevezetesen a második ízen szereplő Jánost és Györgyöt a kétségtelen adatok ellenére Beke helyett az Anthim fiainak mondja. Zavaros a harmadik ízen látható Miklós, László, Borbála és Batthyány Albertné leszármazása is. Úgy rémlik előttem, hogy Miklós és László nem apa és fiu, hanem testvérek s a két nő ez utóbbinak leányai. De ez csak föltevés. Azért egy szerencsésebb kutató a leszármazó táblához csatolt jegyzeteken kivűl a következő adatoknak is hasznát veheti.

— 1455-ben Marczali János Patha városát több somogymegyei faluval együtt *Iohanni filio Anthimi de Thapson, necnon utrisque Iohanni, Nicolao et Ladislao filiis eiusdem* zálogba veti. Orsz. ltár, *Dl. 24,542.*

— 1455., 1456., 1457., 1465. és 1470-ben *Iohannes filius Anthimi de Thapson.* U. o. V. ö. *Dl. 17,059.*


— 1461-ben ugyan ő a neje, fiai, leányai s fivérei nevében is Sziget várát, városát örökös, vásárlott és zálogban birt javaival együtt Garai Jóbbal Somlyó váráért és tartozékaiért elcseréli. U. o.

— 1471-ben ugyan ő a neje Hedvig, fia Miklós és leánya Erzsébet nevében is a Marczali Jánostól zálogban birt falukat (Patha kivételével) Rozgonyi Jánosnak és Rajnáldnak visszaadja. U. o.

LXII.

(1464. mart. 31 körül).

A somkereki Erdélyi család genealogiájához.



Eredetije papíron, *7320.*

---

[1]) Almai Lanczrét fia Beke ispán és fiai Kozma, Demjén, Leontius és Anthimus 1344-ben itéletileg kapják az Ormán mellctti Bódogasszonyt

LXIII.

Szentlászlón, 1465. apr. 18.

Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda és szörényi bán megparancsolja somkereki Erdélyi István alvajdának és görgényi várnagynak, hogy ha a petelei és péterlaki plebanusok tizedeiket vagy haszonbérbe vagy el akarnák adni, a görgényi vár fenntartására vásárolja meg.

Iohannes Pangracz de Dengeleg vayvoda Transsilvanus, siculorumque ac Zolnok mediocris comes, necnon Zeurenensis

---

vagy Bódogasszonyfalvát Baranyavármegyében. (Ezt és a többi, eddig ismeretlen adatot barátom és collegám *dr. Csánki* Dezső szivességének köszönöm.)

[2]) Anthimus 1364-ben még él.

[3]) 1398-ban egy oklevél slavoniai al-bánnak és Kőrösvármegye ispánjának s testvérével Györgygyel együtt *filii Anthymi de Zygeth* mondja. *(Dl. 34,046.)* 1402-ben a Zsigmond és Albert osztrák herczeg örökösödési szerződését többek között kisasszonyfalvi Pál fia Istvánnal együtt *Iohannes Anthymi de Thapson* néven írja alá. *(Pray,* Syntagma 45; *Fejér* X. 4. 139.) Ebben az évben leánya Margit is föltünik. *(Dl. 8705.)* 1403-ban mint slavoniai volt al-bán *(Dl. 9144.),* 1408-ban a jegyzetek élén álló szigeti Beke fia *Lanceuus* (Leontius) és neje *Anko* leányával, *Ilko*-val együtt mint *magister Iohannes filius Anthymi filii eiusdem Beke de eadem Zygeth* szerepel. *(Dl. 9420.)* 1417-ben mint alnádor és budai várnagy fordul elő. 1424-ben, fiai Miklós és János fölmerülése idején, már néhai. V. ö. *Dl. 11,610.*

[4]) 1385—1386-ban egy birtokperben mint szomszédbirtokos említtetik. *(Fejér* X. 8. 199., X. 3. 41.) 1394-ben mezőlaki Zámbó Miklós kir. tárnokmestertől Sitkét vásárolja meg. 1411-ben *Almazygeth*-i Demeter a testvére Tamás és *magister Georgius filius Antymi de eadem Zygeth et Osvaldus filius eiusdem* között fennforgó ügybe beléegyezik. *Dl. 9761.*

[5]) 1424-ben egyedül *(Dl. 11,610.),* 1429-ben testvérével Jánossal együtt, 1433-ban újra egyedül találkozunk vele. *(Dl. 12,491.)* Ebben az évben a Zsigmond magyar kiséretének tagja Rómában. *Turul* XI. 7.

[6]) *Nagy* I., Magyarország családai I. 238. szerint a Keresztúri Miklós neje.

[7]) Choron Katalin második neje lehetett Török Ambrusnak. *Tört. Tár* 1893. 607. V. ö. *Nagy* Iván XI. 294.

[8]) *Nagy* Iván XII. 370., 379. szerint a Zichi Benedek neje szerdahelyi Imrefi Anna.

[9]) E leányt *Nagy* I. u. o. Katalinnak írja.

banus egregio Stephano Erdeli de Sumkerek vicevayvode Transsilvanensi ac castri Gergen castellano grate nobis dilecto salutem et honorem. Cum nos pro conservatione dicti castri Gergen continuis temporibus non modicum victualibus indigeamus, de eisdemque providere habeamus, ideo vestre dilectioni presentibus firmiter committimus, quatenus si decimas in Pethele et Peterlaka in suburbio dicti castri, officiolatu scilicet vestro existenti honorabiles plebani more alias consueto in aliqua parte vendere seu arendare voluerint, extunc nemini alteri emere et per eosdem vendere permittatis quin decimas arendare volentibus, ab eisdem pro dicti castri usu et conservatione sub debita arenda nostram ad rationem emere debeatis, nec aliud facere audeatis. Datum in Zentlaslo, feria quinta proxima post festum Resurrectionis Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo 1465. apr. 18.
quinto.

de commissione propria domini vayvode.

Eredetije papíron, alján zöld pecsét töredékeivel, *4519.*

LXIV.

(Kolosmonostoron) 1465. sept. 10.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy somkereki Erdélyi István alvajda, mikor a Kecseti János birtokait testvérének Péternek megölése miatt elfoglalta, az igazságnak és a szokásnak megfelelően járt el.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus per presentes, quod cum nos religiosos viros fratres, Stanislaum custodem et Thomam sacerdotem socios nostros conventuales ad generalem congregationem nobilium harum partium Transsilvanarum die do- sept. 8.
minica videlicet in festo Nativitatis beate Marie virginis hic in possessione nostra Colosmonostra predicta celebratam e medio nostri transmisissemus, qui exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsis tertio die termini sept. 10.
prenotati in dicta congregatione nobilium existentibus per eosdem nobiles et regnicolas universos communi eorum voto

id deliberatum exstitisset, quod egregius Stephanus Erdeli de Somkerek vicevayvoda dictarum partium Transsilvanarum occupationem iurium possessionariorum, necnon rerum et bonorum Iohannis de Kecheth propter fratricidium, quod ipse Iohannes in Petro de eadem Kecheth fratre suo generationali et condivisionali commisisset, iuxta eiusdem Iohannis demerita iuste et consuetudine regni exigente fecisset, ampliusque idem vicevayvoda dicta iura annotati Iohannis fratricide tamdiu, donec ipse a regia maiestate superinde aliud habuerit in mandatis, occupata conservare et conservari facere possit et debeat, iuribus tamen nobilis domine consortis et filiorum suorum abinde sequestratis. Datum ipso die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.
1465. sept. 10.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét maradványaival, *7289.*

LXV.

Budán, 1467. mart. 23.

Mátyás király a somkereki Erdélyi Miklós és István kérésére a sáromberki vámnak a belsőszolnokvármegyei Szekérberetére való áthelyezésébe beleegyezik.

commissio propria domini regis.

Nos Mathias dei grati rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fideles nostri egregii Nicolaus et Stephanus Erdeli de Somkerek nostre maiestatis venientes in presentiam nobis exponere curarunt in hunc modum, quomodo quidam rivus Sayo nuncupatus intra veras metas possessionis ipsorum Zekerberethe vocate, in comitatu Zolnok interiori partium regni nostri Transsilvanarum existentis, palustribus aquis diffusus viatoribus difficilem preberet transitum, ubi ipsi pontes plurimos tenere haberent, igitur tributum ipsorum, quod in alia possessione ipsorum Saromberek vocata, in comitatu Tordensi partium Transsilvanarum existenti ab antiquo exigi consuetum esset, in eandem possessionem

ipsorum Zekerberethe predictam transferre vellent, dummodo ad hoc noster regius consensus preberetur. Unde nos tum consideratis fidelitate et servitiis prefatorum Nicolai et Stephani Erdeli per eos primum sacre huius regni nostri Hungarie corone, expostque maiestati nostre iuxta ipsorum possibilitatem exhibitis et impensis, tum vero et maxime ex eo, quod ipsi in rivo Sayo predicto et aliis locis lutosis intra metas ante dicte possessionis ipsorum Zekerberethe pontes tenere debeant, ex speciali gratia nostra eisdem id annuendum duximus et concedendum, ut ipsi dictum eorum tributum, quod presens in alia possessione ipsorum Saromberek exigebatur, ad dictam possessionem ipsorum Zekerberethe transferre, huiusmodique tributum ipsi et eorum heredes atque posteritates universe futuris semper successivis temporibus ibidem exigere valeant atque possint, ita tamen, quod ipsi Nicolaus et Stephanus Erdeli suique heredes et successores per huiusmodi rivum Sayo et loca lutosa intra metas ante dicte possessionis Zekerberethe pro viatoribus pontes teneant et ibidem iustum tributum exigere valeant, sed tamen de cetero in dicta possessione Saromberek nullum tributum exigere possint, imo annuimus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum anno 1467.
domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, regni márc. 23.
nostri anno decimo, coronationis vero tertio.

Eredetije megvonalozott hártyán, alján a király papírral fedett pecsétjével, *5070.*

LXVI.

(Kolosmonostoron) 1468. apr. 15.

A kolosmonostori convent jelenti Mátyás királynak, hogy parancsára Csupor Miklóst az István moldovai vajda ellen vezetett hadban tanusított vitézségeért, a Gróf (Szentgyörgyi és Bazini) János erdélyi vajdával együtt pártütő Suki Mihály neki adományozott birtokaiba beiktatta.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam

futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis et domini domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. domini nostri naturalis introductorias pariter et statutorias nobis preceptorie loquentes summo cum honore recepimus in hec verba:

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. fidelibus nostris, conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam nostram. Quod cum officium sit principibus, ut suorum subditorum meritis recte ponderatis unicuique merita condignis retributionibus prosequantur, sic enim principum laudabitur prudentia et subditorum alii alios virtutum opere antecellere properabunt. Considerantes itaque fidelitatem et fidelia servitia fidelis nostri magnifici Nicolai Chwpor vayvode partium regni nostri Transsilvanarum et comitis siculorum nostrorum, que idem nobis in nonnullis rebus nostris fidei sue commissis ad utilitatem et honorem nostrum diligenter exhibuit, is quippe Nicolaus Chwpor vayvoda, dum superioribus diebus partes Moldavie cum exercitu nostro intrassemus ibique quadam nocte cum Stephano vayvoda Moldaviensi conflictum habuissemus, tunc ipse inter ceteros aule nostre milites pro honore status nostri cum hostibus ante omnes alios ut audax vir certavit ibidem septem vulnera lethalia suscipiens, quorum respectu in aliquam recompensam suorum meritorum volentes eidem munificentiam nostram regiam ostendere liberalem, ut ipse ad servitia nostra promptus redditur, possessiones Swk, Wyssa, Magyarkalyan, Olahkalyan, Magyarsarmas, Olahsarmas, Azzonfalwa et Olahbare, item directas et equales medietates possessionum Zouath et Kethelen in de Kolos, necnon possessionem Omboz vocatas in de Doboka comitatibus existentes habitas, que alias condam Michaelis de eadem Swk prefuerant, sed per notam infidelitatis eiusdem perpetue, quam ipse ex eo, quod pridem Iohanni Groff alias vayvode nostro Transsilvano, qui suscepti beneficii immemor cum Transsilvanensibus coniurationes faciendo nobis rebellisset ac contra nos ut infidelis hostiliter insurrexisset, non solum adhesisset, verum

etiam nonnullos alios in nostra fidelitate permanere volentes cum suis malis consiliis ad infidelitatem convertisset, propter quod etiam damnationem capitis sui suscepisset, ex lege eiusdem regni nostri incurrerat, iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consuetudinem ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam, consequenterque collationem nostram rite et legitime devolute sunt, pridemque mediantibus aliis literis nostris donationalibus exinde confectis fideli nostro egregio Iohanni de Bezer dempta possessione Swk contulerimus, sed nunc easdem possessiones per concambium aliarum possessionum ab eodem Iohanne de Bezer auferendo, ipsas pre tactas possessiones medietatesque possessionum predictarum prefati condam Michaelis de Swk antefato Nicolao Chwpor vayvode partium nostrarum Transsilvanarum simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memorato Nicolao Chwpor suisque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum in perpetuum contulimus, velimusque eundem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael Kemen aut Anthonius Desew, vel Georgius Kabos seu Bartholomeus de Moch aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum Swk, Wyssa, utraque Kalyan, necnon Magyarsarmas, Olahsarmas, Azzonfalwa, Olahbare et Omboz ac medietatum dictarum possessionum Zouath et Kethelen, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Nicolaum Chwpor vayvodam in dominium earundem, statuatque easdem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse nostre donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Nicolaum Chwpor vayvodam nostram personalem in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, ac possessio-

num instatuendarum, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Strigonii, feria quarta proxima post dominicam Oculi
1468. mart. 23. anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, regni nostri anno undecimo, coronationis vero quarto.

Nos *) itaque mandatis prenominati domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum memorato Anthonio Desew de Patha homine sue serenitatis unum ex nobis videlicet religiosum virum fratrem Ipolitum sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter
apr. 1. retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante festum beati Ambrosii episcopi novissime preteritum, consequenterque aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies prescriptarum possessionum Swk, Wyssa, utriusque Kalyan, necnon Magyarsarmas, Olahsarmas, Azzonfalwa, Olahbare et Omboz nuncupatarum, necnon medietatum dictarum possessionum Zouath et Kethelen vocatarum vicinis et commetaneis earundem puta Bartholomeo de Moch, Stephano de Iklod, Iohanne et Stephano de predicta Swk, necnon circumspecto viro Petro Soldus dicto in possessione Apathyda commorante in persona venerabilis ac religiosi viri domini Petri abbatis huius ecclesie nostre, domini et prelati nostri aliisque quampluribus nobilibus videlicet et ignobilibus inibi legitime convocatis et presentibus accedendo prelibatum Nicolaum Chwpor vayvodam in dominium earundem introduxissent, easdemque eidem simul cum suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse regie donationis titulo sibi incumbenti statuissent perpetue possidendas nullo penitus contradictore apparente, legitimis et sufficientibus diebus in faciebus earundem permanendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto

*) Innen kezdve egykorú másolata (úgy látszik, conventi jegyzőkönyv töredék), a melyből a nevek írásának eredeti alakját is helyreállíthatónak véltük, az orsz. lt. *Dl. 28,408.*

decimo die diei introductionis et statutionis prenotatarum, 1468.
anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo. apr. 15.

A kolosmonostori convent requisitorainak 1680. sept. 29-én a Barcsai Mihály s I. Apaffi Mihálynak 1681. mart. 11-én a Telcki Mihály részére kelt kiadványában, *7303.*, *5135.*

LXVII.

1468. oct. 2.

Mátyás király a Bazini és Szentgyörgyi János erdélyi vajdával együtt pártütő Erdélyi István somkereki, udvarhelyi, szászberetei, szekérberetei, kacsi, magasmarti, virágosberki, nemegyei, felsőnemegyei, németi, csépáni, prezlopi, lucskai, szentandrási, rücsi, faragói, gerebencsi és velkéri birtokrészeit Erdélyi Lászlónak adományozza.

1468. Anno et loco quibus supra dominico proximo oct. 2.
post festum beati Michaelis archangeli ad commissionem propriam domini regis data est litera, per quam ipse dominus rex pro fidelibus servitiis fidelis sui egregii Ladislai Erdely dicti filii Nicolai Erdely de Somkerek totales portiones possessionarias in possessionibus Somkerek predicta, Wdwarhel, Zazberethe, Zechorberethe, Kach, Magasmarth, Wiragoskerek,*) Nemegye, Felsewnemegye, Nemethy, Chepan, Prezlop, Lwchka, Zenthandras in de Zolnok interiori, ac Rewch, Farago, Gerebenyes et Welker vocatis in Thordensi comitatibus**) existentibus habitas, que alias Stephani Erdely de predicta Somkerek prefuissent, sed per notam infidelitatis eiusdem, quam ipse ex eo, quod postposita fide et fidelitate, qua sibi et sacre corone predicti regni sui Hungarie tenebatur, nuper cum nobilibus et incolis Transsilvanensibus coniurando et sibi rebellando Iohanni comiti de Bozyn et de Sancto Georgio, qui tunc honore vayvodatus Transsilvanensis fungebatur, adheserat ac contra ipsum ut infidelis animo nocendi insurrexerat, notabiliter incurrit, ad sacram coronam dicti regni sui consequenterque suam maiestatem, iuxta anti-

*) Így, *Wiragosberek* helyett.

**) Hibásan *comitatu* az eredetiben.

quam et approbatam eiusdem regni sui consuetudinem rite et legitime devolute esse perhibentur, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memorato Ladislao Erdely suisque heredibus [et posteritati]bus universis in perpetuum contulit salvis iuribus alienis, ac etiam portionibus illis et possessionibus, necnon iuribus possessionariis, quam ex bonis prefati Stephani magnifico Nicolao Cupar de Monoslo vayvode Transsilvano contulit.

II. Lajosnak 1517. nov. 16-ikán kelt átíratában, hátrább.

LXVIII.

Budán, 1468. dec. 28.

Mátyás király megparancsolja Erdélyi Miklósnak és Lászlónak, hogy a hütlenségbe esett, de kegyelmet nyert Erdélyi Istvánnak birtokait adják vissza.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. fidelibus nostris egregiis Nicolao et Ladislao Erdeli de Somkerek salutem et gratiam. Quia nos pridem mediantibus aliis literis nostris gratiosis exinde confectis fideli nostro egregio Stephano Erdeli de eadem Somkerek super omni infidelitate sua ad nonnullorum fidelium nostrorum supplicationem capiti ac rebus suis et bonis gratiam fecimus, et huiusmodi bona sua per nos vobis collata et nunc apud manus vestras habita eidem remisimus, ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus receptis presentibus universa bona prefati Stephani Erdeli per nos vobis modo premisso collata eidem remittere, manusque vestras de eisdem excipere debeatis; secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, in festo Innocentum martyrum anno domini Millesimo quad-
1468. dec. 28. ringentesimo sexagesimo octavo, regni nostri anno undecimo, coronationis vero quinto.

Ad relationem Iohannis Pangracz
vayvode Transsilvani etc.

Eredetije papíron, alján a király papírral fedett pecsétjével, *7501.*

LXIX.

(Kolosmonostoron) 1469. febr. 19.

A kolosmonostori convent előtt Iklódi Márton és szamosfalvi Kis Kelemen a kiskorú szamosfalvi Mikola Ferencz nevében, ennek szentmiklósi halastavát és szamosfalvi malmát Mihály diódi várnagynak, Bertalan István, Szász György és Prokop kolosvári polgároknak száz arany forintért zálogba vetik.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod Martinus de Iklod ac Clemens parvus de Zamosfalwa onera et quelibet gravamina Francisci filii Iohannis Mykola de dicta Zamosfalwa propter teneram etatem eiusdem in se levando coram nobis personaliter constituti sunt confessi in hunc modum, quod ipsi pro quibusdam necessitatibus dicti Francisci Mykola ipsum ad presens urgentibus evitandis unam piscinam in pertinentia possessionis Zenthmyklos adiacentem ac unum molendinum in facie predicte possessionis Zamosfalwa vocatarum *) in fluvio Zamos decurrens prefati Francisci Mykola, in comitatu de Kolos existentium habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus, proventibus et pertinentiis quibuslibet iure ad easdem pertinere dinoscentibus, prefatam piscinam nobili Michaeli castellano castri Dyod ac Stephano Berthalam et Georgio Zaaz civibus civitatis de Koloswar, dictum autem molendinum Prokoppo de eadem ac dictis Michaeli castellano et Georgio Zaaz pro centum florenis puri auri plene ut dixerunt habitis ab eisdem et receptis pignori obligassent, imo impignorarunt et obligarunt coram nobis, tali modo, quod ipsi aut dictus Franciscus Mykola usque dominicam Quasimodo geniti di- **apr. 9.**
ctas molendinum et piscinam ab eisdem redimere non valerent neque possent, elapso autem dicto termino dum et quando iidem premissas molendinum et piscinam redimere possent et valerent, extunc iidem Michael porkolab ac alii predicti, rehabitis premissis centum florenis puri auri, rerum estimatione exclusa, easdem eisdem vel eidem remittere deberent et tenerentur difficultate sine omni, assumpmentes nichilominus et

*) Hibásan *vocatis* az eredetiben.

obligantes se prenotati Martinus de Iklod et Clemens parvus memoratos Michaelem porkolab, Stephanum Berthalam, Georgium Zaaz ac Prokop in pacifico dominio prescriptarum molendini ac piscine contra quoslibet iuridice impetitores infra tempus redemptionis earundem conservare propriis ipsorum laboribus et expensis harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum die dominica proxima ante festum Ka-
1469. febr. 19. thedre beati Petri apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *3932.*

LXX.

Tordán, 1469. sept. 15.

Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda bizonyítja, hogy az Iklódi Márton által Dezméri Ferencztől zálogban birt mindkét dezméri és szentmiklósi részjószágok zálogsummáját, miután Iklódi Márton nem fogadta el, sem a részjószágokat vissza nem adta, magánál tartotta.

Nos Iohannes Pongracz de Dengeleg vayvoda Transsilvanus et comes siculorum memorie commendamus per presentes, quod nobis una cum potioribus regni partium Trans-
sept. 14. silvanarum nobilibus in festo Exaltationis sancte Crucis pro quibusdam perarduis regni et nobilium eorundem negotiorum expeditionibus celebrata congregatione in oppido Thorda in unum convenientibus egregius Stephanus Erdely de Somkerek nostram ac prefatorum nobilium exsurgens in presentiam, nomine procuratorio in persona nobilis Francisci filii condam Iohannis Mykola dicti de Desmer nobilem Martinum de Iklod coram nobis sane ad faciem repertum in eo ammonuit, ut ipse Martinus illam summam pecunie videlicet centum et sexaginta florenos auri, pro quibus portiones possessionarie dicti Francisci in possessionibus utraque Desmer ac Zenthmyklos, omnino in comitatu de Colos existentibus habite apud ipsum Martinum pignori obligate existerent et haberentur, ab eodem tollere, levareque et recipere, ac easdem portiones possessionarias eidem remittere et resignare deberet et teneretur lege

regni requirente; qui quidem Martinus neque dictam summam pecunie ab eodem levare et recipere, sed neque dictas portiones possessionarias eidem remittere et resignare voluit, ex eo nos eandem summam pecunie ipsa legitima ammonitione exsecuta facultate nostra iudiciaria manibus nostris levavimus. In cuius testimonium presentes literas nostras duximus concedendas. Datum secundo die festi prenotati loco in predicto, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. 1469. sept. 15.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *3921*.

LXXI.

Kolosváron, 1469. oct. 6.

Pongrácz János erdélyi vajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy az Iklódi Márton által Dezméri Ferencztől zálogban birt mindkét dezméri és szentmiklósi részjószágokat, miután a zálogöszszeget a Dezméri Ferencz ügyvédje Somkereki István megfizette, az Iklódi Márton kezéből vegye ki s Dezméri Ferenczet azok birtokába iktassa vissza.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie beate Marie virginis de Colosmonostra Iohannes Pongracz (de) Dengeleg vayvoda Transsilvanus et comes siculorum amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod cum nos in festo Exaltationis sancte Crucis una cum potioribus regni partium Transsil- sept. 14. vanarum nobilibus pro quibusdam perarduis regni et nobilium eorundem negotiorum expeditionibus congregatione celebrata in oppido Thorda simul convenientibus constitueremur, e medio aliorum causantium egregius Stephanus de Somkerek nostram ac prefatorum nobilium exsurgendo in presentiam procuratorio nomine in persona nobilis Francisci filii condam Iohannis Mykola de Desmer contra nobilem Martinum de Iklod proponebat eo modo, quomodo alias ipse Franciscus certas portiones suas possessionarias in utraque Desmer et Zenthmyklos vocatis possessionibus, in comitatu de Colos existentibus habitas pro centum et sexaginta sex *) florenis

*) A *sex* szó itt és hátrább egykorú, de más kéz betoldása.

auri ipsi Martino de Iklod pignori obligasset, quas tandem prefatus Franciscus, prehabitis legitimis ammonitionibus, requirendo ab eodem redimere et ipsam summam pecunie eidem Martino reddere voluisset, dictusque Martinus non curata ipsa ammonitione, neque sua pecunia levata easdem portiones possessionarias remittere et resignare minime voluisset apud se potentialiter conservando in eiusdem Francisci iuris preiudicium et dampnum manifestum, ex parte cuius iudicium et iustitiam habere ac in dominium iurium suorum introire petebat lege regni requirente, et pro huius negotii evidentiori documento prefatus Stephanus Erdely ipsum Martinum de Iklod cum ipsa summa pecunie, ipsis videlicet centum et sexaginta sex florenis manibus suis tentis et coram nobis productis et depositis alliciendo in eo ammonebat, ut ipse Martinus eandem summam pecunie levare et easdem portiones possessionarias remittere teneretur lege regni requirente. Et quia peractis huiusmodi iuridicis ammonitionibus per dictum Stephanum exsecutis ipse Martinus predictam summam pecunie ad trinarias iudiciarias requisitiones nostras levare portionesque easdem possessionarias remittere recusabat, ob hoc accepta manibus nostris et levata ipsa summa pecunie, de lege et de consuetudine regni comperiebatur, imo et comperimus prefatum Franciscum in dominium portionum et iurium suorum possessionariarum introduci debere, ad cuius exsecutionem peragendam noster et vester homines necessario transmittendum fore dinoscebantur. Super quo amicitias vestras rogamus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Bartholomeus de Moch vel Sigismundus de Gergfalwa, seu Ladislaus sive Gregorius filii Gerew de Gerewwasarhel aliis absentibus homo noster ad facies dictarum portionum possessionariarum in utraque Desmer et Zenthmyklos habitarum, vicinisque et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo reoccupet idem easdem portiones impignoratitias e manibus prefati Martini reoccupatasque restatuat eidem Francisco, eundemque in dominium earundem et pertinentiarum suarum iure sibi incumbenti introducat perpetue possidendas, contradictione prefati Martini et aliorum quorum-

cunque in hac parte non obstante; et post hec huiusmodi reoccupationis, restatutionis et introductionis seriem, prout fuerit expediens, nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Coloswar, feria sexta proxima post festum beati Francisci confessoris anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. 1469. oct. 6.

Kivűl: Amicis suis reverendis, conventui ecclesie beate Marie virginis de Colosmonstra pro nobili Francisco filio condam Iohannis Mykola dicti de Dezmer reoccupatoria, restatutoria et introductoria.

Eredetije papíron, két záró viaszpecsét töredékeivel, *3929.*

LXXII.

(Kolosmonostoron) 1469. nov. 1.

A kolosmonostori convent jelenti Pongrácz János erdélyi vajdának, hogy parancsára szamosfalvi Mikola Ferenczet az Iklódi Mártonnak elzálogosított mindkét dezméri és szentmiklósi részek birtokába az Iklódi Márton ellenmondása daczára visszaiktatta.

Magnifico Iohanni Pangracz de Dengelegh vayvode Transsilvanensi et comiti siculorum, amico ipsorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Vestra noverit magnificentia, quod cum nos iuxta series et continentiam literarum vestrarum adiudicatoriarum modum et formam possessionarie reoccupationis, restatutionis et introductionis in se denotantium pro parte Francisci filii Iohannis Mykola de Zamosfalwa nobis directarum una cum Sigismundo de Gyerghfalwa homine vestro in eisdem literis vestris adiudicatoriis inter alios homines vestros nominatim conscripto unum ex nobis videlicet fratrem Paulum sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissas reoccupationem, restatutionem et introductionem faciendas nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in vigilia festi beatorum Simonis et Iude apostolorum novissime preteriti ad facies portionum possessionariarum oct. 27.

in utraque Dezmer et Zenthmyklos habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis videlicet Petro magno de eadem Zenthmyklos, Bartholomeo de Moch, Iohanne Gerewfy de dicta Zamosfalwa, Emerico Vmbocy in persona Michaelis Kemen, Nicolao Demeter in persona Andree Rado et Ambrosio familiare Gregorii de Reche in persona eiusdem Gregorii, aliisque quampluribus nobilibus videlicet et ignobilibus inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, iidem easdem portiones impignoratas a manibus prefati Martini de Iklod reoccupassent, reoccupatasque restatuissent eidem Francisco, eundemque in dominium earundem et pertinentiarum suarum iure sibi incumbenti introduxissent perpetue possidendas contradictione prefati Martini de Iklod et aliorum quorumlibet in hac parte non obstante. Datum sexto die diei reoccupationis,
1469. nov. 1. restatutionis et introductionis ante dictarum, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét maradványaival, *3920*.

LXXIII.

(Kolosmonostoron) 1469. dec. 13.

A kolosmonostori convent előtt Dezméri Ferencz Zsobokot, szamosfalvi malmát és Szentmiklós határán levő halastavát száz arany forintért monoszlai Csupor Miklós erdélyi vajdának zálogba veti.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod Franciscus filius condam Iohannis Mykola dicti de Dezmer coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quod ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens urgentibus evitandis quandam possessionem suam Sobok vocatam ac quoddam molendinum in facie possessionis Zamosfalwa in fluvio Zamos decurrens, necnon unam piscinam in territorio possessionis Zenthmyklos adiacentem, omnino in comitatu de Kolos existentes habitas simul cum cunctis earundem utilitatibus, proventibus et pertinentiis quibuslibet puta terris arabilibus cultis et incultis, silvis, pratis, fenetis, nemoribus

et generaliter quarumlibet utilitatum earundem integritatibus ad easdem de iure spectantibus et pertinere dinoscentibus magnifico Nicolao Chwpor de Monozlo vayvode harum partium Transsilvanensium et comiti siculorum pro centum florenis puri auri plene ut dixit iam habitis ab eodem et receptis tamdiu, donec ipse Franciscus Mykola easdem possessionem Sobok, ac molendinum et piscinam ab eodem magnifico Nicolao Chwpor in eisdem centum florenis puri auri redimere posset et valeret, pignori obligasset, imo impignoravit et obligavit coram nobis, assumpmens nichilominus prefatus Franciscus filius condam Iohannis Mykola et obligans se usque tempus redemptionis premissarum possessionis, molendini ac piscine annotatum Nicolaum Chwpor in dominio ipsarum contra quoslibet impetitores et causidicos suis laboribus propriis et expensis conservare atque expedire harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum in festo beate Lucie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo sexa- 1469. dec. 13.
gesimo nono.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *3923.*

LXXIV.

(Gyulafehérváron) 1469. dec. 20.

Az erdélyi káptalan előtt Szamosfalvi Ferencz az Iklódi Márton tutorsága, továbbá szentmiklósi halastavának és szamosfalvi malmának ő általa és szamosfalvi Kis Kelemen által való elzálogosítása ellen tiltakozik s Magyar- és Oláhdezmérnek az Iklódi Márton ravaszsága és fenyegetései által kierőszakolt elzálogosítását érvénytelennek nyilvánítja.

Nos capitulum ecclesie Albensis Transsilvane memorie commendamus, quod Franciscus filius condam Iohannis Mykola iunioris de Zamosfalwa in nostram personaliter veniendo presentiam nobis per modum protestationis, revocationis et prohibitionis significare curavit in hunc modum, quod prout ipse percepisset et ad presens ad sui devenisset notitiam, nobilis Martinus de Iklod et quidam Clemens parvus de eadem Zamosfalwa nescitur quo sinistro ducti consilio, ipso exponenti tunc prorsus ignorante, coram conventu monasterii beate

Marie virginis de Colosmonostora circa festum Kathedre beati
febr. 22. Petri apostoli proxime preteritum oneribus et gravaminibus ipsius Francisci ad infra scripta in se assumptis, quandam piscinam in pertinentia seu territorio possessionis Zenthmyklos vocate adiacentem ac unum molendinum in facie dicte possessionis Zamosfalwa in fluvio Zamos decurrens, in comitatu de Colos existentes, ipsum exponentem iure hereditario concernentes cum omnibus earum utilitatibus et obventionibus in persona eiusdem exponentis nobili Michaeli castellano castri Dyog ac Stephano Berthalom, Georgio Zaz et Prokoppo de Coloswar sub certis conditionibus et obligaminibus in literis conventus predicti clarius specificatis pro centum florenis auri pignori obligassent. His non contentus prefatus Martinus
jun. 1. de Iklod, dum nuper circa festum sacratissimi Corporis Christi novissime preteritum idem Franciscus exponens in schola Thordensi in studio scientiarum laborasset, tunc idem Martinus memoratum exponentem exinde sinistre levando tali sub colore, ut eundem ad suam genitricem conduceret, secum ad presentiam dicti conventus duxisset, ibique eundem exponentem per mortis minarum impositiones atque sinistras suggestiones totales possessiones et portiones possessionarias ubilibet et in quibuscunque comitatibus harum partium Transsilvanarum existentibus habitas pro centum et sexaginta sex florenis auri puri sibi ipsi impignorari coegisset. Huiusmodi itaque impignoratione et fassione coacte, insipienter et irrationabiliter ut prefertur per ipsum Franciscum facta, dum ipse Martinus de Iklod et Franciscus ex conductione dicti Martini versus dictum oppidum Thorda de dicto conventu rediissent, sepe nominatus Martinus eundem exponentem in itinere una tunica sua propria spoliasset, quam ibidem cuidam famulo suo tradidisset. His adhuc memoratus Martinus minime contentus, sed malum malo addens circa festum beati Bartholo-
aug. 24. mei apostoli novissime preteritum consimiliter per suas sinistras et dolosas suggestiones atque minarum impositiones et dolos totales possessiones Magyardezmer et Olahdezmer vocatas ac consimiliter totales portiones possessionarias ipsius exponentis in possessione Zenthmyklos, in dicto comitatu de Colos existentes habitas ipsum exponentem premisso iure

concernentes per ipsum exponentem ac dictam dominam genitricem suam pro centum et sexaginta sex florenis auri coram conventu predicto sibi ipsi impignorari procurasset. Cum tamen huiusmodi possessiones et portiones possessionarie ipsam dominam genitricem suam in nullo concernerent, insuperque uti idem exponens ad presens percepisset, memoratus Martinus se auctoritate regia in possessionibus et portionibus, ac iuribus possessionariis et bonis ipsius exponentis preter omnem voluntatem dicti exponentis tutorem constituisset pariter et defensorem in derogamen iurium ac preiudicium, dampnum et gravamen dicti exponentis manifestum; et licet prefatus exponens huiusmodi fassionem et impignorationem mox et in continenti intra se revocaverit et reclamaverit, tamen nunc idem saniori usu rationis fretus se recognoscens huiusmodi fassionem et impignorationem coacte, minus debite, insipienter et irrationabiliter fecisse in derogamen suorum iurium, universas fassiones et impignorationes premissas et alias quascunque, ubicunque et quandocunque per ipsum et dominam genitricem suam aut alios in persona sua vel aliter qualitercunque usque in presentiarum factas retractasset, revocasset et reclamasset, imo revocavit, reclamavit, retractavit et invalidavit publice nostri in presentia. Facta itaque huiusmodi protestatione et reclamatione ipse Franciscus memoratos Martinum de Iklod, Michaelem castellanum, Stephanum Berthalom, Georgium Zaz et Prokoppo ac alios quoslibet ab emptione, in pignus receptione, occupatione, detentioneque et sibi ipsis usurpatione, ac statui factione et tuitione dictarum possessionum et portionum possessionariarum, ac piscine et molendini, necnon bonorum, sicque in dominium earundem quovis quesito colore intromissione, usuum fructuumque et quarumlibet utilitatum et obventionum earundem perceptione seu percipi factione quomodolibet factis vel fiendis prohibuit contradicendo publice et manifeste lege et consuetudine regni requirentibus coram nobis, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum feria quarta, in vigilia festi beati Thome apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. 1469. dec. 20.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét maradványaival, *3930.*

LXXV.

(Kolosmonostoron) 1469. dec. 27.

A kolosmonostori convent jelenti Rédei János erdélyi alvajdának, hogy parancsára a Dezméri Ferencz által Iklódi Mártonnak elzálogosított Magyar- és Oláhdezmér s a szentmiklósi részjószág ügyében Kolozsvármegyében vizsgálatot tartott.

Egregio Iohanni de Rede vicevayvode Transsilvanensi amico ipsorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Noverit eadem vestra egregietas, quod nos literas vestras inquisitorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie beate Marie virginis de Colosmonostra Iohannes de Rede vicevayvoda Transsilvanensis etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona *) Francisci filii condam Iohannis Mykola de Dezmer, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus evitandis quasdam possessiones suas Magyardezmer et Olahdezmer vocatas, necnon quandam portionem suam possessionariam in possessione Zenthmyklos, omnino in comitatu de Kolos existentes pro certa pecuniarum summa Martino de Iklod pignori obligasset et eandem summam pecuniarum, pro quibus aput eundem Martinum dicte possessiones sue ac portio possessionaria habentur, ipsi Martino reddere paratus fuisset, quas quidem pecunias coram magnifico domino Iohanne Pangracz vayvoda Transsilvanensi et comite siculorum, ac nobis et regni nobilibus harum partium Transsilvanensium in congregatione eorundem nobilium Thorde in festo
sept. 14. Exaltationis sancte Crucis proxime preterito celebrata deposuisset et prefatum Martinum presentialiter adherentem in eo, ut prescriptas possessiones ac portionem possessionariam remitteret et dictam quantitatem pecuniarum ab eo levaret, ammonuisset et ab ulteriori detentione dictarum possessionum ac portionis possessionarie, usuum fructuum et quarumlibet uti-

---

*) Hibásan *personis* az eredetiben.

litatum earundem perceptione prohibuisset, unde idem Martinus de Iklad nescitur quibus respectibus non curatis cum huiusmodi ammonitione et prohibitione dicti Francisci exponentis, sed ipsas possessiones ac portionem possessionariam potentialiter occupative erga se tenuisset et teneret etiam de presenti in preiudicium dicti exponentis valde magnum, in quibus dicto exponenti plus quam tricentorum florenorum auri dampna intulisset. Super quo vestras amicitias presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes de Swk seu Demetrius de Gewcz, aut Iohannes Walkay an Dominicus Was de Zentheged, vel Paulus similiter Was de Zenthgothhard aliis absentibus homo noster, qui *) ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Koloswar, sabbato proximo post festum beate Lucie virginis anno domini Millesimo qua- 1469. dec. 16.
dringentesimo sexagesimo nono.

Nos itaque vestris amicabilibus petitionibus annuentes ut tenemur, una cum prefato Iohanne de Swk homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Ladislaum sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissam inquisitionem faciendam nostro (pro) testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante festum
Nativitatis Domini proxime preteritum in dicto comitatu de dec. 23.
Kolos pariter procedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus, quibus decuisset et licuisset, palam et latenter habita diligenti inquisitione talem de premissis scivissent et comperissent certitudinis veritatem, quod premissa sic et suo modo, prout vobis dictum exstitit et quemadmodum tenor literarum vestrarum continet predictarum, dempto certo numero predictorum florenorum auri acta, facta et perpetrata fore rescivissent. Datum quinto die diei inquisitionis ante dicte, anno domini 1469.
supra dicto. dec. 27.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *3931.*

---

*) A *qui* szócska itt fölösleges.

LXXVI.

Tordán, 1470. jan. 2.

Rédei János és bethlenősi Bethlen Domokos erdélyi alvajdák előtt Iklódi Márton kijelenti, hogy a Dezméri Ferencztől zálogban birt Magyar- és Oláhdezmérért és (a szentmiklósi) birtokrészért a tordai gyűlésen el nem fogadott zálogösszeget Dezméri Ferencztől többé nem kivánja.

Nos Iohannes de Rede ac Dominicus Bethlen de Bethlen Ewsy vicevayvode Transsilvani etc. memorie commendamus per presentes, quod nobis in generali congregatione nobilium partium Transsilvanarum Thorde celebrata una cum eisdem nobilibus in nonnullis iudiciorum examinibus existentibus comparentibus coram nobis egregio Stephano Erdely de Somkerek nomine procuratorio in persona Francisci filii condam Iohannis Mykola iunioris de Dezmer ab una ac Martino de Iklod parte ab altera litigantibus et contendentibus vicissim super repostulatione quarundam possessionum Magyardezmer et Olahdezmer, ac quadam portione possessionaria, alias ipsi Martino pro centum et sexaginta sex florenis auri impignoratarum, quos quidem centum et sexaginta sex florenos auri prefatus Stephanus Erdely dicto Martino debendos, cum idem recipere noluisset, in presentia magnifici domini Iohannis Pongracz de Dengeleg vayvode Transsilvani et comitis siculorum, domini nostri gratiosi propter annotatum Franciscum filium condam Iohannis Mykola deposuisset, inter alia prelibatus Martinus prorupit et retulit, quod ipse prescriptos centum et sexaginta sex florenos auri per prefatum Stephanum Erdely propter dictum Franciscum Mykola coram dicto domino nostro vayvoda depositos amplius super eundem Franciscum requirere nollet nec curaret. In cuius assertionis testimonium prelibatus Franciscus personaliter astando literas nostras sibi opportunas per nos dari instantius postulavit, cui presentes nostras literas duximus concedendas. Datum loco in predicto feria tertia proxima post festum Circumcisionis Domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo.

1470. jan. 2.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét maradványaival, *3917.*

LXXVII.

Buza városában, 1470. nov. 12.

Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda a somkereki Erdélyi István kérésére a néhai Mikola János fiának Szamosfalvi Ferencznek életkoráról bizonyítványt ad.

Nos Iohannes Pangracz de Dengeleg vayvoda Transsilvanus, siculorumque et Themesiensis comes memorie commendamus, quod egregius Stephanus Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constitutus, adducens secum Franciscum filium condam Iohannis Mykola de Zamosfalwa petens nos debita cum instantia, ut visa etate, qualitate, quantitate eiusdem, qualis certitudo de eo constare possit et constaret, eidem literas nostras super his dare et concedere dignaremur. Unde nos petitionibus prefati Stephani Erdely favorabiliter inclinati prefatum Franciscum puerum per ipsum nostri in presentia adductum, prout humanus animus videre poterat ac nobis videbatur, quindecim vel ad maximum sedecim annorum conspeximus fore et agnovimus presentium literarum nostrarum testimonio mediante. Datum in oppido nostro Bwza, feria secunda proxima post festum beati Martini episcopi anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo. 1470. nov. 12.

A kolosmonostori conventnek 1473. *feria quarta proxima ante festum beate Marie Magdalene* (jul. 21.) a *Thomas filius egregii Stephani Erdely de Somkerek in sua ac eiusdem Stephani Erdely genitoris, necnon Iohannis et Martini fratrum suorum personis* kérésére papíron kiadott átíratában, *7270.*

LXXVIII.

Buzán, 1470. nov. 12.

Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda, a székelyek és Temes ispánja előtt Szamosfalvi Ferencz ipjával Erdélyi Istvánnal Szamosfalva felének, az egész Zsoboknak, Magyar- és Oláhdezmérnek s a szentmiklósi és szentkirályi birtokrészeknek visszaszerzése körűl való fáradozásaiért, magtalan halála esetére, örökösödési szerződésre lép.

Nos Iohannes Pongracz de Dengeleg vayvoda Transsilvanus, siculorumque et Themesiensis comes memorie commendamus, quod nobilis Franciscus filius condam Iohannis Mykola de Zamosfalwa nostram personaliter veniens in presentiam sponte est confessus in hunc modum, quod ex quo egregius Stephanus Erdely de Somkerek socer eiusdem in nonnullis causalibus expeditionibus aliisque arduis negotiis, et presertim in rectificatione et redemptione bonorum eiusdem puta medietatis dicte possessionis Zamosfalwa ac integrarum possessionum Sobok, Magyardezmer et Olahdezmer, necnon portionum possessionariarum in possessionibus Zenthmyklos et Zenthkyral vocatis, omnino in comitatu de Colos existentium habitarum propriis laboribus et fatigiis sed et persone non parcendo ipsi Francisco a manibus alienis pro octingentis florenis auri redimendo studuisset complacere, volens igitur idem memorato Stephano Erdely in recompensam premissorum dignam impendere vicissitudinem, et ne etiam predicta bona rursum in manus alienas incidi contingat, hanc fraternalis amoris unionem cum eodem Stephano Erdely contraxisset, ut si temporum in processu ipsum Franciscum absque heredibus mori et decedere contingeret, extunc predicta bona, possessiones scilicet et portiones possessionarie ipsius Francisci ad prefatum Stephanum Erdely et per eum Thomam, Iohannem et Martinum filios ceterosque heredes et posteritates suos universos condescendant et devolvi debeant,*)

*) Pongrácz Jánosvajdának egy más, szintén 1470. nov. 12-én kelt eredeti oklevele egy-két lényegtelen szóbeli eltérés mellett a lényeges *pro octingentis florenis auri* hiányával, innen kezdve *harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum in oppido nostro Bwza*

id etiam adiecto, ut si premisse possessiones et portiones possessionarie iuxta regni legem et consuetudinem ad fratres condivisionales aut alios consanguineos*) eiusdem Francisci, si qui essent, devolverentur, tunc tales fratres condivisionales aut consanguinei prius dictos octingentos florenos auri, pro quibus dicte possessiones et portiones possessionarie per dictum Stephanum Erdely redempte sunt, eidem Stephano aut filiis et heredibus suis exsolvere debeant, et sic tandem in dominium dictarum possessionum et portionum possessionariarum introire valeant harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in possessione nostra Bwza, feria secunda proxima post festum beati Martini episcopi et con- 1470.
fessoris anno domini Millesimo quadringentesimo septua- nov. 12.
gesimo.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *7437*. Átírata a kolosmonostori conventnek idézett, 1473. jul. 21-én kelt levelében.

LXXIX.

Tordán, 1470. dec. 25.

Rédei János és bethlenősi Bethlen Domokos erdélyi alvajdák az Iklódi Márton által Dezméri Ferencztől zálogban birt Magyar- és Oláhdezmért s a szentmiklósi birtokrészt a Pongrácz János vajda itélete alapján Dezméri Ferencznek visszaitélik.

Nos Iohannes de Rede ac Dominicus Bethlen de Bethlen Ewsy vicevayvode Transsilvani etc. memorie commendamus, quod nobis una cum harum partium Transsilvanarum nobilibus pro quibusdam perarduis regni et nobilium negotiorum expeditionibus necessario perficiendis feria sexta, ipso dec. 21
die festi beati Thome martyris Thordam in unum convenientibus constitutis coram nobis egregio Stephano Erdeli de Somkerek nomine procuratorio in persona Francisci filii condam Iohannis Mykola iunioris de Desmer, ipso Francisco

— sat. folytatódik s fejeződik be, papíron *7458*. Ennek átírata a kolosmonostori conventnek idézett 1473. jul. 21-én kelt levelében.

*) Hibásan *consanguinei* az eredetiben; az átíratban helyesen.

personaliter adherente, ab una, parte vero ab altera Martino de Iklod, per prefatumque Stephanum Erdely propositum exstitit in hunc modum, quod licet in predicta congrega-
sept. 14. tione generali nobilium in festo Exaltationis sancte Crucis Thorde celebrata prefatus Franciscus in presentia magnifici domini Iohannis Pongracz de Dengeleg vayvode Transsilvani et comitis siculorum, domini nostri gratiosi memoratum Martinum in eo, ut ipse quasdam possessiones suas videlicet Magyardesmer et Oladesmer, ac portionem possessionariam in possessione Zenthmyklos, in comitatu de Kolos existentes impignoratas manibus suis habitas sibi remitteret pecuniamque suam, puta centum et sexaginta sex florenos auri, occasione huius sibi datam, quam coram ipso domino Iohanne Pongracz vayvoda idem Franciscus deposuisset, ammonuisset, cumque dictus Martinus pecuniam suam ab eo levare, et possessiones suas ac portionem possessionariam remittere noluisset, tandem memoratus dominus Iohannes Pongracz vayvoda in secundaria congregatione postea sequenti in Koloswar iudicialiter testimonio honorabilis conventus de Kolosmonostra mediante prescriptas possessiones ac portionem possessionariam ipsius Francisci a manibus sepe fati Martini reoccupari atque eidem Francisco restatui et eundem ad easdem introduci fecisset, tamen dictus Martinus non curatis huiusmodi iudiciaria restatutione et introductione deinque in eisdem possessionibus ac portione possessonaria persisteret fructus et utilitates earundem recipiendo potentia mediante, super quibus ipsum Martinum in presentiam nostram ac regni nobilium ad presentem congregationem generalem mediantibus literis nostris evocatoriis evocasset, que omnia premissa prelibatus Stephanus Erdely exhibitionibus literarum superinde confectarum comprobabat, petens a nobis super his omnibus premissis ex parte prelibati Martini iudicium et iustitiam elargiri. Et cum prefatum Martinum, quid ad premissa responderet, requisitum habuissemus, dixit: quia huiusmodi evocatio medio tempore facta non esset legitima et iuxta huius regni consuetudinem, pro eo quitquam ad ea respondere nollet. Unde nos una cum prefatis regni nobilibus nobiscum in huiusmodi iudicii examine existentibus diutius tractando iudi-

cantes decrevimus; verum quia prescripta evocatio nobis et eisdem nobilibus non de consuetudine regni videbatur, ob hoc hanc ipsam evocationem cassam et vanam relinquimus, deinque tamen, prout prefatus dominus noster vayvoda annotatum Franciscum iudicialiter ad bona sua possessionaria impignorative manibus ipsius Martini habita, excludendo primum de eisdem eundem, eidem Francisco restatui fecerit, ita et nos una cum dictis nobilibus regni eundem Franciscum in pacifico dominio earundem possessionum ac portionis possessionarie alias impignoratarum relinquimus et commisimus iure sibi incumbenti perpetuo possidendarum harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum quinto die termini prenotati loco in predicto, anno domini Millesimo 1470. dec. 25.
quadringentesimo septuagesimo.

Eredetije papíron, hátán az Aba nemzetségbeli Rédei János viaszpecsétjével, paizsában egy kosfejet tartó két oroszlánnal és S · IOHANNIS DE REDE köríratta1, *3928.*



5. Rédei János pecsétje

LXXX.

Tordán, 1470. dec. 25.

Rédei János és bethlenősi Bethlen Domokos erdélyi alvajdák Iklódi Mártont, a Dezméri Ferencz tudta és beléegyezése nélkül elzálogosított szentmiklósi halastaváért és szamosfalvi malmáért kapott zálogösszeg visszaadására itélik.

Nos Iohannes de Rede ac Dominicus Bethlen de Bethlen Ewsy vicevayvode Transsilvani etc. memorie commendamus per presentes, quod nobis una cum harum partium Transsilvanarum nobilibus pro quibusdam perarduis regni et nobilium negotiorum expêditionibus necessario perficiendis feria dec. 21.
sexta, ipso die festi beati Thome martyris Thordam in unum convenientibus constitutis coram nobis Stephano Erdely de Somkerek nomine procuratorio in persona Francisci filii condam Iohannis Mykola iunioris de Dezmer, ipso Francisco personaliter adherente, ab una, parte vero ab altera Martino

de Iklod, per prefatum quoque Stephanum Erdely propositum exstitit in hunc modum, quomodo in his temporibus transactis prefatus Martinus de Iklod nescitur quo malo fretus consilio quandam piscinam ipsius Francisci Mykola in territorio possessionis Zenthmyklos adiacentem ac quoddam molendinum in facie possessionis Zamosfalwa in fluvio Zamos decurrens, omnino in comitatu de Kolos existentes sine consensu, voluntateque et commissione ipsius Francisci Mykola nobili Michaeli castellano castri Dyod, ac prudentibus et circumspectis Stephano Berthalam, Georgio Zaz et Procopo civibus civitatis de Koloswar pro centum florenis auri titulo pignoris obligasset potentia mediante in preiudicium et dampnum dicti Francisci Mykola manifestum. Unde nos una cum prefatis nobilibus nobiscum in huiusmodi iudicii examine existentibus diutius tractando iudicantes decrevimus, ut prescriptos centum florenos auri, pro quibus prescriptas piscinam et molendinum idem Martinus de Iklod impignorasset, annotato Francisco Mykola reddere et restituere debeat et teneatur ex eo, quod in hac parte ipse Martinus de Iklod posse suum ac legitimam fassionem facere non valuit. In cuius testimonium annotato Francisco Mykola presentes literas nostras duximus concedendas, communi iustitia suadente.
1470. dec. 25. Datum quinto die termini prenotati loco in predicto, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Eredetije papíron, hátán Rédei János alvajda kevésbbé ép viaszpecsétjével, *3933.*

LXXXI.

(Aradon) 1471. dec. 11.

Az aradi káptalan előtt Gerlai Bálint az aradvármegyei kapronczai, agyagbéli és kisagyagbéli portiót, továbbá Dobraviczát, Beleczkét, Damasafalvát, Moldováczot, Doboknát, Bácsát, Bábolnát, Bozovát, Szelestyét, Bávárát, Albófalvát, Korcsomárosfalvát, Eperjest, Kervát és Albópatakát muroni Vér Andrásnak zálogba veti.

Nos capitulum ecclesie Orodiensis memorie commendamus, quod egregius Valentinus filius Abrahe de Gerla coram

nobis personaliter constitutus ultronea voluntate fassus exstitit in hunc modum, quod ipse necessitate inevitabili compulsus totales portiones suas possessionarias in possessionibus Kaproncza simul cum possessionibus integris in pertinentiis eiusdem Kaproncza existentibus puta Dobrawicza, Beleczke, Damasafalwa, Moldowacz, Dobokna, Batha, Babolna et Bozowa in Orodiensi, item alias similiter portiones suas possessionarias in possessionibus Agyagbeel ac Kysagyag Beel simul cum aliis integris possessionibus suis videlicet Selyesthye, Gawara, Albofalwa, Korchomarusfalwa, Eperyes, Kerwa et Albopathaka vocatis in pertinentiis Kewzend existentibus cum omnibus earundem utilitatibus scilicet terris arabilibus cultis et incultis, campis, pascuis, silvis, fluviis, aquis aquarumque decursibus et generaliter cum universis utilitatum integritatibus ad easdem possessiones et portiones suas possessionarias de iure spectantibus et pertinere debentibus egregio Andree Weer de Mwron pro mille et octingentis florenis auri puri hungaricalibus veri et iusti ponderis ut dixit ab eodem habitis et acceptis usque tempus redemptionis pignori obligasset, imo impignoravit nostri in presentia tali modo, quod dum temporum in processu prefatus egregius Valentinus filius Abrahe aut sui heredes prefatas possessiones et portiones suas possessionarias ab eodem Andrea Weer aut eiusdem heredibus redimere valuerint, extunc prefatus egregius Andreas Weer aut sui heredes vel posteri easdem possessiones et portiones possessionarias simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eidem egregio Valentino filio Abrahe aut suis heredibus et posteritatibus universis remittere et resignare debeat et teneatur difficultate absque ulla. Assumpsit nihilominus sepe fatus egregius Valentinus filius Abrahe pre titulatum egregium Andream Weer aut suos fratres et heredes universos in pacifico dominio prescriptarum possessionum et portionum suarum possessionariarum et earundem utilitatum infra tempus premissum contra quoslibet legitimos impetitores propriis suis laboribus et expensis protegere et conservare nostri in presentia harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quarta proxima ante festum beate Lucie virginis

1471. ec. 11. et martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Az erdélyi káptalannak 1732. *ipsa dominica Palmarum* (apr. 6.) Teleki József, Sándor, Mihály és Ádám részére — *in specie apologiae praescripti parentis et avi sui* — kelt kiadványában, *8436*. Eredetije a gróf Teleki család gyömrői ltárában, *El. XV. I. 6.* A XVII. század végéről való másolata az orsz. ltárban *Dl. 37,013., fol. 203.*

LXXXII.

1472. nov. 29.

Vásárhelyi Erdélyi János végrendelete.

In nomine domini amen. Anno Nativitatis eiusdem Mil-
1472. nov. 29. lesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, primo die dominico Adventus Domini ego Iohannes Erdely de Wasarhel sentiens dissolutionem mei corporis et de hac aura vivaci extingui, ob hoc inter ceteras salutiferas editiones de rebus meis a deo michi benigne collatis, licet eger corpore mente tamen per omnia sospes tale ut sequitur facio testamentum: Item primo tumulationem mei corporis lego ad capellam beate Marie virginis extra civitatem Waradiensem fundatam; heremitis vero ibidem existentibus lego florenos auri viginti et unum equum Prychy vocatum ac arma vulgo soap cum galea mea propria, quod arma volo ornari cum uno antiquo arma *) vulgo walfew. Item ad sanctum Ieronymum heremitis ibidem existentibus pro celebrandis missis lego florenos tres. Item ad ecclesiam beate Marie virginis maioris in castro Waradiensi predicte fundatam lego, ut per exsecutores exponantur ad celebrationem missarum ibidem fiendarum florenos quinque. Item ad reformationem reliquiarum sanctorum decem millia militum in ecclesia sancti Petri in oppido Byhar fundata existentium lego unum ciphum. Item balteum meum lego ecclesie beate Elisabeth vidue in patria mea existenti ad reformationem unius calicis. Item nobili Stephano Pochay consocio meo obligor florenis auri quinque.

*) Így, *armo* helyett.

Item plebano de Byhar floreno uno. Item subam meam chemeleth lego sacerdotibus ecclesie sancti Petri in predicta Byhar commorantibus pro celebrandis missis. Item jopulam meam novam de barhano factam apud Nicolaum sartorem habitam dant cuidam egenti. Item Georgio meo famulo loricam unam cum galerio et unam galeam lego. Nicolao famulo meo unam loricam similiter cum galerio ac galea una. Item Alberto famulo meo unam loricam cum galerio et similiter galeam unam lego. Item parvulo meo Blasko unam tunicam felemas, et unum pileum cum pennis ac caligam meam lego. Item famulo meo Chalo pallium meum pernis coloris nigri lego. Item Iohanni parvulo meo lego unam tunicam virideam wagoth et unam caligam rubeam. Item capelle sancti Michaelis in predicta Byhar fundate lego florenum unum pro celebrandis missis. Item possessionem quandam Sobok vocatam nobis impignoratam (pro) florenis centum, de quibus florenis quoad partem meam, dum haberent facultatem redimendi, quinquaginta relaxo. Item equum meum Werespey vocatum vendant exsecutores ac de pretio eiusdem humagium cuiusdam hominis in Gylwez per nos interempti disponant, residuos vero exponant pro salute anime mee. Item sorori mee Barbara vocate lego unum stratum cum ornamentis videlicet duo dorsualia et unum duhna ac quatuor cusinos, duo lintiamina et duo pulvinaria vulgo paplan. Item eidem Barbare sorori mee duos anulos deauratos lapidibus ornatos, unum duobus, alium uno lapidibus ornatos. Item nobili Stephano Gregorii fratri meo uterino lego unum equum pey coloris. Item unum vas vini monialibus in ecclesia beate Anne Waradini fundata degentibus lego. Item aliud vas vini monachis in Zalard desudantibus lego. Alia vero omnia bona et res meas, que supersunt, lego ad manus exsecutorum meorum, ut ipsi exponant pro salute anime mee. Exsecutores autem meos lego fieri nobilem Stephanum Pochay consocium meum, officialem Byhoriensem et honorabilem Nicolaum plebanum de predicta Byhar.

A Bogyiszlói András 1473. febr. 10-én kelt átíratában, hátrább.

LXXXIII.

(Kolosmonostoron) 1473. jan. 19.

A kolosmonostori convent előtt somkereki Erdélyi Miklós a leánya Potentiána, a néhai Sombori László özvegye és unokája Frusina nevében egyfelől, másfelől Sombori Péter a Sombori László Somboron, Gelponyán, Őrmezőn, Farkasmezőn, Kölesmezőn, Borsván, Kisesküllőn, Drágon, Ugróczon és Ajtonban levő birtokaiból az özvegyet megillető jegyajándékra és hozományra s a Frusina leánynegyedére nézve egyességre lépnek.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod egregius Nicolaus Erdely de Somkerek in personis nobilium domine Potentiana vocate, filie scilicet sue, relicte vero condam Ladislai de Sombor ac puelle Frosina appellate, filie prefati condam Ladislai de Sombor ab eadem domina Potentiana procreate, quarum onera et quelibet gravamina in subnotandis per omnia super se assumpmendo ab una, parte vero ex alia Petrus filius condam Gregorii de dicta Sombor coram nobis personaliter comparendo parili voce, unanimi relatu ac spontanea eorum voluntate confessi exstiterunt in hunc modum, quod partes prescripte pretextu dotis ac rerum parafernalium dicte domine Potentiane, necnon iuris quartalitii annotate puelle Frosine de possessionibus ac iuribus possessionariis prefati condam Ladislai, iuxta approbatam regni consuetudinem eisdem domine Potentiane ac puelle Frosine provenire debentibus talem disposuissent ordinativam compositionem quod primo prefati Nicolaus Erdely et domina Potentiana totalem portionem possessionariam annotati condam Ladislai in dicta possessione Sombor existentem simul cum domo habitationis eiusdem condam Ladislai in eadem habita, universas etiam possessiones ac portiones possessionarias, necnon quelibet iura possessionaria eundem condam Ladislaum quovis iuris titulo tangentes et concernentia, ubilibet et in quibusvis comitatibus existentes et habita, item totales portiones possessionarias in possessionibus Gelponya, Ewrmezew, Farkasmezew, Kewlesmezew et Borswa in comitatu de Doboka

existentibus habitas, quas idem condam Ladislaus a prefato Petro perpetuo emptionis titulo pro certa summa pecunie emisset, necnon aliam portionem possessionariam, quam Stephanus de Drag eidem condam Ladislao pro quadraginta florenis auri impignorasset, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memorato Petro de Sombor remisissent et consignassent perpetuo possidendas, imo prenominatus Nicolaus Erdely nominibus et in personis quibus supra remisit et resignavit coram nobis; econverso vero idem Petrus de Sombor totalem possessionem Kyseskelew vocatam in dicto de Doboka, necnon equalem quartam partem portionis possessionarie prelibati condam Ladislai in possessione Aython vocata in de Colos comitatibus existentibus habitas simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet iure ad easdem possessionem ac quartam partem dicte portionis possessionarie pertinere debentibus, item totalem portionem suam theolonariam in possessione Drag exigi solitam ac quartam partem piscine intra metas possessionis Wgrocz in predicto comitatu de Doboka existentis habite prenarratis domine Potentiane ac puelle Frosine pro premissis dote ac rebus parafernalibus, necnon iuribus quartalitiis dedisset, tradidisset et assignasset, imo dedit, tradidit et assignavit coram nobis tali modo, ut dum prefata puella Frosina ad annos maritationis pervenerit, tunc plene et perfecte celebratis eiusdem puelle nuptiarum solemnitatibus peractaque maritatione eiusdem, prefata domina Potentiana ac ipsa puella Frosina prescriptam quartam partem dicte portionis possessionarie in dicta possessione Aython existentem habitam cum omni plenitudine iuris et dominii annotato Petro de Sombor absque aliquali redemptionali solutione remittere et resignareque debeant et teneantur, prescriptam vero possessionem Kyseskelew idem Petrus ab eisdem domina Potentiana et puella Frosina similiter post celebrationem dictarum nuptiarum pro centum florenis puri auri redimere valeat atque possit, tali obligaminis vinculo interiecto, quod si qua partium prescriptarum in premissis persistere nollet, aut huiusmodi dispositionem infringere et retractare vellet et niteretur seu attemptaret quovismodo, extunc talis pars contra partem

alteram in premissis persistentem in estimatione prescriptarum possessionum portionumque ac iurium possessionariorum convinceretur et convinci deberet eo facto harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria tertia
1473. jan. 19. proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

A kolosmonostori conventnek 1504. december 31-én kelt jelentésében, hátrább.

LXXXIV.

Váradon, 1473. febr. 10.

Bogyiszlói András váradi kanonok az Erdélyi János végrendeletét Miklós bihari plebanus és Pocsaji István kérésére átírja.

Nos Andreas de Bogislo decretorum doctor, canonicus ecclesie Waradiensis eiusdemque ecclesie sede vacante vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis memorie commendamus per presentes, quod nostri veniendo in presentiam honorabilis vir dominus Nicolaus plebanus de Byhar in sua et coexsecutoris sui personis exhibuit et presentavit nobis registrum testamentale tenoris infra scripti petens nos debita cum instantia, ut tenorem eiusdem in nostras literas transscribi et transumpmi facere et sibi dare dignaremur ad cautelam. Cuius tenor talis est: In nomine domini — — *sat., l. az Erdélyi János 1472. nov. 29-én kelt végrendeletét, elébb.* — Nos igitur petitionem prefati Nicolai nomine quo supra nobis porrectam iustam fore agnoscentes, tenorem predicti registri de verbo ad verbum presentibus literis nostris inseri faciendo eidem duximus concedendum. Datum Waradini, feria quarta proxima post festum beate Dorothee virginis et
1473. febr. 10. martyris anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

Eredetije papíron, alján zöld pecsét töredékeivel, *7397*.

LXXXV.

(Kolosmonostoron) 1474. jan. 2.

A kolosmonostori convent jelenti Magyar Balás erdélyi vajdának, hogy parancsára az Erdélyi István és testvére Miklós közt egy somkercki malmot illetőleg fennforgó ügyben vizsgálatot tartott.

Magnifico viro Blasio Magyar vayvode Transsilvanensi et comiti siculorum amico ipsorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nos literas vestras inquisitorias nobis amicabiliter directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis honorandis, conventui monasterii beate virginis Marie de Colosmonostra Blasius Magyar vayvoda Transsilvanensis et comes siculorum salutem et amicitiam. Dicitur nobis in persona egregii Stephani Erdely de Somkerek, quomodo egregius Nicolaus Erdely de eadem Somkerek frater suus uterinus in quodam loco molendini ipsorum communi in dicta Somkerek molendinum de novo edificari fecisset, quod molendinum antea communiter usi fuissent et iam dictus Nicolaus Erdely sibi ipsi teneret et conservaret, fructusque et utilitates dicti molendini pro se reciperet; cum tamen dictum Stephanum Erdely eodem modo concerneret sicuti annotatum Nicolaum Erdely de dicta Somkerek, idemque Stephanus Erdely ad scitum universorum vicinorum et commetaneorum de directa medietate laboris, edificatione et expensis super dictum molendinum expositis sepe sepius satisfactionem impendere voluisset et cum iudice nobilium eiusdem comitatus eundem Nicolaum Erdely allicuisset et secundum legem huius regni ab usu fructuumque perceptione prohibuisset, sed supra dictus Nicolaus Erdely nec partem expensarum suarum recipere, nec ab usu et utilitatum ac fructuum dicti molendini resistere voluisset, imo usque ad presens predictum molendinum cum omnibus suis utilitatibus sibi appropriasset et usurpasset potentia mediante, quod prefatus Stephanus Erdely pro quadringentis florenis auri pati et acceptare noluisset. Super quo committimus vobis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum,

quo presente Nicolaus Gyrothy sin Petrus de Nema, aut Thomas de Kecheth neve Franciscus Gyrothy, vel Ambrosius de Zwlkerek aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, nobilibus et ignobilibus, vicinis et commetaneis de premissis certitudinis experiatur veritatem, quam tandem nobis suo modo rescribatis. Datum in Thorda, feria
1472. dec. 30. quarta proxima ante festum Circumcisionis Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Nos igitur vestris amicabilibus petitionibus annuentes, una cum annotato Petro de Nema homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Georgium sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissam inquisitionem faciendam nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi equiformiter retu-
(1473.) dec. 29. lerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum Circumcisionis Domini novissime preteritum in generali congregatione universitatis nobilium ceterorumque incolarum harum partium Transsilvanarum Thorde celebrata ab omnibus nobilibus et ignobilibus videlicet vicinis et commetaneis ante dicte possessionis Somkerek, quibus decuisset et licuisset, palam et occulte diligenti inquisitione prehabita omnia premissa et quevis premiss(orum) singula, dempto certo numero prescriptorum florenorum auri, sic acta, facta et perpetrata fore comperissent, prout vobis dictum exstitit et quemadmodum tenor literarum vestrarum per omnia continet predictarum. Datum
1474. jan. 2. quinto die diei inquisitionis prenotate, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, *7271.*

LXXXVI.

(Kolosmonostoron) 1475. apr. 11.

A kolosmonostori convent a Mikola János szentmiklósi és szentkirályi birtokrészeinek elzálogosításáról szóló saját oklevelét Magyar Balás erdélyi vajda parancsára a Mikola Ferencz részére átírja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod Franciscus Mykola de Zamosfalwa nostram veniendo in presentiam exhibuit no-

bis quasdam literas magnifici domini Blasii Magyar vayvode Transsilvani, siculorumque comitis etc. requisitorias nobis loquentes hunc tenorem continentes:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie beate Marie virginis de Kolosmonostra Blasius Magyar vayvoda Transsilvanus, siculorumque comes etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona nobilis Francisci Mykola de Zamosfalwa, quomodo quedam litere expeditorie solutionem illius pecunie, pro quibus Iohannes Mykola pater scilicet ipsius exponentis portiones suas possessionarias in possessionibus Zenth Myklos et Zenthkyral vocatis existentes habitas altero Iohanni similiter Mykola impignorarat, tangentes in vestro conservatorio remansissent, quarum paribus idem exponens pro tuitione suorum iurium plurimum indigeret. Super quo amicitias vestras presentibus petimus diligenter, quatenus prefatas literas in dicto vestro conservatorio requiri faciatis et paria earundem ipsi exponenti in transcripto literarum vestrarum dare et concedere velitis iuris eiusdem ad cautelam, caventes tamen, ne fraus aut dolus in hac parte eveniat aliqualis. Datum in Koloswar, feria quinta proxima post festum Resurrectionis Domini anno eiusdem Millesimo quadringente- 1475. mart. 30
simo septuagesimo quinto.

Quibus presentatis nobisque petitionibus premissis antefati domini vayvode consensum prebentibus paria prescriptarum literarum expeditoriarum pre tactas portiones possessionarias in possessionibus Zenth Myklos et Zenthkyral vocatis tangentium in nostra sacristia seu conservatorio ecclesie nostre requiri et reinveniri fecimus, que hunc tenorem servabat: Nos conventus monasterii — — *sat., l. a convent 1456. jan. 6-án kelt oklevelét elébb XLV. sz. alatt.* — Earundem itaque literarum nostrarum expeditoriarum modo premisso reinventarum tenoremque de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali literis nostris patentibus inseri et transcribi facientes eidem Francisco Mykola duximus concedendum communi iustitia suadente. Datum feria tertia proxima post festum beati Ambrosii doctoris, anno domini Mil- 1475. apr. 11.
lesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Eredetije papíron, hátán pecsét helyével, *3925.*

LXXXVII.

Tordán, 1476. jan. 23.

Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Erdélyi Istvánt a somkereki határon, a Sajón levő malom felének birtokába iktassa vissza.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Closmonostra Iohannes Pangracz de Dengeleg vayvoda Transsilvanus ac siculorum comes amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod Andreas de Zylkerek pro egregio Stephano Erdely de Somkerek cum procuratoriis literis nostris, iuxta continentiam literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis
jan. 13. festi Epiphaniarum Domini in figura nostri iudicii comparendo contra Nicolaum Erdely de Somkerek quasdam literas vestras inquisitorias, ammonitorias, prohibitorias, evocatorias ad amicabilem literatoriam petitionem egregii Dominici Bethleen de Ikthaar vicevayvode nostri eidem rescriptas tenoremque literarum suarum vobis directarum in Kykewllewar festo beati
1471. nov. 11. Martini episcopi et confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo emanatarum verbaliter in se habentes, asserens actionem et propositionem dicti actoris literis contineri in eisdem, nobis presentavit declarando, quod in persona prefati Stephani Erdely annotato vicevayvode nostro dictum exstitisset, quomodo Nicolaus Erdely frater suus carnalis quoddam molendinum in fluvio Sayo, in territorio possessionis Somkerek predicte edificari et construi fecisset, quod scilicet molendinum prefatum Stephanum Erdely eodem iure hereditario sicuti prenotatum Nicolaum concerneret, qui quidem Stephanus Erdely actor de labore et medietate expensarum super prescriptum molendinum per ipsum Nicolaum factarum eidem Nicolao satisfacere, medietatemque ipsius molendini pro se habere vellet lege regni requirente. Super quo prefatus vicevayvoda noster vestras amicitias diligenter petivisset, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus infra declarandus ad prefatum Nicolaum Erdely accedendo ammoneretque eundem,

diceretque et committeret eidem, ut ipse recepta satisfactione de medietate laborum et expensarum suarum ad edificationem dicti molendini factarum a prelibato Stephano actore, medietatem eiusdem molendini eidem remittere et resignare deberet et teneretur, qui si faceret bene quidem, alioquin prohiberet eundem Nicolaum ab ulteriori edificatione ipsius molendini, detentioneque et conservatione medietatis eiusdem, ac usuum fructuum et utilitatum suarum perceptione seu percipi factione, nichilominus evocaret eundem Nicolaum contra annotatum actorem ad octavas festi Epiphaniarum Domini tunc (1472.) jan. 13.
venturas suam in presentiam rationem superinde redditurum; et post hec huiusmodi ammonitionis, evocationis et prohibitionis seriem, ut fieret expediens, eidem vicevayvode nostro suo modo rescriberetis. Vos itaque petitionibus ipsius vicevayvode nostri annuentes, una cum Petro de Nema homine suo vestrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Georgium sacerdotem, unum ex vobis ad premissa exsequenda vestro pro testimonio transmisissetis fidedignum, qui demum exinde ad vos reversi vobis uniformiter retulissent, quomodo ipsi feria (1471.)
quinta proxima ante festum beate Lucie virginis tunc preteri- dec. 12.
tum ad prescriptam possessionem Somkerek accessissent, ibique prefatum Nicolaum Erdely in eo, ut ipse medietatem expensarum et laborum suorum, quos ipse ad edificationem predicti molendini fecisset, a prelibato Stephano Erdely actore levare et recipere, medietatemque ipsius molendini eidem Stephano pacifice remittere et resignare deberet et teneretur,*) qui id facere recusasset, ob hoc ipsi eundem Nicolaum ab ulteriori edificatione dicti molendini, detentioneque et conservatione medietatis eiusdem ac usuum et fructuum suorum perceptione prohibuissent, nichilominus feria sexta tunc im- dec. 13.
mediate sequenti eundem Nicolaum Erdely in portione sua possessionaria in possessione Alsoberethe habita contra annotatum Stephanum Erdely ad octavas festi Epiphaniarum (1472.)
Domini tunc venturas prefati vicevayvode nostri evocassent jan. 13.
in presentiam rationem super premissis redditurum efficacem.

A quibus quidem octavis festi Epiphaniarum Domini causa jan. 13.

*) Talán *ammonuissent* kimaradt.

predicta inter partes diversis prorogationum cautelis ventilata
(1476.) jan. 13. presentes octavas similiter festi Epiphaniarum Domini dilative attigisset, ad quas quidem octavas prelibatus Nicolaus Erdely in causam attractus per annotatum Andream de Zylkerek legitimum procuratorem prefati actoris in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis exspectatus nostram in presentiam non venit, neque misit, sed se mediantibus aliis literis nostris iudicialibus exinde confectis in iudicio aggravari permisit, postulans idem procurator ipsius actoris eidem ex parte memorati in causam attracti per nos in premissis iuris equitatem impertiri.

Verum quia prescripta querimonia in persona prelibati Stephani Erdely ratione previa tempore in predicto annotato vicevayvode nostro modo premisso adversus prelibatum Nicolaum Erdely porrecta exstitisse, idem etiam Nicolaus Erdely premissis ammonitione et prohibitione factis ad prescriptas octavas festi Epiphaniarum Domini in pre-
1471. jan. 13. scripto anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo preteritas legitime evocatus exstitisse, causa pre-
(1476.) missa prorogationibus intervenientibus ad presentes octavas
jan. 13. similiter festi Epiphaniarum Domini deveniendo octavas ad easdem ipse Nicolaus Erdely nostram veluti iudicis sui ordinarii in presentiam non venisse, neque misisse, sed se a facie iuris et iustitie absentando onere iudicii aggravari permisisse ex premissis reperiebatur manifeste, et ob hoc prelibatum Nicolaum Erdely pro premissa non resignatione medietatis dicti molendini, minus iusta et potentiaria conservatione eiusdem in facto potentie ex eoque in quinquaginta marcis condempnatum exstitisse, nichilominus medietatem directam sepe dicti molendini in dicto fluvio Sayo, in territorio possessionis Somkerek decurrentis annotato Stephano Erdely actori prescripto iure hereditario eidem incumbenti perpetuo possidendam readiudicantes et modo subscripto per nostrum et vestrum homines restatuere decernentes et committentes, vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Paulus de Chomafaya vel Andreas de Zylkerek alio absente homo noster de sede iudiciaria per nos ad id specialiter

transmissus ad faciem prescripte possessionis Somkerek consequenterque molendini sepe dicti in territorio eiusdem possessionis decurrentis vicinis et commetaneis suis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, directam medietatem eiusdem molendini simul cum omnibus suis utilitatibus restatuat et committat prelibato Stephano Erdely eiusdemque heredibus universis premisso iure hereditario sibi incumbenti perpetuo possidendam, contradictione prelibati Nicolai Erdely et aliorum quorumlibet non obstante; et post hec huiusmodi restatutionis seriem, ut fuerit expediens, ad octavas festi beati
Georgii martyris nunc venturas legitime perdurandas nobis maj. 1.
amicabiliter rescribatis. Datum Thorde, undecimo die octava-
rum festi Epiphaniarum Domini predictarum anno eiusdem 1476. jan. 23.
Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Kivűl: Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Clwsmonostra pro egregio Stephano Erdely de Somkerek super quadam restatutione per nostrum et vestrum homines modo intra scripto fienda memorialis, cuius series ad octavas festi beati Georgii martyris legitime perdurandas est rescribenda ad iudicem.

Eredetije papíron, a convent záró pecsétjének töredékeivel s a Pongrácz Jánosénak helyével, *7271.*

LXXXVIII.

(Kolosmonostoron) 1476. mart. 10.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy a dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda itélete alapján Erdélyi Istvánt a Somkerek határában levő malom felének birtokába visszaiktatta.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos receptis literis viri magnifici domini Iohannis Pangracz de Dengeleg vayvode Transsilvani, siculorumque comitis etc. adiudicatoriis pariter et sententionalibus modum

et formam eiusdem iudiciarie deliberationis in se exprimentibus pro parte egregii Stephani Erdely de Somkerek contra egregium Nicolaum similiter Erdely de eadem emanatis nobisque loquentibus, iuxta earundem continentiam amicabilibus petitionibus dicti domini Iohannis Pangracz vayvode annuentes ut tenemur, una cum magistro Paulo de Chomafaya homine ipsius de sede eiusdem iudiciaria per eundem ad id specialiter transmisso nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Iohannem sacerdotem unum ex nobis ad infra scripta exsequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis
mart. 7. uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beati Gregorii pape proxime preterita ad faciem prescripte possessionis Somkerek consequenterque molendini in territorio eiusdem possessionis decurrentis, vicinis et commetaneis suis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo directam medietatem eiusdem molendini simul cum omnibus suis utilitatibus restatuissent et commisissent prelibato Stephano Erdely eiusdemque heredibus universis premisso iure hereditario sibi incumbenti perpetuo possidendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum quarto die
1476. mart. 10. diei exsecutionis predicte, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Eredetije hártyán, piros és zöld selyem zsinóron függő megkopott pecséttel, *7564.*

LXXXIX.

Szentgyörgyön, 1476. apr. 10.

Szilvási Tóth István belsőszolnokvármegyei ispán, Kódori András és szentgyörgyi Porkoláb Sandrin szolgabírák jelentik iktári Bethlen Domokos alvajdának, hogy az erdélyi Miklós által Erdélyi Istvántól ujra elfoglalt somkereki félmalom ügyében vizsgálatot tartottak.

Egregio viro Dominico Bethlen de Ikthar vicevayvode Transsilvano domino ipsorum semper honorando Stephanus Thot de Zylwas comes, item Andreas de Kodor et Sandrinus Porkolab de Zenthgerg iudices nobilium comitatus de Zolnock interiori. Noverit vestra egregietas, quod cum nos feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum una cum nobilibus dicti comitatus in iam dicta Zenthgerg sede nostra pro tribunali in iudicio fuissemus constituti, literas vestre egregietatis pro parte egregii Stephani Erdeli nobis directas honore quo decuit recepisse in hec verba:

apr. 10.

Dominicus Bethlen de Iktar vicevayvoda Transsilvanus nobilibus comitibus et vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus de Zolnock interiori salutem cum favore. Dicitur nobis in persona egregii Stephani Erdeli de Sumkereck, quomodo licet ipse directam medietatem unius molendini in fluvio Sayo, in ipsa possessione Sumkereck in comitatu de Zolnock interiori existenti decurrentis in octavis festi Epiphaniarum Domini proxime preteriti per adiudicationem magnifici Iohannis Pangracz de Dengeleg vayvode Transsilvani siculorumque comitis a Nicolao Erdeli de dicta Sumkereck ordine iudiciario pro se obtinuerit, et eandem medietatem ipsius molendini sibi legitime statui fecerit, tamen pridem circa dominicam Oculi prefatus egregius Nicolaus Erdeli nescitur quibus intuitis predictam medietatem dicti molendini de novo pro se occupasset dictum exponentem de dominio eiusdem molendini penitus excludendo, in quibus premissis idem Nicolaus Erdeli dicto exponenti tricentorum florenorum auri dampna intulisset potentia mediante, in preiudicium ipsius exponentis valde magnum. Super quo vestras fidelitates presentibus petimus diligenter, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis,

jan. 13.

mart. 17.

qui ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiantur certitudinis veritatem, quam tandem nobis suo modo rescribatis. Datum in Kykellewwar, feria quarta post domini-
1476. mart. 27. cam Letare Iherusalem anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Nos igitur mandatis vestre egregietatis obtemperare cupientes ut tenemur, unum ex nobis videlicet Andream dictum de Kodor ad premissa exsequenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui demum exinde ad nos revertisset nobis retulit isto modo, quomodo ipse feria sexta
apr. 5. ante dominicam Ramispalmarum in prescripto comitatu procedendo ab omnibus vicinis et commetaneis, nobilibus et ignobilibus diligenti inquisitione prehabita talem comperisset certitudinis veritatem, prout vestre egregietati dictum exstitisset et quemadmodum tenor vestrarum literarum per omnia con-
1476. apr. 10. tinet predictarum. Datum die et loco supra scripto, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Kivűl: Inquisitoria pro nobili et egregio Stephano Erdeli de Sumkereck.

Eredetije papíron, hátán három viaszpecsét maradványaival, *7271.*

XC.

Budán, 1476. apr. 17.

Mátyás király megparancsolja somkereki Erdélyi Istvánnak, hogy a Kecseti Gál deáknak elzálogosított, ennek halála után pedig nejétől, a zálogösszeg megfizetése nélkül, erőszakosan elvett szekérberethei és kocsi birtokrészeket vagy adja vissza, vagy pedig a zálogösszeget fizesse meg.

de commissione domini regis.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. fideli nostro nobili Stephano Erdely de Somkerek salutem et gratiam. Ex querulosa significatione nobilis domine Elene, relicte condam Galli literati de Kecheth intelleximus, quomodo tu mortuo nuper prefato Gallo literato marito suo portiones pos-

sessionarias in possessionibus Zekerberethe et Rocz *) vocatis in comitatu Zolnok exteriori existentibus habitas, quas alias eidem condam Gallo literato pro sexaginta florenis auri pignori obligasses et ipse Gallus literatus in ultima sua testamentaria dispositione eidem domine consorti sue legasset et commisisset, ab ipsa domina Elena sine solutione et satisfactione dictorum sexaginta florenorum auri occupasses, ac ab ea literas etiam impignoratitias super eisdem portionibus possessionariis emanatas nunc per blandimenta, nunc vero per minas varias extorsisses et excepisses, easdemque portiones occupative aput te teneres et conservares etiam de presenti potentia tua mediante in preiudicium eiusdem domine exponentis et dampnum valde magnum. Et cum nos nolumus eandem dominam aliquo pacto suis iustis iuribus a quoquidem iniuste privari et destitui, fidelitati igitur tue harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus statim receptis presentibus ulteriori nostro mandato superinde non expectato prefatas portiones possessionarias in dictis possessionibus habitas remittere vel eidem domine de prescriptis sexaginta florenis auri plenam et omnimodam satisfactionem impendere debeas et tenearis, ut de cetero ipsa domina exponens propterea nostre maiestati non cogatur quoquomodo querulari; secus ergo non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum Pasce Domini anno eiusdem Millesimo quadringente- 1476.
simo septuagesimo sexto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. decimo nono, Bohemie vero septimo. apr. 17.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel s hátán a XVI. sz. közepéről való *Ez leuel, hogy az Erdellyek Bretet kyfoglaltak Suki Illona kezebeoll* följegyzéssel, *7518.*

*) Így, *Kocz* helyett.

XCI.

(Kolosmonostoron) 1476. sept. 23.

A kolosmonostori convent jelenti iktári Bethlen Domokos erdélyi alvajdának, hogy parancsára szamosfalvi Mikola Ferencznek, továbbá édes anyjának és egy szolgájának Kolosváron Györgyfalvi Páltól szenvedett megverettetése és megsebesíttetése, Kis Péternek pedig szidalmaztatása miatt vizsgálatot tartott.

Egregio viro Dominico Bethlen de Ikthar vicevayvode Transsilvano etc. domino et amico ipsorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra amicitiam paratam cum honore. Vestra noverit egregietas, nos literas vestras inquisitorias nobis directas honore quo decuit recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie beate virginis Marie de Kolosmonostra Dominicus Bethlen de Ikthar vicevayvoda Transsilvanus amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Francisci Mykola de Zamosfalwa ac domine matris sue et Petri parvi, quomodo feria
sept. 12. quinta ante festum Exaltationis sancte Crucis, dum idem Franciscus Mykola cum genitrice sua et dicto Petro parvo in civitate Koloswar pro suis necessariis disponendis constituebantur, nescitur quibus respectibus Paulus de Gyergfalwa cum suis familiaribus unum famulum dicti Francisci in platea civitatis reperiendo, eum in terram prostrando, dire et acriter verberando, semivivum relinquendo, et cum hoc non contenti iterum alium famulum reperiendo, armatis manibus ad hospitium dicti exponentis irruissent impellendo famulum, idemque Franciscus suum famulum protegere volens ipsum graviter sauciando, dominam vero matrem cum pectoribus equorum percutiendo et predictum Petrum parvum illicitis verbis vituperando similiter verberum plagis afficere volendo potentia ipsorum mediante, quod dicti exponentes pro quadringentis florenis auri pati noluissent. Super quo vestras rogamus amicitias diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Anthonius Gyerewfy de Zamosfalwa aut Gregorius et Georgius de eadem, sive Iohannes de Swk vel Benedictus magnus de Zwchak, seu

Gregorius de Sama aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, nobilibus et ignobilibus de premissis certitudinem *) experiatur veritatem, quam tandem rescita veritate nobis amicabiliter suo modo rescribatis. Datum Kykellewar, ipso die Exaltationis sancte Crucis anno domini Millesimo 1476. sept. 14.
quadringentesimo septuagesimo sexto.

Unde nos premissis petitionibus vestris annuentes ut tenemur, una cum prefato Gregorio de Zamosfalwa homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Georgium custodem unum ex nobis ad premissam inquisitionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt isto modo, quod ipsi in festo beati Mathei sept. 21
apostoli et euangeliste proxime preterito in comitatu de Kolos simul procedendo ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, diligenter de premissis inquirendo talem scivissent certitudinis veritatem, prout eidem vestre egregietati dictum exstitisset et sicut tenor literarum vestrarum per omnia contineret predictarum, dempto certo numero pecuniarum. Datum 1476.
tertio die diei inquisitionis prenotate, anno domini supra dicto. sept. 23

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét maradványaival, *3915.*

XCII.

Korneuburgban, 1478. jan. 6.

Mátyás király megparancsolja Geréb Péter erdélyi vajdának és alvajdáinak, hogy ha az Erdélyi István fiai és leányai az atyjok javaival együtt másnak adományozott, de őket illető javaiknak visszaszerzése végett bárkivel perbe kapnának, szolgáltassanak nekik igazságot.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris magnifico Petro Gereb partium regni nostri Transsilvanarum vayvode suisque vicevayvodis salutem et gratiam. Expositum est nostre maiestati in persona fidelis nostri egregii Stephani Erdely, quod cum nos pridem pro certis suis excessibus bona sua aliis donassemus, tunc etiam bona filio-

*) Így, *certitudinis* helyett.

rum et filiarum ipsius aliis contulissemus in eorundem preiudicium atque dampnum. Cum autem nos non velimus iustos pro iniustis dampnificari, igitur nos prefatis filiis et filiabus ipsius Stephani id, ut huiusmodi bona sua per nos quibuscunque collata iure reaquirere et reappropriare possint, gratiose annuentes et concedentes mandamus fidelitati vestre firmissime, quatinus dum et quando iidem filii et filie eiusdem Stephani ratione huiusmodi bonorum ipsorum aliquos in presentiam vestri in causam convenerint, extunc ex parte eorundem in presentiam vestri in causam conveniendorum iudicium et iustitiam facere debeatis, ita ut pro defectu iustitie iidem filii et filie eiusdem Stephani nostre non cogantur querulari maiestati; secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Korneuburg, in festo Epipha-
1478. jan. 6. niarum Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo, Bohemie vero nono.

Relatio G(eorgii) prepositi
Quinqueecclesiensis thezaurarii.

Eredetije papíron patens alakban, alján a király papírral fedett titkos pecsétjével, *7369.*

XCIII.

(Kolosmonostoron) 1478. jan. 23.

A kolosmonostori convent jelenti Kendi Antal erdélyi alvajdának, hogy parancsára a gernyeszegi kastélyból és tartozékaiból az Erdélyi István fiait és leányait illető részek ügyében, melyeket monoszlai Csupor Miklós erdélyi vajda a hütlen Erdélyi István neki adományozott javaival együtt elfoglalt s halála után zsolnai Pongrácz László özvegye, Justina asszony is bitorol, vizsgálatot tartott.

Egregio viro Anthonio de Kend vicevayvode Transsilvano amico ipsorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nos literas vestras inquisitorias, evocatorias pariter et insinuatorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Anthonius de Kend vicevayvoda Transsilvanus amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Thome, Iohannis ac Martini filiorum, necnon puellarum domine Juthka consortis Gregorii de Betlen, puellarumque Anne, Potentiane, Clare et Magdalene filiarum Stephani Erdely de Somkerek, quod licet alias serenissimus princeps et dominus dominus Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. dominus noster gratiosissimus universa iura possessionaria prefati Stephani Erdely patris ipsorum exponentium ubilibet habita pro quibusdam excessibus eiusdem manibus suis regiis occupari faciendo, inter alia totales portiones possessionarias ipsius Stephani Erdely in castello Gernyezegh appellato ac possessionibus ad idem castellum pertinentibus in Thordensi, etiam aliis comitatibus existentes habitas ipsum Stephanum Erdely genitorem iam fatorum exponentium concernentes magnifico condam Nicolao Chwpor de Mon(o)zlo alias vayvode Transsilvano et comiti siculorum contulerit, tamen idem Nicolaus Chwpor vayvoda non portiones possessionarias prefati Stephani Erdely proprias in dicto castello et possessionibus ad idem pertinentibus habitas dumtaxat, sed etiam totales portiones possessionarias prefatorum exponentium in eodem castello et suis pertinentiis existentes ipsos tangentes, nullis excessibus eorundem exponentium meritoriis amissas, nomine bonorum propriorum dicti Stephani Erdely patris ipsorum exponentium, contra antiquam regni consuetudinem, vigore pre tacte regie donationis pro se ipso minus iuste et indebite occupasset ac occupatas vita sibi durante tenuisset; tandem ipso Nicolai Chwpor decedente, per mortem eiusdem generosa domina Justina, relicta condam Ladislai Pangracz de Solna prenarratas portiones antefati Stephani Erdely per ipsum condam Nicolaum Chwpor in dicto castello et suis pertinentiis possessas predictum dominum nostrum regem sibi donasse referendo, easdem totales portiones et iura possessionaria sepe fatorum exponentium in sepe dicto castello Gernyezeg et possessionibus ad idem spectantibus habitas simul cum portionibus antelati Stephani Erdely patris eorundem exponentium absque omni via iuris pro se ipsa

usurpari et occupari fecisset, occupatasque teneret et conservaret ac eisdem uteretur etiam ad presens, in quibus prefata domina Justina annotatis exponentibus tria millia florenorum auri dampna intulisset potentia mediante, in preiudicium eorundem exponentium valde magnum. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gregorius Gerewfy de Zamosfalwa aut Sandor de Zwchak, vel Sigismundus Henke de Gergfalwa an Petrus Almadi de Machkas, sin Iacobus de Jara seu Petrus de Zenthywan, sive Gallus de Poka neve Georgius Nemes de eadem aliis absentibus homo noster, scita prius premissorum mera veritate, evocet prefatam dominam Justinam contra annotatos Thomam et Iohannem Erdely aliosque predictos exponentes
jul. 1. ad octavas festi Nativitatis beati Iohannis baptiste nunc venturas nostram in presentiam rationem de premissis redditurам efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eidem, ut sive ipsa octavis in predictis coram nobis compareat, sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri; et post hec huiusmodi inquisitionis, evocationis et insinuationis seriem, ut fuerit expediens, octavas ad predictas nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Coloswar, in
1478. festo beati Anthonii confessoris anno domini Millesimo qua-
jan. 17. dringentesimo septuagesimo octavo.

Nos itaque vestris amicabilibus petitionibus annuentes, una cum prefato Petro Almadi de Machkas homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Matheum sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum beati Anthonii
jan. 19. confessoris novissime preteritum in comitatu Thordensi simul procedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus, quibus decuisset et licuisset, palam et occulte diligenti inquisitione prehabita talem de premissis comperissent certitudinis veritatem, quod omnia premissa et quevis premissorum singula, dempto certo numero predictorum florenorum auri, sic acta,

facta et perpetrata fore rescivissent, prout vobis dictum exstitit et quemadmodum tenor literarum vestrarum per omnia contineret predictarum. Qua quidem inquisitione facta ipsi sequenti die ad possessionem Swk pariter accessissent, ibique prefatam dominam Justinam in portione sua possessionaria in eadem possessione Swk habita contra prefatos Thomam et Iohannem Erdeli et alios prescriptos ad predictas octavas festi Nativitatis beati Iohannis baptiste nunc affuturas vestram evocassent in presentiam rationem de premissis reddituram efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuantes ibidem eidem, ut sive ipsa octavis in predictis coram vobis compareat, sive non, vos ad partis comparentis instantiam id facietis in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum quarto die diei inquisitionis, evocationis et insinuationis prenotatarum, anno domini supra dicto.

jan. 20.

jul. 1.

1478.
jan. 23

Kivűl: Vicevayvode Transsilvano pro nobili Thoma filio Stephani Erdely de Somkerek et aliis intra scriptis, contra generosam dominam Justinam, relictam condam Ladislai Pangracz de Solna ad octavas festi Nativitatis beati Iohannis baptiste inquisitionis, evocationis et insinuationis relatio.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét maradványaival, *5068.*

XCIV.

(Budán) 1478. aug. 4.

A budai káptalan jelenti Mátyás királynak, hogy parancsára muroni Vér Andrást a Keczer Mihály által neki elzálogosított székudvari, mácsai és keczerkutasi birtokrészekbe beiktatta.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. domini nostri gratiosissimi introductorias et statutorias nobis directas reverentia qua decuit recepimus in hec verba:

Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus

nostris capitulo ecclesie Budensis (salutem et gratiam.) Dicitur nobis in persona fidelis nostri egregii Andree Weer de Mwron, quomodo ipse in dominium totalium portionum possessionariarum Michaelis Keczer de Zeekudwar in possessionibus Zeekudwar, Macha et Keczerkutas in comitatu de Zarand existentibus habitarum, ipsum exponentem titulo pignoris concernentium legitime vellet introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus de Somos aut Carolus vel Michael de eadem Somos aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Zeekudwar, Macha et Keczerkutas vocatarum, consequenterque pre tactarum portionum possessionariarum dicti Michaelis possessionibus in eisdem habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Andream Weer in dominium earundem portionum possessionariarum, statuatque easdem eidem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis qui‿uslibet premisso iure impignoratitio eidem incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Andream Weer nostram personalem in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proxima post
1478. jul. 6. festum Visitationis beate Marie virginis anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Nos itaque mandatis prefati domini nostri regis in omnibus obedientes uti tenemur, una cum prenominato Petro de Somos homine suo regio nostrum hominem videlicet discretum (virum) Clementem presbyterum, rectorem altaris sancti Andree apostoli in dicta ecclesia nostra fundati ad premissam introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, tandem iidem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt,

quod ipsi feria secunda proxima ante festum beate Marie jul. 20.
Magdalene proxime preteritum ad facies dictarum possessionum Zeekudwar, Macha et Keczerkutas vocatarum, consequenterque pre tactarum portionum possessionariarum dicti Michaelis possessionibus in eisdem habitarum accedendo, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presertim nobilibus Mathia de Nadas, Iohanne de Zelend, Nicolao de Erdewhegh, Bartholomeo de Soklo, Iohanne et Luca de eadem Soklo ac Michaele Keczer de Zeekudwar presentibus prefatum Andream Weer in dominium earundem portionum possessionariarum introduxissent, easdemque eidem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure impignoratitio eidem incumbenti possidendas, nullo contradictore apparente, statuissent diebus legitimis et horis in faciebus earundem permanendo. In cuius rei evidentiam presentes literas nostras patentes duximus concedendas. Datum sexto decimo die (diei) introductionis et 1478.
statutionis prenotatarum, anno domini supra dicto. aug. 4.

Az erdélyi káptalannak 1732. apr. 6-án Teleki József, Sándor, Mihály és Ádám részére kelt kiadványában, *8436*. A XVII. század végén kelt másolata az orsz. ltárban *Dl. 37,013. fol. 159.*

XCV.

Budán, 1478. aug. 14.

Mátyás király a Suki Mihálytól hütlensége miatt elvett s monoszlai Csupor Miklós erdélyi vajdának adományozott, ennek halála után pedig egy bizonyos összegben szentmiklósi Pongrácz László özvegyének inscribált gernyeszegi vár és tartozékai miatt indítandó perben az özvegyet minden forum bíráskodása alól kiveszi és a pert a personalis elé utasítja.

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod quia nos fidelem nostram generosam dominam Justinam, relictam condam Ladislai Pangracz de Sancto Nicolao in dominio castri Gyernyezegh ac possessionum et portionum possessionariarum condam Michaelis de

Swk per notam infidelitatis eiusdem Michaelis magnifico condam Nicolao Chwpor de Monozlo donatorum et per defectum seminis eiusdem condam Nicolai iterum ad maiestatem nostram devolutorum, quod et quas nos eidem domine Justine mediantibus aliis literis nostris pro certa summa pecuniarum inscripsimus, prout et quemadmodum in eisdem literis nostris inscriptionalibus promisimus, defendere et conservare tenemur, ob hoc nos accepta supplicatione eiusdem domine Justine maiestati nostre propterea facta eandem ab omni iudicio et iudicatu, ac quavis potestate et iurisdictione quorumlibet iudicum et iustitiariorum regni nostri Hungarie predicti, ac vayvodarum et vicevayvodarum partium eiusdem regni nostri Transsilvanarum ratione predicti castri ac pertinentiarum eiusdem, bonorumque et possessionum prefati condam Michaelis de Swk duximus eximendam et supportandam, imo eximimus et supportamus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis iudicibus et iustitiariis dicti regni nostri ac vayvodis vel vicevayvodis dictarum partium regni nostri Transsilvanarum pro tempore constitutis presentes visuris harum serie firmiter mandamus, quatinus a modo (in posterum) prefatam dominam Justinam ratione prescripti castri ac pertinentiarum eiusdem, necnon bonorum et possessionum prefati Michaelis de Swk ad quorumvis instantiam iudicare vel vestro astare iudicatui compellere nullatenus presumatis; si qui vero quicquam actionis vel questionis contra prefatam dominam Justinam ratione prescripti castri ac bonorum predictorum se habere pretendunt, hi id coram nostra personali presentia iuridice prosequantur, ex parte cuius omni contra eam querulanti eadem nostra personalis presentia iudicium et iustitiam amministrabit, prout dictabit ordo iuris; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude,
1478. in vigilia festi Assumptionis beate Marie virginis anno do-
aug. 14. mini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vicesimo primo, Bohemie vero decimo.

Kendi Antal alvajdának 1479. jan. 26-ikán kelt átíratában, hátrább.

XCVI.

Tordán, 1479. jan 26.

Kendi Antal erdélyi alvajda jelenti Mátyás királynak, hogy parancsára a somkereki Erdélyi István fiai és leányai által a gernyeszegi kastélyból és tartozékaiból őket illető rész végett zsolnai Pongrácz László özvegye, most Suki Pálné, Justina asszony ellen indított pert a personalis elébe terjesztette.

Serenissimo principi et domino Mathie dei gratia Hungarie, Bohemie etc. regi domino suo gratiosissimo Anthonius de Kend vicevayvoda Transsilvanus servitium cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, quod Andreas de Zylkerek pro Thoma, Iohanne ac Martino filiis, necnon nobilibus domina Jwthka consorte Gregorii de Bethlen ac puellis Anna, Potentiana, Clara et Magdalena filiabus Stephani Erdely de Somkerek cum procuratoriis literis nostris, iuxta continentiam literarum conventus de Closmonostra evocatoriarum et insinuatoriarum in octavis festi Nativitatis beati Iohannis baptiste proxime preteriti in figura nostri iudicii comparendo, (1478.) jul. 1. contra generosam dominam Justinam, relictam condam Ladislai Pangracz de Solna proposuerat eo modo, quod licet alias serenitas vestra universa iura possessionaria prefati Stephani Erdely patris dictorum actorum ubilibet habita pro quibusdam excessibus eiusdem manibus suis regiis occupari faciendo, inter alia totales portiones possessionarias dicti Stephani Erdely in castello Gyernyezeg appellato ac possessionibus ad idem castellum pertinentibus in Thordensi et etiam aliis comitatibus existentes habitas ipsum Stephanum Erdely genitorem iam fatorum actorum concernentes magnifico condam Nicolao Chwpor de Monozlo alias vayvode Transsilvano et comiti siculorum contulerit, tamen idem Nicolaus Chwpor de Monozlo vayvoda non portiones possessionarias prefati Stephani Erdely proprias in dicto castello et possessionibus ad idem pertinentibus habitas dumtaxat, sed etiam totales portiones possessionarias prefatorum actorum in eodem castello et suis pertinentiis existentes ipsos tangentes, nullis excessibus eorundem actorum meritoriis amissas, nomine bonorum

propriorum dicti Stephani Erdely patris ipsorum actorum, contra antiquam regni consuetudinem, vigore pre tacte regie donationis pro se ipso minus iuste et indebite occupasset et occupatas vita sibi durante tenuisset; tandem ipso Nicolao Chwpor decedente, per mortem eiusdem generosa domina Justina, relicta condam Ladislai Pangracz de Solna, prenarratas portiones possessionarias et iura possessionaria antefati Stephani Erdely per ipsum condam Nicolaum Chwpor in dicto castello et suis pertinentiis possessas eandem vestram serenitatem sibi donasse referendo, easdem totales portiones et iura possessionaria sepe fatorum actorum in sepe dicto castello Gyernyezeg et possessionibus ad idem spectantibus habitas, simul cum portionibus antelati Stephani Erdely patris eorundem actorum, absque omni via iuris pro se ipsa usurpari et occupari fecisset, occupatasque teneret et conservaret, ac eisdem uteretur etiam ad presens, in quibus prefata domina Justina annotatis actoribus tria millia florenorum auri dampna intulisset potentia mediante, in preiudicium eorundem actorum valde magnum, et hec sic facta fore exhibitione unius litere inquisitorie dicti conventus de Closmonostra ad amicabilem literatoriam petitionem nostram nobis rescripte comprobando, ex parte memorate domine in causam attracte per nos iuris equitatem postularat elargiri. Quo audito Emericus Lewkus de Hederfaya pro prefata domina Justina in causam attracta similiter cum procuratoriis literis nostris in nostram exsurgendo presentiam responderat tali modo, quod verum foret, quod prefata domina in dominio dicti castelli ac portionum possessionariarum prescriptarum foret, easdem tamen non occupative, sed ex donatione legitima vestre serenitatis teneret et superinde literas haberet efficaces pro sui parte confectas, quas non ad presens, sed in termino ulteriori per nos dando coram nobis producere prompta esset et parata. Unde nos his perceptis iudicantes commiseramus eo modo, ut prelibata domina in causam attracta vel suus procurator legitimus universas literas et literalia instrumenta, si quas et que super facto prescriptarum portionum ipsorum actorum in dictis castello et suis pertinentiis habitarum pro se habet
oct. 6. legitime confectas et emanata, in octavis festi beati Michaelis

archangeli tunc venturis coram nobis producere et exhibere deberet et teneretur, ut his visis iudicium et iustitiam facere valeremus inter partes in premissis dictante iuris equitate.*) Et ab eisdem octavis dum ipsa instrumentalis exhibitio nostrarum literarum seriebus octavas presentes festi Epiphaniarum Domini dilative attigisset, prefatus Andreas de Zylkerek legitimus procurator dictorum actorum nostram veniendo in presentiam prescriptas literas per prefatam dominam Justinam in causam attractam exhibere assumptas per eandem producere postulasset coram nobis, mox Benedictus literatus de Zengyel legitimus procurator ipsius domine Justine in causam attracte in eandem nostram exsurgendo presentiam allegavit, quod licet in persona ipsius domine sue prescripte litere super premissis exhibere debere assumpte fuerint, tamen expost eadem domina Justina simul cum suis bonis a iudicatu et iurisdictione vayvodali et etiam aliorum iudicum regni exempta haberetur, soliusque personalis presentie vestre regie maiestatis iudicatui per vestram serenitatem foret reservata, quamobrem premissas literas in persona ipsius domine sue exhibere nollet, neque teneretur, et in horum verborum suorum comprobationem quasdam literas vestre serenitatis exemptionales gratiosas nostrum produxit in conspectum habentes hunc tenorem: Nos Mathias dei gratia rex Hungarie — — *sat., lásd a király 1478. aug. 14-én kelt oklevelét elébb XCV. sz. alatt.* — Quarum quidem literarum vestre serenitatis tenoribus perlectis mandata serenitatis vestre formidantes prefatam dominam Justinam ad exhibitionem dictarum literarum super premissis exhibere assumptarum compellere non presumpsimus, neque ulteriorem processum causa in eadem facere, sed causam prenarratam iuxta mandata serenitatis vestre per prelibatos filios et filias annotati Stephani Erdely actores prosequendam statu in quo nunc existit in dictam personalem presentiam vestre maiestatis adiudicandam per eandem et

(1479.) jan. 13.

---

*) Megvan Kendi Antal alvajdának 1478. *Thorde, undecimo die octavarum festi Nativitatis beati Iohannis baptiste predictarum* (jul. 11.) ezt a pert szent Mihály napja nyolczadára elhalasztó levele is, melynek tartalma mutatis mutandis a királynak szóló jelentés eddig terjedő részével szóról szóra egyező. — Eredetije papíron, *7407.*

maj. 1. decidendam, finaliterque determinandam ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas legitime perdurandas duximus transmittendam. Datum Thorde, quarto decimo die octa-
1479. jan. 26. varum festi Epiphaniarum Domini predictarum anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Kivűl: In personalem presentiam regie maiestatis, pro Thoma filio Stephani Erdely de Somkerek et aliis intra scriptis contra generosam dominam Justinam alias relictam condam Ladislai Pangracz de Sancto Nicolao, nunc vero consortem egregii Pauli de Swk ad octavas festi beati Georgii martyris legitime perdurandas transmissionalis.

Eredetije papíron, záró viaszpecsét nyomaival, *5072.*

XCVII.

(Kolosmonostoron) 1481. jun. 18.

A kolosmonostori convent előtt horogszegi Szilágyi Justina asszony torda-, doboka- és kolosvármegyei birtokait férjének örökbe vallja.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore Quoniam ea, que in tempore peraguntur, ne simul labentur cum tempore, provida hominum ratio adinvenit patrocinio literarum commendare. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Iohannes filius Stephani Erdely de Somkerek ab una, parte siquidem ex altera nobilis domina Justina vocata, consors scilicet eiusdem Iohannis coram nobis personaliter constituti memorata domina Justina vive vocis oraculo spontaneaque sua voluntate confessa exstitit in hunc modum, quod ipsa matura deliberatione in se prehabita castellum Gernyezeg simul cum possessionibus Sarpathak, Kerthwelkapw, Vnoka ac portiones possessionarias in possessionibus Sarumberek, Gernyezeg, Illye, Chanad, Zederyes, Zenthywan, Farago, Rych, Nema, Dethreh, Menthzenth, Kok, Bewl, Mezewzengyel, Dathos, Gerebenyes in Thorda ac Zylwas, Thomb, Thwson, Welker, Mehes in Colos, necnon Sombor,

Dewecher in Doboka comitatibus, item Azzonfalwa, utramque Kalyan, Vyssa et utramque Sarmas possessiones portionesque possessionarias in possessionibus Swk, Bare, Zowath et Kewthelen in dicto comitatu de Colos existentibus habitas eandem dominam Justinam iure hereditario concernentes cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, pratis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis molendinorumque locis sub suis veris metis et antiquis limitibus ac generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus iure ad idem castellum et easdem possessiones portionesque possessionarias spectantibus et pertinere debentibus prefato Iohanni Erdely domino et marito suo iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas dedisset, tradidisset et contulisset, imo dedit, tradidit et contulit coram nobis, tali modo, quod si aliqua partium prescriptarum ab hoc seculo decedere contigerit, extunc predictum castellum ac possessiones, necnon portiones possessionarie in alteram partem superviventem revolvi et redundari debeat, vel si utraque pars predicta ab hoc ergastulo seculo absque heredum solatio similiter decedere contigerit, extunc prenominatum castellum, necnon possessiones ac portiones possessionarie in Thomam et Martinum fratres scilicet eiusdem Iohannis Erdely carnales eosdemque successores et posteritates universos consimiliter iure perpetuo revolvi et condescendi debeant et valeant. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima ante festum Nativitatis beati Iohannis baptiste, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo. 1481. jun. 18.

Eredetije hártyán, melynek alsó része leszakadt, *7314.* Megvan még a kolosmonostori conventnek 1554. *in vigilia beatissimae Mariae virginis videlicet Assumptionis* (aug. 14.) az Erdélyi Miklós, Kolosvár város bírájának és esküttjeinek pedig mint a kolosmonostori convent levéltára conservatorainak 1570. *feria tertia, in die beatae Petronellae virginis* (maj. 31.) az Erdélyi Gergely részére kelt átíratában, *5067.* és *5102.* Fogalmazványa az orsz. ltárban *Dl. 26,915.*

XCVIII.

(Kolosmonostoron) 1481. jun. 18.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi Jánosné Justina asszony torda-, kolos- és dobokavármegyei birtokait férjének, mindkettőjök magtalan halála esetén pedig 28,000 arany forintért férje testvéreinek, Tamásnak és Mártonnak zálogba vallja.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Iohannes filius egregii Stephani Erdely de Somkerek ab una parte siquidem ex altera nobilis domina Justina vocata, consors scilicet eiusdem Iohannis coram nobis personaliter constituti memorata domina Justina vive vocis oraculo spontaneaque sua voluntate confessa exstitit in hunc modum, qualiter ipsa matura deliberatione in se (pre)habita castellum Gernyezeg simul cum possessionibus Sarpathak, Kerthwelkapw, Vnoka ac portiones possessionarias in possessionibus Sarumberek, Gernyezeg, Illye, Chanad, Zederyes, Zenthywan, Farago, Rych, Nema, Dethreh, Menthzenth, Kok, Bewl, Mezewzengyel, Dathos, Gerebenyes in Thorda ac Zylwas, Thomb, Thwson, Welker, Mehes in Colos, necnon Sombor, Dewecher in Doboka comitatibus, item Azzonfalwa, utramque Kalyan, Vyssa et utramque Sarmas possessiones portionesque possessionarias in possessionibus Swk, Bare, Zowath et Kewthelen in dicto comitatu de Colos existentibus habitas, eandem dominam Justinam iure hereditario concernentes cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, pratis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis molendinorumque locis sub suis veris metis et antiquis limitibus, ac generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus iure ad idem castellum et easdem possessiones, portionesque possessionarias spectantibus et pertinere debentibus prefato Io-

hanni Erdely * domino et marito suo, per mortem vero et decessum ipsarum partium absque sobolum solatio Thome et Martino, fratribus videlicet eiusdem Iohannis Erdely carnalibus eorumque successoribus et posteritatibus universis pro viginti et octo millibus florenorum auri puri hungaricalium pignori obligasset et ascripsisset, imo obligavit et asscripsit coram nobis tali modo, quod si temporum in processu aliquispiam fratrum et consanguineorum prefate domine Justine prenominatum castellum, possessiones portionesque possessionarias ab eisdem redimere aut rehabere vellet quoquomodo, extunc persolutis eisdem prius et depositis prescriptis viginti et octo millibus florenorum similiter auri puri hungaricalium redimere valeat atque possit. In cuius rei memoriam etc. * Datum feria secunda proxima ante festum Nativitatis beati Iohannis baptiste, anno domini Millesimo quadringente- 1481. jun. 18.
simo octuagesimo primo.

A convent requisitorainak 1680. sept. 29-én a Barcsai Mihály, I. Apaffi Mihálynak pedig 1681. mart. 11-én a Teleki Mihály részére kelt kiadványában, *7303.* és *5135.* A *—* közt való rész fogalmazványa az orsz. ltárban *Dl. 26,915.*

XCIX.

Csögőn, 1481. dec. 18.

Zalai László Farkas Tamásnak és Miklósnak a zálogban birt belsőszolnokvármegyei Csépán és Prezlop felét visszaadja.

Nos Ladislaus de Zala memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos directam et equalem medietatem possessionis Chepan et Prezlop in comitatu Zolnock interiori existentis *) habitas ab egregiis Thoma et Nicolao iuniori Farkas pignoris titulo pro quadraginta et octo florenis tenere et possidere habuissemus, quas quidem portiones prescriptas iidem ipsi a nobili et egregio Stephano Erdeli de Sumkereck habuissent, haberentque

*) Így, helyesen *directas et equales medietates possessionum Chepan et Prezlop in comitatu Zolnock interiori existentium* lenne.

et pro presenti pignoris titulo in numero florenorum prescriptorum possidere, eosdem prescriptos quadraginta et octo florenos iidem ipsi egregii Thomas et Nicolaus restituentes et manibus nostris assignantes, prescriptasque portiones possessionarias manibus eorundem egregiorum dedimus et assignavimus omni sine dampno et defectu aliquali. In cuius rei testimonium stabilitatemque perpetuam presentes literas nostras proprio sigillo nostro *) fecimus appensione communiri. Datum in Chewgew, feria tertia proxima post festum beate
1481. dec. 18. Lucie virginis anno domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo primo.

Kivűl: Expeditoria.

Eredetije papíron, alján zöld viaszpecsét maradványával, *7356.*

C.

Budán, 1482. jun. 5.

Guti Ország Mihály nádor előtt varsányi Dancs Lőrincz ügyvéd a gerlai Ábrahámfi Sebestyén és Péter békésvármegyei tarcsai és edelesi birtokrészét nyolcz arany forintért muroni Vér Andrásnak zálogba veti.

Nos Michael Orzagh de Gwth regni Hungarie palatinus (et) iudex comanorum memorie commendamus, quod Laurentius Danch de Wassan pro egregio Sebastiano et Petro Abranfy de Gerla cum procuratoriis literis iudicis curie regie coram nobis personaliter constitutus confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam ipsorum Sebastiani et Petri Abranfy de Gerla necessitatibus ipsos ad presens summe urgentibus evitandis totales portiones ipsorum possessionarias in possessionibus Tarcha et Edeles vocatis in comitatu de Bekes existentibus habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, vineis vinearumque promontoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis et generaliter quarumlibet utilitatum earundem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de

*) Így, helyesen *proprii sigilli nostri* lenne.

iure spectantibus et pertinere debentibus egregio Andree Weer de Mwron pro octo florenis auri puri ut dixit ab eodem plene habitis et receptis pignori duxisset obligando, imo obligavit et impignoravit coram nobis, tali modo, ut dum et quando eisdem Sebastiano et Petro Abranfy facultas redimendi suppeteret, extunc prefatus Andreas Weer, rehabitis prius dictis suis pecuniis, easdem portiones possessionarias in dictis possessionibus habitas eisdem Sebastiano et Petro Abranfy pacifice et quiete remittere et resignare debeat et teneatur, assumens nihilominus prefatus Laurentius Danch annotatum Andream Weer virtute procuratoria prenotata in pacifico dominio prescriptarum portionum possessionariarum utilitatumque earundem predictarum contra quoslibet causidicos, impetitores, actores tueri, protegere, defensare propriis ipsorum laboribus et expensis vigore et testimonio presentium mediante. Datum Bude, in vigilia festi sacratissimi Corporis Christi anno eiusdem Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. 1482. jun. 5.

Coram Sarkezy.

Az erdélyi káptalannak 1732. apr. 6-án Teleki József, Sándor, Mihály és Ádám részére kelt kiadványában, *8436.* A XVII. század végéről való másolata az orsz. ltárban *Dl. 37,013. fol. 121—122.*

Kiadta *Haan,* Békésvármegye hajdana II. 101.

CI.

(Gyulafehérváron) 1482. jun. 26.

Az erdélyi káptalan jelenti Báthori István vajdának, hogy Erdélyi Istvánnak Suki Jánostól, nejétől és leányától szenvedett meggyaláztatása s a jobbágyain elkövetett hatalmaskodások ügyében vizsgálatot tartott.

Magnifico domino comiti Stephano de Bathor vayvode Transsilvano, necnon iudici curie serenissimi principis et domini domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Coruatie *(így)* etc. domino et amico eorum honorando capitulum ecclesie Albensis Transsilvane amicitiam paratam cum honore. Noverit eadem vestra magnificentia, nos literas

vestras inquisitorias nobis preceptorie loquentes et directas honore quo decuit recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Albensis (Transsilvane) comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus, necnon iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Coruatie etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis egregiorum Stephani Erdely de Somkerek ac Iohannis filii eiusdem et domine Justina vocate consortis eiusdem Iohannis, quod cum circa
mart. 25. festum Annunciationis virginis gloriose proxime preteritum iidem exponentes quendam Simonem familiarem ipsorum una cum certis aliis familiaribus et iobagionibus eorum in expediendis certis rebus et negotiis eorundem ad possessionem Zenth Miklos vocatam transmisissent, et dum idem Simon per medium possessionis Swk in comitatu de Kolos existentis habite ire et in libera via proficisci habuisset, tunc certi iobagiones nobilis Iohannis de eadem Swk de speciali commissione eiusdem voluntateque et consilio nobilis domine Katherine consortis et Ursule filie eiusdem Iohannis eidem Simoni mortis minas imposuissent, asserentes eundem mori debere; tandem vero dum idem Simon expeditis rebus et facto dictorum exponentium dominorum scilicet suorum de eadem Zenthmyklos erga domum et curiam eorundem exponentium in eadem Swk comitatu in predicto existentes habitas redire habuisset, et cum ad eandem possessionem Swk pervenisset, tunc idem Iohannes de Swk de speciali consilio et voluntate nobilium Ambrosii Porkolab de Somdokhaza, Valentini et Georgii de Hozywazo missis et destinatis dicta domina Katherina consorte et Ursula filia suis simul cum iobagionibus eiusdem, puta Valentino Zekel, Gallo Thoth, Valentino Kws, Michaele Magyar, Thoma Papfalwy, Alberto Hunyadi, Matheo Thar, Clemente Fysthes, Anthonio, Paulo, Benedicto Nagh, Michaele Monyo, altero Michaele Molnar, Iohanne Kanthor, Georgio Kws, Blasio Thoth, Demetrio Cantor, Anthonio Thoth, Thoma Damyan, Ladislao similiter Damyan, Dominico Somogy, Stephano Kws, Iohanne Kwthos, Stephano Kws, Gregorio Warga, Fabiano Boza, Blasio similiter Boza, altero Blasio Molnar, Benedicto Bonyo, Mathia Rwbondy,

Andrea Zantho, Thoma Zeep, Iohanne Papfalwy, altero Iohanne Thoth, Michaele Zowathy, Elia Wysay, * Petro similiter Wysay, Blasio Janosy, Michaele Zeeky, altero Michaele Zaas, Alberto Hwnyadi, Ladislao Vysay *, Michaele Zowathy et Stephano Repas in Magyar Swk, necnon Kerestyen, Nicolao Nagh, altero Nicolao Rwmon, Iohanne Feyer, altero Iohanne Goya, Michaele Hawa, Thoma ac Petro Pathay, Stephano Medwes, Michaele Goya, Iohanne Thoth, Stephano Feleky, Blasio, Iohanne Fodor, altero Iohanne Kenez, Demetrio similiter Kenez, Petro Santha, Nicolao Fekete, Thoma Repas et Nicolao Mele in Olach Swk commorantibus armatis et potentiariis manibus in eundem Simonem sibique in eadem Swk in pluribus locis viam obsidere faciendo, ubi eundem trium sagittarum ictibus sagittari et vulnerare fecissent, tandemque usque ad dictam curiam eorundem exponentium ut dicitur in eadem Swk habitam eundem insecuti fuissent, ubi nonnullos ex familiaribus eorundem exponentium lethalibus vulneribus sauciari ipsum vero Simonem nece miserabili interimere fecisset potentia mediante; nec eo contentus tempore in eodem, dum videlicet prefatus Iohannes exponens ad ecclesiam parochialem in eadem Swk habitam ad audienda divina accessisset, tunc eadem domina Katherina consors prefati Iohannis eundem Iohannem verbis inhonestis et illicitis affecisset mortis minas eidem imponendo, imo eadem morte, qua dictus Simon interfectus fuisset, eundem Iohannem exponentem mori debere comminata fuisset potentia mediante, que premissa idem exponens pro mille florenis auri pati non voluisset; ceterum circa festum Penthecostes proxime preteritum, dum videlicet quidam maj. 26.
iobagiones ipsorum exponentium in eadem Swk commorantes pecudes et pecora ipsorum Iohannis Swky ac domine Katherine consortis et Ursule filie eiusdem de fenetis ac pratis prohibitis dampna inferentes impellere habuissent, tunc iidem iobagiones ipsorum Iohannis Swky ac consortis et filie eiusdem armatis et potentiariis manibus in eosdem iobagiones ipsorum exponentium [irr]uissent eosdemque securium ictibus proiecissent et pecora ac pecudes eorum in eisdem pratis

*) A *—* közzé tett hely más kéztől való lapszéli betoldás.

et fenetis eorum custodire et pascere fecissent potentia mediante in preiudicium ipsorum exponentium et dampnum valde magnum. Super quo vestras amicitias presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Paulus aut Stephanus vel Gregorius Gerewfy de Zamosfalwa sive Paulus de Gerghfalwa, nam Iohannes de [K]orpad aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nobis suo modo rescribatis. Datum in Segeswar, feria quarta proxima post festum
1482. jun. 12. beati Barnabe apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo secundo.

Unde nos amicabilibus petitionibus eiusdem vestre magnificentie satisfacere volentes, una cum prefato Gregorio Gerewfy homine vestre magnificentie nostrum hominem videlicet discretum Martinum presbyterum, capellanum venerabilis domini Iohannis archidiaconi de Thylegd ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retu-
jun. 24. lerunt eo modo, quod ipsi in festo beati Iohannis baptiste proxime transacto in dicto comitatu de Kolos simul procedentes ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus eiusdem comitatus hominibus palam et occulte diligenter inquirendo de premissis meram experti fuissent certitudinis veritatem, sic et suo modo videlicet omnia fuisse et esse, quemadmodum vestre magnificentie dictum exstitisset, tenorque literarum vestrarum per omnia contine-
1482. jun. 26. ret predictarum. Datum tertio die inquisitionis prenotate, anno domini supra dicto.

Lecta per Iohannem archidiaconum
de Thy(legd.)

Kivűl: Domino vayvode Transsilvano pro egregiis Stephano Erdeli de Somkerek ac Iohanne filio eiusdem et domina Justina consorte eiusdem Iohannis inquisitionis relatio.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival, *7355.*

CII.

Vásárhelyen, 1482. jul. 16.

Báthori István erdélyi vajda előtt Sombori Péter Erdélyi Jánosnak, miután a Sombori Gergely által monoszlai Csupor Miklós vajdának elzálogosított, majd visszaváltott s végűl valamiképpen az ő kezére került szász-zsombori birtokrészt visszaadta, menedéket vall.

Nos comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus, necnon iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. et comes siculorum memorie commendamus, quod Petrus de Sombor coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quod quia Iohannes Erdely de Somkerek sibi illam portionem possessionariam in possessione Zazsombor dicta in comitatu de Doboka existenti habitam, quam scilicet alias condam Gregorius de prefata Sombor, pater dicti Petri, magnifico condam Nicolao Chwpor de Monozlo alias similiter vayvode Transsilvano pro certa sumpma pecuniarum impignorasset, expostquam idem Petrus filius ipsius Gregorii dictam portionem possessionariam ab eodem condam Nicolao Chwpor ad se redemisset, que scilicet portio possessionaria in iam fata possessione Zazsombor habita tandem ad manus prefati Iohannis Erdely quodammodo deventa exstitisset, plene et effective remisisset et resignasset, ob hoc idem Petrus de dicta Sombor eundem Iohannem Erdely de et super occupatione, detentione et conservatione eiusdem portionis possessionarie quitum, expeditum et modis omnibus absolutum reddidisset et commisisset, imo reddidit et commisit coram nobis testimonio presentium mediante. Datum in oppido Wasarhel, feria tertia proxima post festum Divisionis apostolorum anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. 1482. jul. 16.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7354*.

CIII.

(Kolosmonostoron) 1482. aug. 27.

A kolosmonostori convent jelenti Báthori István vajdának, hogy parancsára a Kereszturi György, János és Simon birtokának, a dobokavármegyei Kereszturnak Szentandrás felől való határát megjárta s a megnevezetteket annak birtokába ellenmondás nélkül beiktatta.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici comitis Stephani de Bathor vayvode Transsilvanensis, necnon iudicis curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia Hungarie, Bohemie etc. regis reambulatorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus ac iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. et comes siculorum amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Georgii, Iohannis et Simonis de Kerezthwr, quomodo possessio ipsorum Kerezthwr predicta in comitatu de Doboka existens a parte possessionis Zenth Andras vocate legitima reambulatione et metarum erectione plurimum indigeret. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus de Zylwas aut Iohannes Theremy de Balasfalwa, sin Paulus de Nyres seu Andreas de Bala, sive Ladislaus Karoly de Zenthmyklos neve Stephanus Was de Czege aliis absentibus homo noster ad faciem prescripte possessionis Kerezthwr vocate dictorum exponentium, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo reambulet eandem a parte dicte possessionis Zenth Andras per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque

et ab eadem possessione metaliter separatam et distinctam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet statuat et committat prefatis exponentibus iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem nostram in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi possessionarie reambulationis, metarum erectionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulationi et metarum erectioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, nobis amicabiliter rescribatis. Datum in oppido
Wasarhel, in festo beate Margarethe virginis et martyris anno 1482. jul. 13.
domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Nos itaque amicabilibus petitionibus prefati comitis Stephani de Bathor gratum prebentes consensum, una cum prefato Iohanne Theremy de Balasfalwa homine suo nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Iohannem sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobisque uniformiter retulerunt, quod
ipsi feria secunda proxima post festum beati Laurentii mar- aug. 12.
tyris proxime preteritum et aliis diebus ad id aptis ad faciem prescripte possessionis Kerezthwr vocate in dicto comitatu de Doboka existentis dictorum Georgii, Iohannis et Simonis de dicta Kerezthwr, vicinis et commetaneis, puta Ladislao Karoly de Zenth Myklos, Adam de Dewecher, Francisco de eadem, Michaele Theremy, Ladislao sive Paulo similiter Theremy de Balasfalwa, item Iohanne Fychyor de Kenthelke in persona reverendi domini Iohannis episcopi ecclesie Varadiensis, Simone de Zaz Berethe *) in persona egregii Stephani Erdely de Somkerek aliisque quampluribus nobilibus inibi legitime convocatis et presentibus accessissent metasque eiusdem possessionis Kerezthwr a parte dicte possessionis Zenth Andras per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis

*) Talán így, az átíratban olvasható *Zaz Berke* helyett.

necessariis erigendo, prima namque meta incipit circa quoddam rivulum, ubi iuxta unam metam antiquam novam metam erexissent, in quo fluvio infra ad fluvium Sayo vocatum descendendo ac de ipso fluvio exeundo circa antiquam metam similiter novam metam erexissent, quarum una separat predicte possessioni Kerezthwr, secunda vero ville Zenth Andras, deinde inter quasdam terras arabiles versus partem orientalem egrediendo circa quandam metam antiquam similiter novam metam, abhinc per modicum spatium transeundo circa quendam rivulum unam metam novam erexissent, post hec ipso rivulo transito in fine cuiusdam terre arabilis unam metam novam erexissent, dehinc ad quendam parvum monticulum perveniendo circa duas metas antiquas unam metam erexissent, deinde ad quendam montem vinearum ascendendo circa unam metam antiquam novam erexissent, quarum una separat dicte possessioni Kerezthwr, secunda vero ville Zenth Andras, abhinc per virgultum rufum infra flectendo transito capite seu ordine rivuli Sospathakfew vocati unam metam novam iuxta antiquam erexissent, predictam possessionem Kerezthwr et villam Zenth Andras separantes renovassent, ibique reambulationes, consignationes et erectiones metarum predictarum possessionum Kerezthwr et Zenth Andras terminassent, metaliterque separatam et distinctam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet statuissent et commisissent prefatis Georgio, Iohanni et Simoni iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente, legitimis et sufficientibus diebus inibi permanendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus conce-
1482. dendas. Datum decimo sexto die diei reambulationis et sta-
aug. 27. tutionis prenotatarum, anno domini supra dicto.

A kolosmonostori convent requisitorainak 1578. *feria quarta proxima post festum beati Martini episcopi* (nov. 12.) a somkereki Erdélyi Gergely részére kelt átíratában, *7538.* A XVI. század derekáról való másolata az orsz. ltárban *Dl. 28,869.*

CIV.

Budán, 1482. nov. 29.

Mátyás király parancsára, hogy Huszt város és Baranya puszta határának megjárására s a városnak a puszta birtokába való beiktatására küldjön bizonyságot, a leleszi convent jelenti, hogy bereznai Tegze Pál királyi ember az ő bizonysága, továbbá Perényi János, Hetényi László és Márton, Kricsfalvi András és Mihály, Bereznai Sandrin és a rozsályi Kún László tisztje jelenlétében Baranyának határát megjárta s abba az Alsószedermező nevű föld kivételével Huszt városát beiktatta.

[Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie] etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Exponitur nobis [in personis] circumspectorum iudicis et iuratorum ceterorumque incolarum oppidi Hwzth, quomodo . . . . . . et predii eiusdem civitatis Baranya vocati ipsam civitatem pleno iure perpetuo concernentis legitime . . . . . . in comitatu Maromarusiensi habitum dempta quadam terra Also Zedermezew vocata . . . . . . eiusdem predii adiaceret, per huiusmodi metarum reambulationem circa ipsum oppidum Hwzth perpetue . . . . vellent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Lazarus (de) Wrmezew aut Andreas de Kerechfalwa, vel Mikola Nemes de Kewesligeth sin Sandrinus seu Paulus Tegze dicti de Berezna aliis absentibus homo noster ad facies dictorum oppidi Hwzth et predii Baranya, vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo reambulet oppidum et predium prenotata per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo ac dictum predium Baranya, dempta predicta terra Also Zedermezew, per huiusmodi metarum reambulationem ad dictum oppidum Hwzth annectendo, reambulatumque et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter separatum prefatis exponentibus relinquat iure eisdem incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra [annotatos] exponentes nostram personalem in presentiam ad terminum competentem

rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec [huiusmodi] metarum reambulationis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum ac contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulationi intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude,
1482. in profesto beati Emerici ducis anno domini Millesimo qua-
nov. 4. dringentesimo octuagesimo secundo.

Nos vero pre insertis preceptis et mandatis prefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum prefato Paulo Tegze de Berezna homine eiusdem domini regis unum ex nobis [videlicet discretum] Thomam presbyterum ad premissa exsequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt,
14. quod ipsi feria quinta proxima ante festum beate Elisabethe [vidue] proxime preteritum ad faciem prescripti predii Baranya, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis ac magnifico Iohanne de Peren, Ladislao et Martino de Hethen, Andrea et Michaele de Krychfalwa, Sandrino de Berezna et officiale Ladislai Kwn de Rosal presentibus accedendo idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio presente idem predium Baranya per suas veras metas et antiquas infra scriptas hoc ordine reambulasset: et primo incepisset in parte meridionali in quodam rivulo, qui Halaspathaka dicitur, in loco, ubi idem rivulus cadit in alium rivulum Zeklenche nuncupatum, inde tendendo ad partem orientalem pervenisset quandam arborem ilicis, in qua quedam imago impressa et innexa haberetur, quam arborem pro meta deputasset . . . . . . ad partem aquilonarem quendam rivulum Nagh Baranya dictum attigisset . . . . . . originem pro meta deputasset ibique terminasset, sicque reambulatum predium Baranya [dempta] terra Also Zedermezew ad prescriptum oppidum Hwzth annectendo ab aliorum iuribus [possessionariis separatum] civibus exponentibus reliquisset iure incumbenti perpetuo possidendum [et habendum] legitimis etiam et consuetis diebus in facie eiusdem moram protrahendo. In cuius rei memoriam perpetuam presentes literas pendentis (et) authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus con-

cedendas. Datum sedecimo die diei exsecutionis prenotate, anno domini supra dicto. 1482. nov. 29.

Kivűl: Fidelibus nostris, conventui ecclesie de Lelez pro circumspectis iudice et iuratis ceterisque incolis oppidi Hwzth reambulatoria.

A leleszi conventnek — *in quantum colligi propter elacerationem eiusdem poterat* — az eredeti hátára írt jelentéssel együtt 1740. aug. 15-én Teleki Sándor, János, Mihály, Ádám, Miklós, László és Sámuel részére kelt kiadványában, *8652.*

CV.

Tordán, 1483. jan. 19.

Báthori István erdélyi vajda megparancsolja a csicsai vár udvarbírájának, hogy a Szerdahelyi Mihály rettegi szolgáit és jobbágyait, a kik somkereki Erdélyi István világosberki, németi és csépáni jobbágyait, rovóknak adván ki magokat, megadóztatták, állítsa Belsőszolnok vármegye legközelebb tartandó törvényszéke elébe.

Comes Stephanus de Bathor iudex curie regie, vayvodaque Transsilvanus et siculorum comes etc. nobili Valentino literato provisori curie castri Chycho favorem. Exponitur nobis in persona egregii Stephani Erdeli de Somkerek, quomodo hiis precedentibus diebus quidam familiares et iobagiones egregii Michaelis de Zerdahel in Rettheg commorantes ad possessiones ipsius exponentis Wyragosberek ac Nemethy et Chepan vocatas accedentes, ibique iobagiones ipsius exponentis eo nomine, quod ipsi dicatores regie maiestatis forent, dicassent et super iobagiones ipsius exponentis certa victualia exigere voluissent, que dum iidem iobagiones dicti exponentis nequitiam illorum agnoscentes ipsa victualia illis dare non voluissent, tunc iidem servitores de Rettheg certos iobagiones ipsius exponentis sagittarum iaculis affecissent in preiudicium prefati exponentis et dampnum valde magnum. Unde quia huiusmodi nefarii actus simpliciter pertransire non debent, idcirco committimus tibi et presentibus firmiter mandamus, quatinus acceptis presentibus omnes illos servi-

tores, quos prefatus exponens tibi dixerit, per quos videlicet factum premissum patratum exstitit, ad sedem iudiciariam comitatus Zolnok interioris, in presentiam scilicet comitum vel vicecomitum et iudicum nobilium et assessorum sedis eiusdem post harum emanationem primitus celebrande importare et statuere debeas, qui quidem comites vel vicecomites et iudices nobilium dicti comitatus factum premissum diligenter revidere et discutere, ac in eo verum iudicium facere debebunt, tandemque si iuri et iustitie videbitur, prefato exponenti ex parte illorum servitorum debite satisfactionis complementum facere et administrare teneantur iure et iustitia mediante; secus igitur non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Thorde, die dominico proximo ante
1483. jan. 19. festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum anno domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo tertio.

Eredetije papíron, alján zöld viaszpecsét töredékeivel, *7352.*

CVI.

(Gyulafehérváron) 1483. jan. 27.

Az erdélyi káptalan jelenti Báthori István országbírónak, hogy parancsára Erdélyi Jánosnét, Justina asszonyt, a Mátyás király által 50,000 forintban neki inscribált torda-, kolos- és dobokavármegyei birtokokba ellenmondás nélkül beiktatta.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris capitulum ecclesie Albensis Transsilvane salutem in salutis largitore. Noveritis, quod nos literas viri magnifici domini comitis Stephani de Bathor iudicis curie serenissimi principis et domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. introductorias et statutorias nobis amicabiliter loquentes et directas recepimus huiusmodi sub tenore:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane comes Stephanus de Bathor iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie,

Dalmatie, Croatie etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona generose domine Justina vocate alias relicte condam Ladislai Pangracz de Sancto Nicolao, nunc vero consortis egregii Iohannis Erdely de Somkerek, quomodo ipsa in dominium castri Gernyezegh, necnon possessionum Sarpathak, Kerthwelkapw, Vnoka ac portionum possessionariarum in possessionibus Sarumberek, Gernyezegh predicta, Illye, Chanad, Zederyes, Zenthywan, Farago, Rych, Nema, Dethre, Myndzenth, Kok, Bewl, Zakal, Mezewzengyel, Zaah, Mehes, Dathos in Thordensi, item Zylwas, Thomb, Thwson, Welker, Gerebenyes in Kolos, necnon Sombor et Dewecher vocatis in Doboka comitatibus existentibus habitarum, aliarumque eiusdem castri Gernyezegh pertinentiarum et utilitatum quarumlibet, insuper universarum possessionum et iurium possessionariorum condam Michaelis de Swk videlicet Azzonfalwa, sed et utriusque Kallyan, Vyssa et utriusque Sarmas, item portionum possessionariarum in possessionibus Swk predicta, Bare, Zowath et Kewthelen vocatis in dicto comitatu de Kolos existentibus habitarum ipsam dominam exponentem ex legitima inscriptione iam fati domini nostri regis titulo pignoris videlicet in quinquaginta millia florenorum auri concernentium legitime vellet introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iacobus de Jara aut Gregorius de eadem, vel Petrus de Zengel sin Franciscus Mykola de Zamosfalwa, seu Thomas sive Stephanus Gerewfy de eadem neve Dominicus Was de Chege, nempe Michael de Fenes nam Demetrius de Gewch, namque Ladislaus Karol de Zenth Myklos aliis absentibus homo regius ad facies predicti castri Gernyezegh ac possessionum et portionum possessionariarum ante dictarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatam dominam exponentem in dominium earundem, statuatque idem et easdem eidem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iuris titulo ipsi incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatam exponentem

regiam in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima post festum beati
1482. nov. 7. Emerici ducis anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

Nos igitur amicabilibus petitionibus ipsius comitis domini Stephani satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Thoma Gewrewfy de Zamosfalwa homine regio in prefatis literis domini comitis nominatim expresso nostrum hominem videlicet discretum Petrum presbyterum, capellanum venerabilis Iacobi de Vyenna artium liberalium et medicine doctor(is), socii et concanonici nostri ad introductionem et statutionem huiusmodi faciendas nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona
(1483.) voce retulerunt eo modo, quod ipsi primum feria tertia pro-
jan. 7. xima post festum Epiphaniarum Domini proxime preteritum ad castrum Gernyezegh, ad facies deinde possessionum Sarpathak, Kerthwelkapw, Vnoka ac portionum possessionariarum in possessionibus Sarumberk, Gernyezegh predicta, Illye, Chanad, Zederyes, Zenthywan, Farago, Rych, Nema, Dethre, Mendzenth, Kok, Bewl, Zakal, Mezewzengel, Zaah, Mehes et Dathos in Thordensi, item Zylwas, Thomb, Thwson, Wel-
jan. 11. ker, Gerebenyes in Kolos, deinde sabbato ad possessionum et iurium possessionariorum universorum quondam Michaelis de Swk videlicet Azzonfalwa, sed et utriusque Kallyan, Vyssa et utriusque Sarmas, item portionum possessionariarum in possessionibus Swk predicta, Bare, Zowath et Kewthelen vocatis in dicto comitatu de Kolos predicta,
jan. 12. ac dominica die videlicet post se se immediate sequenti ad Sombor et Dewecher possessionum videlicet et portionum possessionariarum atque pertinentiarum et utilitatum dicti castri Gernyezegh comitatibus in predictis existentibus habitarum vicinis et commetaneis earundem universis, puta Stephano et Thoma Erdely de Somkerek, Iacobo et Petro de

Jara, Nicolao Horwath de Zenthywan, Alberto Thoroskai de Sarpathak, Gallo de Poka, Iohanne de Swk et Francisco Ban(f)y (de) Bonchyda inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, idem homo regius dicto nostro testimonio presente antefatam dominam Justinam ex prefata inscriptione et titulo antelato ad easdem introduxisset statuissetque easdem eidem premisso iure eidem incumbenti diebus legitimis iuxta huius regni consuetudinem in eisdem commorando, nullo neque tunc, neque postea coram nobis penitus contradictore apparente. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes literas nostras privilegialiter confectas, sigillique maioris et autentici impendentis munimine roboratas eidem domine Justine duximus concedendas. Datum sedecimo ultimo diei prescripti, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, presentibus ibidem venerabilibus dominis Valentino preposito, Gregorio cantore, Michaele 1483.
cüstode, Thoma aliisque canonicis in predicta ecclesia saluberiter existentibus et devote. jan. 27.

Az erdélyi káptalannak Bélai Anna, özvegy gernyeszegi Erdélyi Jánosné és fia Farkas részére 1539. *feria tertia* (helyesen *quarta) in festo beati Gregorii* (hibásan *Georgii) papae* (mart. 12.) kelt átíratában, melyet János Zsigmond 1560. *in festo Nativitatis beati Iohannis baptistae* (jun. 24.) Erdélyi Miklós és Lénárt kérésére ujra átír, *5171.* Megvan még az erdélyi káptalan requisitorainak 1561. *feria tertia proxima ante festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum* (apr. 29.) Gyulai Borbála Nizovszki Szaniszlóné, 1561. *feria quinta proxima ante festum beatorum Viti et Modesti martyrum* (jun. 12.) pedig a Hagymási Kristóf részére kiadott átirataiban, melyeket a requisitorok 1685. apr. 30-án Teleki Mihály részére ujra átírnak, *5196.* A Gyulai Borbála részére kiadott példány megvan az orsz. ltárban is *Dl. 30,328.*

CVII.

(Kolosmonostoron) 1484. maj. 28.

A kolosmonostori convent jelenti Báthori István erdélyi vajdának, hogy arra nézve, valjon Unoka Torda vármegyében vagy Kolosban van-e, s valjon a két Sármás a Veres Benedeké vagy a néhai Suki Mihályé és Benedeké volt-e? — vizsgálatot tartott.

Magnifico viro domino comiti Stephano de Bathor vayvode Transsilvano, necnon iudici curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. domino et amico ipsorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra amicitiam paratam cum honore. Vestra noverit magnificentia, nos literas vestras inquisitorias nobis directas honore quo decuit recipere in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Kolosmonostra comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus, necnon iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. amicitiam paratam cum honore. Exponitur nobis in personis egregii Iohannis filii Stephani Erdely de Somkerek et domine Justine consortis eiusdem, quomodo superioribus diebus nobilis Georgius de Pysky totalem possessionem Wnoka vocatam in Thordensi et utramque Sarmas in de Kolos comitatibus existentes et habitas sibi ipsi a regia maiestate nomine iuris regii impetrasset, prefatamque possessionem Wnoka in comitatu de Kolos esse asseruisset, dictas quoque utramque Sarmas nobilis Benedicti Weres de Farnas prefuisse allegasset, prout id in literis suis donationalibus clare continetur. Cum autem dicta possessio Wnoka in comitatu Thordensi sita sit, prescripteque utraque Sarmas prefati Benedicti Veres unquam fuisse asseruntur, pro eo vestras amicitias presentibus petimus diligenter, quatenus ad congregationem generalem nobilium harum partium Transsilvanarum in festo beati Urbani
maj. 25. pape proxime affuturi Thorde fiendam vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, pro presente Stephanus Gyerewfy vel Paulus similiter Gyerewfy de Zamosfalwa, aut

Ladislaus de Papfalwa sive Laurentius de Chan, neve Lazarus de eadem aliis absentibus homo noster ab omnibus vicinis et commetaneis, nobilibusque comprovincialibus dictarum possessionum cunctisque aliis, quibus decens et opportunum fuerit, in dicta eorum congregatione generali ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi observandam super eo: utrum videlicet dicta possessio Vnoka in de Kolos aut in Thordensi comitatu sit, et an dicte utraque Sarmas prefati Benedicti Veres prefuissent vel ne, inquirere, experiri et rescire debeat omnimodam veritatem, quam tandem nobis vestris in literis suo modo rescribatis. Datum in Koloswar, sabbato proximo ante festum beati Urbani pape anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo 1484. maj. 22.
quarto.

Unde nos premissis petitionibus vestris annuentes ut tenemur, una cum prefato Ladislao de Papfalwa homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Ambrosium sacerdotem, socium nostrum conventualem unum ex nobis ad premissam inquisitionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duxissemus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi feria quarta proxima post dictum festum beati Urbani pape proxime preteritum Thorde in congregatione maj. 26.
generali universitatis nobilium partium regni Transsilvanarum ab omnibus vicinis et commetaneis, nobilibusque comprovincialibus dictarum possessionum cunctisque aliis, quibus decens et opportunum fuisset, diligenter de premissis inquirendo ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi observandam talem scivissent certitudinis veritatem, quod dicta possessio Wnoka in comitatu Thordensi sita esset, et prescripte possessiones utraque Sarmas unquam prefati Benedicti Weres, sed nobilium condam Michaelis et Benedicti de Swk prefuissent. Datum tertio die diei 1484. maj. 28.
inquisitionis prenotate, anno domini supra dicto.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *5667.*

CVIII.

(Kolosmonostoron) 1484. jul. 24.

A kolosmonostori convent előtt patai Dezső Antal a kolosvármegyei Koroghon levő birtokrészét huszonkét arany forintért Baráthi Mihálynak elzálogosítja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod Anthonius Desew de Patha personaliter coram nobis constitutus est confessus in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens sumpme urgentibus evitandis totalem portionem suam possessionariam in possessione Korogh vocata, in comitatu de Colos existentem et habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus et generaliter cunctis utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis de iure ad dictam portionem possessionariam spectantibus et pertinere debentibus egregio Michaeli de Barath pro viginti duobus florenis auri puri hungaricalibus boni, veri et iusti ponderis plene ut dixit ab eodem habitis et levatis pignori obligasset, imo impignoravit coram nobis tali modo, ut dum et quandocunque prefato Anthonio Desew facultas redimendi suppeteret, extunc annotatus Michael de dicta Barath rehabitis prius ab ipso dictos viginti duos florenos auri suis, omnibus rebus *) estimationibus exclusis, pre tactam portionem suam possessionariam simul cum predictis cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eidem pacifice et quiete absque omni litigionario processu remittere debeat et resignare, assumpmendo nichilominus prefatus Anthonius Desew prelibatum Michaelem de prefata Barath in pacifico dominio prescripte portionis possessionarie et suarum utilitatum usque tempus redemptionis eiusdem contra quoslibet causidicos, impetitores et actores propriis suis laboribus et expensis conservare, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in vigilia festi beati Iacobi

*) Hibásan *dictis viginti duobus florenis auri suis, omnium rerum* **helyett.**

apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. 1484. jul. 24.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7774*.

CIX.

Kolosváron, 1486. oct. 19.

Báthori István erdélyi vajda előtt egyfelől Piski György nejével, másfelől Erdélyi János szintén feleségével olyan formán, hogy a kolosvármegyei két Sármás ez utóbbiaké, a tordavármegyei Unoka pedig a Piskiéké legyen, megosztoznak.

Nos comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus siculorumque comes, necnon iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. memorie commendamus per presentes, quod nobiles Georgius de Pysky oneribus nobilis domine Dorothee consortis, aliorumque quorumlibet fratrum et consanguineorum suorum in se levatis ab una, parte vero ab altera Iohannes filius condam Stephani Erdely de Somkerek, idem etiam Iohannes similiter oneribus et quibuslibet gravaminibus nobilis domine Justine consortis et aliorum omnium fratrum et proximorum suorum ad infra scripta observanda in se assumptis coram nobis personaliter constituti sponte confessi sunt in hunc modum, quomodo licet pridem ipse Georgius Pysky totales possessiones utramque Sarmas in de Kolos et Wnoka in Thordensi comitatibus existentes, nunc erga manus eorundem Iohannis Erdely et domine Justine consortis sue habitas a prefato domino nostro rege nove donationis titulo sibi ipsi impetraverit et vigore huiusmodi donationis se ipsum in dominium earundem possessionum per regium et conventus ecclesie de Kolosmonostra homines introduci et eas sibi ipsi statui fecerit, cui quidem introductioni et statutioni prefati Iohannes Erdely et domina Justina consors eiusdem contradixissent, tamen ipse partes matura intra se deliberatione prehabita certorum etiam nobilium inter ipsas partes laborantium ordinationi consentientes et ut eedem partes de cetero in pacis pulchritudine valeant perma-

nere, ad talem pacis et concordie devenissent unionem, imo devenerunt nostra in presentia, tali modo, quod prefatus Iohannes Erdely sua ac dicte domine Justine consortis sue in personis prescriptam possessionem Wnoka simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, fluviis, aquis, piscaturis, molendinis et molendinorum locis, vineis vinearumque promontoriis et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus ad eandem possessionem Wnoka spectantibus et pertinere debentibus prefatis Georgio Pysky ac domine Dorothee consorti eiusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis perpetuasset et dedisset, imo perpetuavit et dedit nostra in presentia; econverso vero ipse Georgius Pysky prefatos Iohannem Erdely ac dictam dominam Justinam consortem eiusdem in pacifico dominio dictarum possessionum utraque Sarmas earundemque pertinentiarum quarumlibet relinquisset et dimisisset, relinquitque et dimisit coram nobis tali obligamine mediante, quod si qua partium in premissa dispositione persistere nollet, aut eam in aliqua parte infringere attemptaverit, vel aliquas lites superinde suscitaverit, extunc talis pars contra partem alteram in premissis persistentem et ea perficientem in estimatione prescriptarum possessionum et insuper in quinquaginta marcis argenti convincatur et convinci debeat eo facto; ad que premissa se eedem partes spontanea earum obligarunt voluntate coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Koloswar, feria quinta proxima
1486. post festum beati Luce euangeliste anno domini Millesimo
oct. 19. quadringentesimo octoagesimo sexto.

Eredetije hártyán, hátán pecsét nyomaival, *5668.*

CX.

Vásárhelyen, 1487. jan. 28.

Báthori István vajda előtt Erdélyi Miklós özvegye, Borbála asszony somkereki Erdélyi Jánosnak, miután ez a férje javaiból őt megillető jegyajándék és hozomány tekintetében teljesen kielégítette, menedéket vall.

Nos comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus, necnon iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. et comes siculorum memorie commendamus, quod generosa domina Barbara relicta condam Nicolai Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constituta est confessa in hunc modum, quod quia egregius Iohannes similiter Erdely de eadem Somkerek de dote et rebus suis parafernalibus de universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis dicti condam Nicolai Erdely, domini et mariti sui ubilibet habitis et existentibus iuxta regni consuetudinem provenire debentibus per dispositionem certorum proborum et nobilium virorum sibi congruam, plenam et omnimodam impendisset satisfactionem, ob hoc ipsa domina Barbara superinde ad plenum contenta prefatum Iohannem Erdely de et super huiusmodi solutione et satisfactione prescriptarum dotis et rerum suarum parafernalium quitum reddidisset et expeditum, imo reddidit et commisit quitum, expeditum et modis omnibus absolutum coram nobis, testimonio presentium mediante. Datum in oppido Wasarhel, die dominico proximo post festum Conversionis beati Pauli apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. 1487. jan. 28.

Coram prothonotario.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7351.*

CXI.

Vásárhelyen, 1487. jan. 28.

Báthori István erdélyi vajda előtt Erdélyi János és az Erdélyi Miklós özvegye, Borbála asszony megegyeznek, hogy leányait Orsolyát, Ilonát és Annát a férje javaiból megillető negyedekben és az apai házban Erdélyi János férjhez menetelökig megtartja, tisztességes kiházasításuk után pedig a negyedek a házzal együtt Erdélyi Jánosra szálljanak.

Nos comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus, necnon iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. et comes siculorum memorie commendamus, quod egregius Iohannes Erdely de Somkerek ab una ac generosa domina Barbara relicta condam egregii Nicolai de dicta Somkerek, fratris utputa patruelis ipsius Iohannis Erdely ab alia partibus, eadem etiam domina Barbara oneribus et quibuslibet gravaminibus nobilium puellarum Ursule, Elene et Anne vocatarum, filiarum ipsius condam Nicolai in se assumptis coram nobis personaliter constituti sunt confessi in hunc modum, quomodo ipse partes in facto iurium quartalitiorum earundem puellarum eisdem de universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis dicti condam Nicolai patris ipsarum puellarum per ipsum Iohannem Erdely iam eisdem extradatorum et sequestratorum per medium nonnullorum proborum et nobilium virorum inter easdem partes pro pace et concordia laborantium taliter inter se concordassent, prout concordarunt coram nobis, quod idem Iohannes Erdely prefatas puellas usque tempus maritationis earum in dictis iuribus quartalitiis ac domo ipsarum paterna quiete tenere et conservare, et dum eedem puelle ad tempus maritationis pervenerint, extunc easdem puellas decenti honore domui earum paterne convenienti traducere, post huiusmodique traductionem pre tacta iura quartalitia cum domo earum paterna iterum in eundem Iohannem Erdely iuxta regni consuetudinem condescendi et derivari, et tandem eedem puelle ipsa iura sua quartalitia ab eodem Iohanne, si voluerint, iuxta regni consuetudinem extra dominium earundem existentes

iuridice requirere valerent atque possint, tali obligaminis vinculo mediante, quod si que partium earundem huic dispositioni contraire ac eandem in toto vel in aliqua sui parte infringere et retractare attemptaret quoquomodo, extunc talis pars contra partem alteram in premissis suo modo persistentem in ducentis florenis auri convincatur et convicta permaneret eo facto; ad que premissa firmiter observanda eedem partes se personalibus eorum astantiis, dicta etiam domina oneribus quarum supra in se assumptis obligaverunt coram nobis testimonio presentium mediante. Datum in oppido Wasarhel, die dominico proximo post festum Conversionis beati 1487.
Pauli apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo octoa- jan. 28.
gesimo septimo.

Coram prothonotario.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival s *Compositio pro quartalitia puellari* egykorú földjegyzéssel, *7404.*

CXII.

Vásárhelyen, 1487. jan. 31.

Báthori István vajda előtt Járai Péter a tordavármegyei Járában két jobbágyát, két jobbágytelkét, halastava felét, négy hold szántót, négy kaszára való helyet és Avas nevű erdejének felét negyven arany forintért Erdélyi Jánosnak, Tamásnak és Mártonnak zálogba veti.

Nos comes Stephanus de Bathor vayvoda Transsilvanus, necnon iudex curie serenissimi principis domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus, quod nobilis Petrus de Jara oneribus Nicolai et Mathei filiorum et aliorum quorumlibet fratrum et consanguineorum suorum ad infra scripta observanda super se assumptis coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam arduis suis necessitatibus ipsum ad presens sumpme urgentibus evitandis duas sessiones suas iobagionales in eadem possessione Jara in comitatu Thordensi existenti habitas, in quarum una Iohannes Sold, in alia Thomas Nagh residentiam facerent specialem, item duo loca sessionum iobagionalium posses-

sione in eadem habita nunc edificiis penitus destituta a parte cuiusdam piscine in eadem possessione sita, item equalem medietatem eiusdem piscine, necnon quatuor iugera terrarum arabilium et quatuor falcastra feneti ac medietatem silve Awas dicte intra metas eiusdem possessionis Jara adiacentium et existentium simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet egregiis Iohanni, Thome et Martino Erdely de Somkerek pro quadraginta florenis auri puri ab eisdem ut dixit iam plene receptis et levatis infra tempus redemptionis earundem pignori obligasset, imo obligavit et impignoravit nostra in presentia tali modo, quod dum et quando sibi dictas sessiones iobagion(al)es, loca sessionum, piscinam, iugera terrarum arabilium, fenetumque et silvam redimendi facultas affuerit, extunc iidem Iohannes, Thomas et Martinus rehabitis prius prescriptis quadraginta florenis easdem eidem Petro remittere et resignare debeant et teneantur, difficultate sine omni; assumpmendo nichilominus se prefatus Petrus dictos Iohannem, Thomam et Martinum in pacifico dominio dictarum sessionum iobagionalium, locorum sessionum, piscine, iugerum terrarum arabilium, feneti et silve infra tempus redemptionis earundem contra quoslibet illegitimos impetitores protegere, tueri et defensare propriis suis laboribus et expensis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in oppido Wasarhel, feria quarta
1487. jan. 31. proxima ante festum Purificationis beate Marie virginis anno domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo septimo.

Eredetije papíron, hátán pecsét maradványaival, *7405.*

CXIII.

Tordán, 1487. dec. 3.

Kerellői János Tordavármegye ispánja és szolgabíró társai a szász-szakáliakot, mivel az Erdélyi János magasmarti két jobbágya ellopott lovainak nyomozását meg nem engedték, elmarasztalják.

Nos Iohannes . . . . ly de Kerelew . . . . de Thvrchan et Gregorius Chegedy de Zenthgergh iud[ices nobilium comitatus Thord]ensis memorie commendamus, quod cum nos una cum nobilibus nostris compro[vincialibus eiusdem co]mitatus feria secunda proxima ante festum sancti Nicolai episcopi et confessoris Thorde [in sede nost]ra iudiciaria pro tribunali consedissemus, tunc prefatus Gregorius Chegedy iudex nobilium fassus est coram nobis eo modo, quod quidam malitiosi fures tres equos Monthe et Petri in Magas Marth commorantium iobbagionum egregii Iohannis Erdely de Somkerek furassent et subtraxissent, furandoque a(s)portassent, quorum vestigia ad metam possessionis Zaazzakal consecuti fuissent, ibique ab inhabitatoribus dicte possessionis Zazzakal ipsa vestigia trium equorum de metis ipsorum extradari postulassent, qui ipsa vestigia extradare non potuissent, ibique ipsi Montha et Petrus iobbagiones dicti Iohannis Erdely de Somkerek secundum nostram adiudicationem et commissionem ad ipsa vestigia, consequenterque ad inhabitatores dicte possessionis Zazzakal septimo se secundum regni consuetudinem ad dampna octo florenorum coram ipso iudice nobilium prenotato iurassent, iuramentaque ipsorum deposuissent, ipsoque iuramento ipsi inhabitatores dicte possessionis Zazzakal sed neque aliquis nullus contradixissent, sed nostram adiudicationem et iuramenti depositionem pro rato et grato recepissent, ibique ipse iudex nobilium iura sua iuramentalia, videlicet pecunias iuramentales levasset. Unde nos ipsos inhabitatores dicte possessionis Zazzakal cum dictis octo florenis aggravatos contra prefatos actores aggravatos *) fore adiudicamus vigore et testimonio presentium mediante. Da- dec. 3.

*) Így, kétszer írva.

1487. dec. 3. tum die et loco prenotatis, anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo.

Eredetije papíron, rongált állapotban, hátán három pecsét nyomával, *jelzet nélkül.*

CXIV.

Budán, 1490. jun. 29.

Corvin János a békésvármegyei Ajtóson és a zarándvármegyei Kigyóson özvegy Szakoli Lászlóné, Ajtósi Anna által Bánfi Mátyusnak eladott s erről reá szállott birtokrészeket hű szolgálataiért Ajtósi Tamásnak visszabocsátja s megparancsolja Ráskai Balásnak, hogy adja kezébe.

Nos Iohannes Corvinus Lipthoviensis et Opaviensis dux etc. significamus presentium tenore quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelibus servitiis nobilis Thome de Aythos, qui non parcendo persone et rebus suis in presenti calamitate nostra, qua per nonnullos primores huius regni bello intestino propulsamur, nobis adhesit, volentes igitur nostrum erga eum ostendere favorem et nostra munificentia ipsum aliquantisper recreare, illas portiones possessionarias in possessionibus Aythos in comitatu de Bekes et Kygyos in comitatu de Zarand, quas domina Anna relicta condam Ladislai de Zakol soror pre tacti Thome de Aythos magnifico condam domino Mathyws Banphy certo pretio vendiderat, que videlicet ad nos optimo iure devolute sunt, eidem Thome de Aythos et suis heredibus ac posteritatibus universis vigore presentium literarum nostrarum duximus remittendas, imo remittimus et reddimus atque de manibus nostris propriis memorato Thome de Aythos ipsas portiones possessionarias cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiarum integritatibus sub suis veris et antiquis metis damus, donamus et perpetuamus iure perpetuo et irrevocabiliter. Quocirca vobis egregio Blasio de Raska provisori curie castri Budensis etc. serie presentium committimus, quatenus memorato Thome de Aythos portiones possessionarias prescriptas remittatis et per vestros officiales faciatis pacifice remittere, et eundem in dominio earundem retineatis; presentibus

perlectis exhibenti restitutis. Datum in castro Budensi, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo. 1490. jun. 29.

Iohannes Corvinus
dux manu propria etc.

Eredetije hártyán, függő pecsét nyomaival s hátán a XVI. század derekára valló kézzel *Harum literarum primordiales et litere metales de Kygyos et Aythos invenire possunt aput Andream Demyen superstitem Gachal* följegyzéssel, *8636.*

CXV.

(Kolosmonostoron) 1491. mart. 15.

A kolosmonostori convent előtt egyfelől Erdélyi János, Tamás és Márton s a János neje Justina asszony, másfelől Suki István a kolosvármegyei Asszonyfalvát s a suki, kőteleni és szováti birtokrészeket magtalan haláluk esetére kölcsönösen örökbe vallják.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod egregii Iohannes, Thomas, Martinus filii quondam Stephani Erdely de Somkerek ac nobilis domina Justina vocata, consors dicti Iohannis Erdely ab una, parte vero ex altera Stephanus filius quondam Iohannis de Swk coram nobis personaliter constituti ministerio vive vocis, ac unanimi relatu spontaneaque eorum voluntate confessi exstiterunt in hunc modum, quod animo attendentes perspicaci, quam caduca sit vita hominis et labilis presens nimium etas, talem inter se celebrassent contractum perpetue et irrevocabiliter permansurum: primo iidem Iohannes, Thomas, Martinus et domina Justina possessionem ipsorum Azonfalwa ac portiones possessionarias in possessionibus Swk, Kethelen et Zowath vocatis omnino in comitatu de Kolos existentibus habitas, ipsos tangentes et concernentes cum omnibus utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, si ipsos deo celi disponente, cuius iudicio humana nequit obviare ratio, ab ergastulo presentis seculi absque heredum solatio contigerit decedere, prefato Stephano filio quondam Iohannis et per eum suis heredibus et posteritati-

bus universis possidendas, tenendas pariter et habendas legassent, donassent et contulissent; econverso autem prenominatus Stephanus filius quondam Iohannis similiter possessionem Olahswk ac portiones suas possessionarias in possessionibus Swk predicta, Kethelen et Zowath nuncupatis consimiliter omnino in iam dicto comitatu de Kolos existentibus habitas, ipsum Stephanum tangentes et concernentes cum omni plenitudine iuris ac utilitatibus et pertinentiis quibuslibet iure ad easdem pertinentibus modo simili, si eundem deo celi volente absque heredum solatio ab hac luce decedere seu migrare contigerit, annotatis Iohanni, Thome, Martino filiis quondam Stephani Erdely et domine Justine, ipsorumque heredibus heredumque eorum successoribus universis tenendas, possidendas pariter et habendas legasset, donasset et contulisset, imo partes prenotate modo quo supra sibi ipsis alternatim mutua vicissitudine legarunt, donarunt et contulerunt coram nobis, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum feria tertia proxima post
1491. mart. 15. festum beati Gregorii pape, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Eredetije papíron, két példányban, hátán pecsét töredékeivel, *7505.* és *7278.* s II. Ulászlónak 1495. jun. 17-én kelt átíratában, hátrább.

CXVI.

Gernyeszegen, 1491. apr. 10.

Somkereki Erdélyi János Illyefalván levő negyedrész birtokát bizonyos föltétel alatt, a gyermeksége óta tanusított hű szolgálatai jutalmáúl Porkoláb Jánosnak adományozza.

Nos Iohannes Erdely de Somkerek memorie commendamus tenore presentium significantes quibus incumbit universis et singulis, quod nostra constitutus in presentia nobilis vir Ioh[a]nnes Porkolab familiaris noster fidelis nobis dilectus petitionibus nos variis rogavit, ut de ipsius fidelissimis famulatibus eum premiaremus. Intuentes igitur nos preclaris meritis et fideli(bu)s famulatibus dicti Iohannis Porkolab, quibus nobis a primevo etatis sue semper studere et se

complacere studuit et exhibuit et in futurum maioribus exhibere promittendo, volentes igitur nos prenominatum nobilem Iohannem Porkolab pro ipsius iam fatis famulatibus aliquo dono remunerationis premiare, portionem nostram videlicet illam quartam partem, que nos in villa Illye vocata omnino iuridice concerneret, cuiusque domino teneremur, dicto nobili Iohanni Porkolab familiari nostro donamus et contulimus videlicet cum terris arabilibus, pratis et fenetis, silvis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus aliisque omnibus, que ad ipsam pertinere [di]noscuntur, imo dedimus, donavimus et concessimus iure ac perpetue et irrevocabiliter in filios filiorum, heredumque per heredes suos etiam successores tenendum, possidendum pariter et habendum, nullo penitus contradictore apparente; et si tamen quippiam et aliqui dictum nobilem I[ohan]nem Porkolab pro parte ista temporum in processu molestare et perturbare niterentur et conarentur, ac iuri ipsum [a]pplicare et attrahere velint, extunc ante litis ingressum dicto Iohanni Porkolab ducentos florenos auri deponere debeant et teneantur, et sic inhovare *(így)* valeant litem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam certi ordinisque evidentiam presentes literas sigillo nostro, quo utimur, munimine iussimus roboratas. Datum in Gernyezegh in castello nostro inibi fu[ndato], anno domini Millesimo quadrin- 1491.
gentesimo nonagesimo primo, in dominica Quasi modo ge- apr. 10.
niti etc.

Eredetije papíron, alján zöld viaszpecsét nyomaival, *7406*.

CXVII.

Palotán, 1491. aug. 24.

Báthori István országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi János és neje faragói, némai és rücsi, szentiváni Székely Miklós és testvére János pedig szentiváni, szakáli és szengyeli birtokrészeiket, továbbá Sárpatakot és és Körtvélykaput illetőleg egyességre lépnek.

Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie,

Bohemie etc. vayvoda Transsilvanus et comes siculorum memorie commendamus, quod egregius Iohannes Erdely de Somkerek onere generose domine Justine consortis sue in se levato ab una, parte vero ex altera nobilis Nicolaus filius condam Michaelis*) Zekel de Zenthywan modo simili onere et cuncto gravamine Iohannis fratris sui carnalis super se assumpto coram nobis personaliter constituti, per eosdem viva voce confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quod licet inter ipsas partes ratione et pretextu totalium possessionum eorundem Nicolai et Iohannis Zekel Sarpathak et Kerthwelkapu vocatarum, portionumque possessionariarum in possessionibus eadem Zenthywan, Zakal et Zengyel appellatis, omnino in comitatu Thordensi nunc erga manus annotati Iohannis Erdely habitarum nonnulle lites et controversionis materie exorte fuerunt ac diutius ventilate, ex nonnullorum tamen proborum ac egregiorum virorum dispositione ambe partes ad talem pacis et concordie devenissent unionem perpetuo duraturam, quod ipse Iohannes Erdely prescriptas portiones possessionarias antelatorum Nicolai et Iohannis Zekel in dictis possessionibus Zenthywan, Zakal et Zengyel habitas modo premisso apud ipsum Iohannem nunc existentes eisdem Nicolao et Iohanni Zekel remitteret in perpetuum et resignaret pacifice possidendas; insuper idem Iohannes Erdely totales portiones suas possessionarias in possessionibus Farago in de Colos, ac Nema et Rych vocatis in dicto Thordensi comitatibus existentibus ipsum Iohannem Erdely, fratresque suos et consanguineos iure hereditario concernentes ipsis Nicolao et Iohanni Zekel vita eorum comite similiter pacifice possidendas cum omnibus ipsarum utilitatibus et obventionibus concederet et relinqueret, ita tamen, quod prefate totales possessiones eorundem Nicolai et Iohannis Zekel Sarpathak et Kerthwelkapu appellate apud annotatum Iohannem Erdely consequenterque dominam consortem ante dictam vita ipsorum comite remanerent, si vero eundem Iohannem Erdely ab hac luce migrare contigerit, extunc ipsa domina consors sua ei(s)dem possessio-

---

*) Kétszer írva.

nibus Sarpathak et Kerthwelkapu eodem iure et modo, sicuti ipse Iohannes Erdely dominus et maritus suus uteretur, vita sua durante uti, frui et gaudere possit et valeat; post mortem autem et decessum ipsius Iohannis Erdely ac domine consortis sue ante dicte eedem possessiones Sarpathak et Kerthwelkapu in neminem alium, quam ipsos Nicolaum et Iohannem Zekel devolvi possint et reduci heredesque et posteritates eorundem universos, et quod prescripte portiones possessionarie annotati Iohannis Erdely in prescriptis possessionibus Farago, Nema et Rych habite ipsum Iohannem Erdely, fratresque suos et proximos universos iure hereditario concernentes rursum ad fratres ipsius Iohannis Erdely heredesque et posteritates suos universos perpetuo iure devolvantur; econverso vero si memoratos Nicolaum et Iohannem Zekel ab hac luce absque heredum solatio decedere contigerit, extunc omnia bona et possessiones, portionesque et quelibet iura eorundem Nicolai et Iohannis Zekel possessionaria ubivis et in quibuscunque comitatibus regni habite et existentia in antelatos Iohannem Erdely dominamque consortem suam, et per consequens fratres et proximos suos ipsorumque heredes et posteritates universos pleno iure devolvantur in perpetuum et succedant; preterea, quod si que partium huiusmodi hanc ipsam compositionem firmiter inviolabiliterque observare noluerit, aut infringere vel quovis modo retractare attemptaverit, extunc pars ipsa in pena amissionis cause sue convincatur et convinci debeat eo facto. Ad que premissa et premissorum singula partes prescripte ultro se obligarunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Palotha, in festo beati Bartholomei apostoli anno domini Millesimo quadrin- 1491. aug. 24.
gentesimo nonagesimo primo.

Egykorú másolata papíron, *6651.*

CXVIII.

Palota várában, 1491. aug. 28.

II. Ulászló a kolosmonostori convent oklevelét, mely szerint Erdélyi Jánosné Justina asszony torda-, kolos- és dobokavármegyei birtokait férjének örökbe vallotta, átírja s a szerződésbe a Székely Miklós és János sárpataki, körtvélykapui, szentiváni és mezőszengyeli birtokai kivételével beléegyezését nyilvánítja.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster egregius Iohannes filius condam Stephani Erdely de Somkerek nostre maiestatis veniens in presentiam exhibuit nobis et presentavit quasdam literas conventus ecclesie beate Marie virginis de Colosmonostra in pargameno privilegialiter sub sigillo eiusdem confectas, quibus mediantibus nobilis domina Justina vocata, consors scilicet sua castellum suum Gernyezegh vocatum ac possessiones Saarpathak, Kerthwelkapw, Wnoka, necnon portiones possessionarias in possessionibus Saromberek, Gernyezegh, Illye, Chanad, Zederyes, Zenthywan, Farago, Rych, Nema, Detreh, Myndzenth, Kook, Bewl, Mezewzengel, Dathos, Gerebenyes in Thordensi ac Zylwas, Thomb, Thwsson, Welker, Mehes in Colos, necnon Sombor, Dewecher in Doboca comitatibus, item Azzonfalwa, utra(m)que Kallyan, Wyssa et utramque Sarmas possessiones portionesque possessionarias in possessionibus Swk, Bare, Zowath et Kewthelen appellatis in dicto comitatu de Colos existentibus habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eidem Iohanni suisque heredibus et posteritatibus universis modo, ordine et conditionibus inferius in tenore earundem literarum clarius contentis in perpetuum dedisse, contulisse et ascripsisse dinoscitur tenoris infra scripti, supplicando maiestati nostre humiliter, ut easdem literas et omnia in eisdem contenta ratas, gratas et accepta habentes, literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri faciendo eisdem donationi, collationi et ascriptioni nostrum regium consensum prebere dignaremur. Quarum quidem literarum tenor talis

est: Conventus monasterii — — *sat., lásd a convent 1481. jun. 18-án kelt levelét elébb XCVII. sz. a.* — Nos igitur premissa supplicatione prefati Iohannis nostre modo quo supra porrecta maiestati regia benignitate exaudita et clementer admissa, prescriptas literas annotati conventus non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate viribusque suffragatur, demptis solummodo prenominatis possessionibus Saarpathak et Kerthwelkapu, necnon portionibus possessionariis in possessionibus Zenthywan et Mezewzengel habitis, que nobilium Nicolai et Iohannis Zekel, filiorum scilicet condam Michaelis Zekel fore dinoscuntur, ratas, gratas et acceptos habentes premisse donationi, collationi et ascriptioni, omnibusque aliis et singulis superius in tenore earundem literarum contentis nostrum regium consensum prebuimus, imo prebemus benivolum pariter et assensum; et nichilominus consideratis fidelitate et servitiis eiusdem Iohannis per eum inprimis sacre dicti regni nostri Hungarie corone, deindeque maiestati nostre cum omni fidelitatis perseverantia exhibitis et impensis, totum et omne ius nostrum regium, si quod in prescriptis castello ac possessionibus portionibusque possessionariis, demptis ut prefertur possessionibus Saarpathak et Kerthwelkapu, necnon portionibus possessionariis Zenthywan (et) Mezewzengel habitis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus memorato Iohanni Erdely et per eum Thome et Martino fratribus

eiusdem carnalibus ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, salvo iure alieno, harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum in castro Palotha, in festo beati
1491. aug. 28. Augustini episcopi et confessoris anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum nostrorum Hungarie anno secundo, Bohemie vero vigesimo primo.

Kolosvár város tanácsának 1570. maj. 31-én kelt kiadványában, *5102.* Kivonata II. Lajosnak 1517. nov. 16-án kelt átíratában, hátrább.

CXIX.

(Aradon) 1491. aug. 31.

Az aradi káptalan jelenti II. Ulászlónak, hogy parancsára muroni Vér Andrást és fiait a békésvármegyei Tarcsa és Edeles birtokába beiktatta.

Capitulum ecclesie Orodiensis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas introductorias et statutorias serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc., marchionisque Moravie, domini nostri naturalis summa cum reverentia recepimus in hec verba:

Wladislaus dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. marchioque Moravie fidelibus nostris capitulo ecclesie Orodiensis salutem et gratiam. Cum nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime supplicationis instantiam nostre pro parte fidelis nostri egregii Andree Wer de Muron per ipsos propterea porrecte maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitate et (fidelibus) servitiis eiusdem per eum inprimis sacre dicti huius regni nostri Hungarie corone, deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietatibus cum omni constantia, fidelitate exhibitis et impensis totales possessiones Tharcha ac Edeles vocatas, in comitatu de Bekes existentes habitas, in quarum pacifico dominio idem a certis tempori-

bus perstitisse et nunc quoque persistere dinoscitur, nove nostre donationis titulo, item totum et omne ius nostrum, si quod in eisdem possessionibus qualitercunque haberemus aut eedem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet prefato Andree Wer ac Georgio, Iohanni, Francisco et Andree filiis eiusdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum dederimus, donaverimus et contulerimus, velimusque eosdem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo vestre fidelitati harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus de Gele aut Ladislaus Pipali de Soklo, sin alter Ladislaus seu Iohannes de Bernoth, vel Petrus de Somos aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies dictarum possessionum Tharcha ac Edeles, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Andream Wer de Muron ac Georgium, Iohannem, Franciscum et Andream filios eiusdem in dominium earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis nove nostre donationis ac iuris nostri regii titulis ipsis incumbentibus perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Andream Wer ac Georgium, Iohannem, Franciscum et Andream filios eiusdem in presentiam personalis presentie nostre ad terminum competentem rationem contradictionis eorundem reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicte nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum in obsidione civitatis nostre Albe Regalis, die dominico proximo post festum Visitationis beate Marie virginis anno domini 1491 jul. 3.
Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum

nostrorum Hungarie etc. anno primo, Bohemie vero vigesimo primo.

Nos igitur mandatis ipsius domini nostri regis semper obedire cupientes ut tenemur, una cum Ladislao Pipaly de Soklo homine suo regio predicto, de curia sua regia per ipsum ad id specialiter transmisso unum ex nobis videlicet honorabilem magistrum Michaelem de Somlyo socium et concanonicum nostrum ad premissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis pariformiter retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima inter octavas As-
aug. 17. sumptionis beate Marie virginis proxime preteritas et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies dictarum possessionum Tharcha ac Edeles vocatarum accessissent, ibique vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, presertim Nicolao ac Michaele de Nadan, Luca Chere de Kereky, Gregorio de Syma, Petro Geley de Feldes, Iohanne magno de Bernoth, item Matheo Zathmari iudice possessionis Nagthelek in persona Ladislai Maysay de Haraklyan, et Thoma Thaar de Felhalom in persona Iohannis de Egee domini sui et presentibus eisdem idem homo regius iam dicto nostro testimonio presente, exceptis omnino portionibus nobilium in predicta Edeles commorantium et consanguineorum eorundem, introduxisset prefatos Andream Wer de Muron ac Georgium, Iohannem, Franciscum et Andream filios eiusdem in dominium earundem, statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premissis nove sue regie donationis ac iuris sui regii titulis ipsis incumbentibus perpetue possidendas, nullo penitus contradictore apparente inibi et nec expost coram nobis legitimis diebus et horis exspectantibus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum per manus magistri Pauli de Orodino lectoris, socii et concanonici nostri, quinto decimo die
1491. diei introductionis et statutionis prenotatarum anno domini
aug. 31. supra dicto, presentibus ibidem honorabilibus dominis Barnaba cantore, Mathia custode, magistris Ladislao de Panko-

tha, Michaele de Walpo, Thoma de Zederken, Marco de Waradino, Dominico de Zewdi, Matheo de Chanadino et Francisco de Papi ceterisque canonicis, fratribus nostris in dei ecclesia regi sempiterno iugiter famulantibus.

Az erdélyi káptalannak 1732. apr. 6-án Teleki József, Sándor, Mihály és Ádám részére kelt kiadványában, *8436.* Eredetije hártyán, melynek vörös és fehér selyem zsinóron függött pecsétje elveszett, alsó felhajtásán *ez Tarchara es Edelesre valo y(g)tatas Lazlo kyraly adományára* egykorú följegyzéssel a *Nemzeti Museum levéltárában.* A XVII. század végéről való másolata az orsz. ltárban *Dl. 37,013. fol. 319—321.*

CXX.

(Kolosmonostoron) 1491. sept. 29 körül.

A kolosmonostori convent előtt a Kisfaludi Miklósné, fia és leányai s a néhai Haranglábi Zsigmond fiai nevében Nagy Lőrincz ombozi jobbágy II. Ulászló királyt a Suki Mihály suki, szováti, magyar- és oláhkalyáni és kőteleni birtokrészeinek s Asszonfalva, Vissa, Magyar- és Oláhsármás birtokainak eladományozásától, Erdélyi Jánost és nejét pedig vagy bárki mást azoknak fölkérésétől és elfoglalásától eltiltja.

(Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra) memorie commendamus, quod providus Laurentius magnus in Omboz commorans nostram veniens in presentiam in persona nobilis domine Elena vocate consortis Nicolai de Kysfalwd, filie vero condam Michaelis de Swk et Iohannis filii, necnon nobilium puellarum Catherine et Anne filiarum eiusdem domine Elene, item Alexii, Anthonii et Nicolai filiorum condam Sigismundi de Haranghlab serenissimum principem dominum Wladislaum Hungarie, Bohemie etc. regem, dominum nostrum gratiosissimum a donatione et collatione totalium portionum possessionariarum prefati condam Michaelis de Swk in possessionibus Swk predicta, necnon Zowath, Magyarkallyan, Olahkallyan et Kewthelen, necnon similiter totalium possessionum Azzonfalwa, Wyssa, Magyarsarmas et Olahsarmas vocatarum, omnino in comitatu de Colos existentium habitarum, item egregium Iohannem Erdely de Somkerek et dominam Justinam consortem eiusdem, et

alios quoslibet ab impetratione, necnon occupatione, detentione et conservatione, seque ipsos in dominium earundem quovis colore quesito intromissione et statui factione, usu fructuum et quarumlibet utilitatum ipsarum perceptione seu percipi factione quomodolibet factis vel fiendis publice et manifeste prohibuit lege et consuetudine regni requirentibus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum . . . . festum beati Michaelis archangeli, anno domini
1491. Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

A kolosmonostori convent requisitorainak 1680. sept. 29-én a Barcsai Mihály s I. Apaffi Mihálynak 1681. mart. 11-én a Teleki Mihály részére kelt kiadványában, *7303.* és *5135.* A XVI. század derekán jegyzőkönyvbe iktatott fogalmazványa az orsz. ltár kolosm. conventi osztályában *Protoc. anni 1550. fol. 22.*

CXXI.

(Kolosmonostoron) 1492. maj. 6.

A kolosmonostori convent előtt egyfelől keszi Székely László, másfelől szentmártoni Kézdi Sandrin fiai János és István az őket örökösödési jogon egyenlőképpen illető küküllő-, fehér- és nógrádvármegyei birtokok felett megosztoznak.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Ladislaus filius condam Stephanus Zekel de Kezy ab una, parte vero ex altera Iohannes et Stephanus filii condam Sandrini Kyzdy de Zenthmarthon personaliter coram nobis constituti spontanea eorum voluntate sunt confessi in hunc modum, quod licet universe possessiones et portiones ipsorum possessionarie in possessionibus Zenthmarthon, Kyralfalwa, Zagor, Chydewthelke et Zylkwth in Kykellew, necnon Peterlaka et Palos vocatis in Albensi comitatibus in partibus regni Transsilvanensibus existentibus et habitis, item similiter universe possessiones et portiones possessionarie in possessionibus Kezy predicta, necnon Geregye, Tharnocz, Thewryncz et Araan vocatis omnino in comitatu Newgra-

diensi in partibus regni Hungarie existentibus et habitis prelibatos Ladislaum filium condam Stephani Zekel, necnon Iohannem et Stephanum filios condam Sandrini Kyzdy equali iure hereditario concernentes plurimorum proborum et nobilium virorum ordinatione et dispositione, maturaque ipsorum deliberatione talem inter se fecissent fraternalem concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo prefatus Ladislaus universas portiones suas possessionarias in prefatis possessionibus Zenthmarthon, Kyralfalwa, Zagor, Chydewthelke, Zylkwth, Petherlaka et Palos vocatis simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus et generaliter cunctis utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis de iure ad dictas portiones possessionarias spectantibus et pertinere debentibus prenominatis Iohanni et Stephano filiis dicti condam Sandrini, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset, tradidisset et contulisset, concambialiterque permutasset; econverso vero prelibati Iohannes et Stephanus filii condam Sandrini modo simili universas portiones ipsorum possessionarias in possessionibus ante dictis Kezy, necnon Geregye, Tharnocz, Thewryncz et Araan vocatis pariter cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis de iure ad dictas portiones possessionarias spectantibus et pertinere debentibus prenotato Ladislao filio condam Stephani Zekel eiusdemque heredibus et posteritatibus universis dedissent, tradidissent et contulissent ac concambialiter permutassent; et quia prescripte portiones possessionarie annotati Ladislai Zekel in prefatis possessionibus Zenthmarthon, Kyralfalwa, Zagor, Chydewthelke, Zylkwth, Petherlaka et Palos vocatis maioris pretii, valorisque et utilitatis essent, quam prescripte portiones possessionarie annotatorum Iohannis et Stephani Kyzdy in prenominatis possessionibus habite, ideo iidem Iohannes et Stephanus Kyzdy in addimentum circa prescriptas portiones suas possessionarias prefato Ladislao Zekel quadringentos florenos auri dedissent et assignassent, quos idem Ladislaus plene ut dixit ab eisdem levasset et recepisset, alter alteri dedissent et concambialiter permutas-

sent, imo alter alteri dederunt et concambialiter permutaverunt in filios filiorum ipsorum, heredumque per heredes universos iure perpetuo et irrevocabiliter utendas, tenendas, possidendas pariter et habendas, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem sibi ipsis et suis successoribus reservando, sed totum et omne ius et dominii proprietatem in alterutrum transferendo, assumentes nichilominus prelibati Ladislaus filius condam Stephani Zekel, ac Iohannes et Stephanus filii condam Sandrini Kyzdy se se mutuo et in alterutrum in dominio prescriptarum portionum ipsorum possessionariarum earundemque utilitatum quarumlibet sibi invicem concambialiter permutatarum contra quoslibet causidicos, impetitores et actores propriis ipsorum laboribus et expensis conservare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Da-
1492. tum in festo beati Iohannis ante portam latinam, anno do-
maj. 6. mini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

A kolosmonostori conventnek 1518. *feria tertia proxima post dominicam Ramispalmarum* (mart. 31.) a héderfáji Barlabásy Lénárt alvajda parancsára losonczi Bánffy Péterné Petronella asszony részére kiadott átíratában papíron, *7380.* Egyszerű másolata az orsz. lt. *Dl. 36,843.* Az alvajda 1518. mart. 26-án kelt parancsa hátrább.

CXXII.

(Budán) 1492. maj. 28.

A budai káptalan előtt muroni Vér András, lomniczai Horváth András és Mihály, Henczidai Benedek, hodosdi Besenyei István szerzett és szerzendő javaikra nézve kölcsönös örökösödési szerződésre lépnek.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod egregius Andreas Weer de Mwron et alter Andreas Horwath, et Michael similiter Horwath de Lomnicha, necnon Benedictus de Henczhyda et Stephanus filius quondam Benedicti Besenyew de Hodosd coram nobis personaliter con-

stituti proposuerunt et sponte confessi sunt in hunc modum, quod ipsi cupientes ex animi desiderio eorum affinitatis propinquitatem, qua sibi invicem lege nature coniuncti habentur, ampliori amicitiarum federe roborari, omnes possessiones et quelibet iura eorum possessionaria ubivis et in quibuscunque comitatibus huius regni Hungarie existentes et habita, ipsos quovis iure et titulo contingentes et concernentia, acquisitas scilicet et acquirenda in alterutrum in posterum constituissent devolvenda, ea scilicet lege et conditione, quod si dum et quando temporis in successu eorum quempiam divino nutu, quo cuncta gubernantur, e seculo decedere et heredibus deficere contingat, extunc universa huiusmodi iura possessionaria ipsius decedentis simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet in superviventes et eorundem superstites, heredesque et successores devolvi debeant pleno iure eo facto. In cuius rei memoriam firmitatem(que) perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas ad fassionem annotatorum Andree Weer et aliorum supra scriptorum duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum beati Urbani pape et martyris, 1492. maj. 28.
anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Az erdélyi káptalannak 1732. apr. 6-án Teleki József, Sándor, Mihály és Ádám részére kelt kiadványában, *8436.* A XVII. század végéről való másolata az orsz. ltárban *Dl. 37,013. fol. 147.*

CXXIII.

(Kolosmonostoron) 1492. jun. 7.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi János és neje faragói, némai és rücsi, szentiváni Székely Miklós és testvére János pedig az egész Sárpatakot és Körtvélykaput s a szentiváni, szakáli és szengyeli birtokrészeket illetőleg egyességre lépnek.

(Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra) memorie commendamus, quod egregius Iohannes Erdely de Somkerek onere generose domine Justine consortis sue in se levato ab una, parte vero ex altera nobilis Nico-

laus filius condam Michaelis Zekel de Zenthywan modo simili onere et cuncto gravamine Iohannis fratris sui carnalis super se assumpto coram nobis personaliter constituti, per eosdem viva voce confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quod licet inter prescriptas partes ratione et pretextu totalium possessionum eorundem Nicolai et Iohannis Zekel Sarpathak et Kerthwelkapw vocatarum portionumque possessionariarum in possessionibus eadem Zenthywan, Zakal et Zengyel appellatis omnino in comitatu Tordensi, nunc erga manus annotati Iohannis Erdely habitarum nonnulle lites et controversionis materie exorte fuerunt ac diutius ventilate, ex nonnullorum tamen proborum ac egregiorum virorum dispositione ambe partes ad talem pacis et concordie devenissent unionem perpetuo duraturam, quod ipse Iohannes Erdely prescriptas portiones possessionarias antelatorum Nicolai et Iohannis in predictis possessionibus Zenthywan, Zakal et Zengyel habitas modo premisso apud ipsum Iohannem Erdely nunc existentes eisdem Nicolao et Iohanni Zekel remitteret in perpetuum et resignaret pacifice possidendas; insuperque idem Iohannes Erdely totales portiones suas possessionarias in possessionibus Farago in de Kolos ac Nema et Rewcz vocatis in dicto Tordensi comitatibus existentibus ipsum Iohannem Erdely fratresque suos et consanguineos iure hereditario concernentes ipsis Nicolao et Iohanni Zekel vita eorum comite similiter pacifice possidendas cum omnibus ipsarum utilitatibus et obventionibus concederet et relinqueret, ita tamen, quod prefate possessiones eorundem Nicolai et Iohannis Zekel Sarpathak et Kerthwelkapw appellate apud annotatum Iohannem Erdely consequenterque dominam consortem ante dictam vita ipsorum comite remanerent, si vero eundem Iohannem Erdely ab hac luce migrare contingerit, extunc ipsa domina consors sua eisdem possessionibus Sarpathak et Kerthwelkapw eodem iure et modo, sicuti ipse Iohannes Erdely dominus et maritus suus uteretur, vita sua durante uti, frui et congaudere possit et valeat; post mortem autem et decessum ipsius Iohannis Erdely ac domine consortis sue annotate eedem possessiones Sarpathak et Kerthwelkapw in neminem alium, quam ipsos Nicolaum et Iohannem Zekel

devolvi possint et reduci, heredesque et posteritates eorundem universos, et quod prescripte portiones possessionarie annotati Iohannis Erdely in prescriptis possessionibus Farago, Nema et Rewcz habite ipsum Iohannem Erdely, fratresque suos et proximos universos iure hereditario concernentes rursus ad fratres ipsius Iohannis Erdely heredesque et posteritates suos universos perpetuo iure devolvantur; econverso vero si memoratos Nicolaum et Iohannem Zekel ab hac luce absque heredum solatio decedere contingerit, extunc omnia bona et possessiones, portionesque (et) quelibet iura eorundem Nicolai et Iohannis Zekel possessionaria ubivis et in quibuscunque comitatibus regni habite et existentia in antelatum Iohannem Erdely dominamque consortem suam, et per consequens fratres et proximos suos ipsorumque heredes et posteritates universos pleno iure devolvantur in perpetuum et succedant; preterea quod si que partium huiusmodi hanc ipsam compositionem firmiter, inviolabiliter observare noluerit, aut infringere vel quovismodo retractare attemptaverit, extunc pars ipsa in pena amissionis cause sue convincatur et convinci debeat eo facto. Ad que premissa et premissorum singula partes prescripte ultro se obligarunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quinta proxima ante festum 1492.
Penthecostes, anno domini etc. LXXXX. secundo. jun. 7.

Extradata.

Fogalmazványa papíron, *jelzet nélkül.*

CXXIV.

Vésztőn, 1492. oct. 28.

Gerlai Ábrahámfi Benedek gerlai, mezőmegyeri, magori, vésztői és fási birtokrészeit száz forintért Vér Andrásnak zálogba veti.

Nos Benedictus Abranfy de Gerla significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod nos pro quadam necessitate nostra urgenti nobili Andree Weer impignoramus seu obligamus portiones nostras in possessionibus Gerla, Mezew Megyer ac Magor, Veezthew et Faas existentes pro

florenis centum sub nostro sigillo. Datum in Veezthew, in
1492. oct. 28. festo beatorum Simonis et Iude apostolorum anno domini
Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Az erdélyi káptalannak 1732. apr. 6-án Teleki József, Sándor, Mihály és Ádám részére kelt kiadványában, *8436.* A XVII. század végéről való másolata az orsz. ltárban *Dl. 37,013. fol. 122.*

Kiadta *Haan,* Békésvármegye hajdana II. 106.

CXXV.

Szezármán, 1493. jan. 17.

Harinnai Farkas Tamás a székelyek alispánja és görgényi várnagy a dobokavármegyei Kajlán és Szentandráson levő birtokrészeit kilenczven arany forintért somkereki Erdélyi Istvánnak örökbe vallja.

Nos Thomas Farkas de Harinna vicecomes siculorum ac castellanus castri Ghergyen memorie commendamus, quod onera et gravamina filiorum filiarumque et fratrum ac consanguineorum, necnon aliorum quorumlibet legitime impedientium in nos assumpmendo, si hiis infra scriptis persistere nollent, confessi sumus in hunc modum, quomodo pro quibusdam necessitatibus nostris sumpme urgentibus evitandis totales possessiones nostras portionarias in possessionibus nostris Kaylla, Zenthandreas existentibus in comitatu Doboka habitas egregio Iohanni Erdeli de Somkerek pro nonaginta florenis puri auri plene per nos ab eodem receptis et levatis cum omnibus utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem exspectantibus iure perpetuo vendidimus et ascripsimus, imo vendimus et ascribimus perpetue tenendum pariter et habendum, tali vinculo interposito mediante, quod si in prescriptis portionibus possessionariis Kayla, Zenthandreas prefatum Iohannem Erdeli tenere, conservare non possemus quoquomodo, extunc prefatus Iohannes Erdeli et sui successores solum tantum vigore presentium contra quoslibet inhabitatores ad aliam possessionem nostram possessionariam in possessione Akna habitam in comitatu Kolos existentem eodem iure condescendere possit et valeat, et si de ipsa possessione Akna nos vel successores nostri eundem successores suos ejicere

et excludere niterentur, extunc cum centum florenis puri auri ejicere et excludere possimus et valeant. In cuius rei testimonium literas nostras sigillo nostro proprio, quo utimur, dedimus consignatas. Datum in Sesarma, feria quinta ipso die beate virginis Prisce *) anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. 1493. jan. 17.

Eredetije papíron, alján Harinnai F. Tamás zöld viaszba nyomott, papírral fedett pecsétjével, mely czímerpajzsában a Kacsicz nemzetség két pólyáját, a zárt sisak díszéűl pedig oroszlánját tünteti fel, *7287.*



6. Harinnai Farkas Tamás pecsétje.

CXXVI.

(Csanádon) 1493. maj. 9.

A csanádi káptalan előtt berendi Bak Boldizsárné, somkereki Erdélyi Orsolya testvéreinek Jánosnak, Mártonnak és Tamásnak, miután ezek az apai javakból őt megillető jegyajándék és hozományra nézve a leánynegyed kivételével teljesen kielégítették, menedéket vall.

Nos capitulum ecclesie Chanadiensis memorie commendamus per presentes, quod nobilis domina Ursula filia condam Nicolai Erdeli de Somkerek, consors videlicet egregii Balthasar Bak de Berend nostram personaliter veniendo in presentiam sponte confessa est eo modo, quod egregii Ioannes ac Martinus et Thomas Erdeli dicti de dicta Somkerek fratres et consanguinei sui eidem de et super dotibus et

---

*) Piroska napja, általános használat szerint január 18-ika, ez évben *péntek*re esett, nem csütörtökre. *Knauz* szerint azonban néha január 17-én is ünnepelték, a mi egyeznék az oklevél *csütörtök*jével.

rebus parafernalibus suis, de rebus et bonis ac iuribus possessionariis paternis sibi iuxta regni consuetudinem provenire debentibus, demptis dumtaxat quartalitiis puellaribus omnino et quoad plenum satisfecissent, ideo predictos Ioannem, Martinum ac Thomam Erdeli fratres suos super satisfactione dictarum dotum et rerum parafernalium suarum, exceptis ut premittitur quartalitiis puellaribus, quitos, expeditos et modis omnibus absolutos commisisset, absolvisset et expedivisset, imo commisit, absolvit et expedivit coram nobis testimonio presentium mediante. Datum feria quinta proxima
1493. post festum beati Ioannis apostoli ante portam latinam, anno
maj. 9. domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7456*.

CXXVII.

(Kolosmonostoron), 1494. mart. 2.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi János és farnasi Veres János a néhai Veres Benedek Erdélyi Jánosnak és rokonainak adományozott torda- és kolosvármegyei birtokait illetőleg egyességre lépnek.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus tenore presentium significamus*) quibus expedit universis, quod egregii Iohannes Erdely de Somkerek oneribus et quibuslibet gravaminibus generose domine Justine consortis ac Thome et Martini similiter Erdely de eadem Somkerek fratrum suorum carnalium in se assumptis ab una, ac alter Iohannes Weres de Farnas modo simili oneribus et quibuslibet gravaminibus universorum fratrum et consanguineorum in se assumptis ex alia partibus coram nobis personaliter constituti sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se deliberatione prehabita in infra scriptis totalibus portionibus possessionariis prefati Iohannis et condam Bene-

*) Így, helyesen *significantes* lenne.

dicti Weres de dicta Farnas in possessionibus Dethreh, Mendzenth, Kook, Bewl et Dathws in Thordensi, necnon Zylwas, Thwson et Thomb vocatis in de Colos comitatibus existentibus et habitis, alias per serenissimum dominum Mathiam regem Hungarie etc. mediantibus literis suis donationalibus et tandem similiter per serenissimum principem dominum Wladislaum dei gratia eiusdem regni Hungarie regem etc., dominos nostros naturales gratiosos, similiter mediantibus literis suis donationalibus nove sue donationis titulo simul cum omni suo iure regio, sicut ipse dominus noster rex Wladislaus portionibus possessionariis in eisdem qualitercunque habuisset aut suam maiestatem quibusvis modis et rationibus concernisset, prefatis Iohanni Erdely, necnon generose domine Justine consorti ac Thome et Martino fratribus suis datis, donatisque et concessis taliter inter se concordassent et convenissent, prout concordarunt et convenerunt nostri in presentia tali modo, quod primo prefatus Iohannes Erdely prescriptas totales portiones possessionarias in dictis possessionibus Dethreh, Mendzenth, Thomb et Dathws ac medietatem totalis portionis possessionarie in dicta possessione Kook existentis habite modo premisso eidem Iohanni Erdely et domine Justine consorti, ac Thome et Martino fratribus suis predictis donatas et concessas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem portiones et medietatem predicte portionis possessionarie de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus quovis nominis vocabulo vocitatis prefato Iohanni Weres pure et simpliciter remisit et relaxavit iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem idem Iohannes Erdely sibi et dictis domine Justine consorti, necnon Thome et Martino fratribus suis in dictis portionibus possessionariis in prescriptis possessionibus Dethreh, Mendzenth, Thomb et Dathws ac medietate dicte portionis similiter possessionarie in dicta possessione Kook existentis habite reservando, sed totum ius omnemve iuris et dominii proprietatem, si quod et quam ipse Iohannes Erdely aut dicti domina Justina consors, et Thomas ac Martinus fratres sui portionibus posses-

sionariis et medietate predicte portionis possessionarie in predictis hactenus qualitercunque habuissent vel se in futurum habere sperarent, in prefatum Iohannem Weres transtulit pleno iure; econverso vero similiter annotatus Iohannes Weres modo simili ante dictas totales portiones suas possessionarias in dictis possessionibus Thwson, Zylwas, Bewl, necnon medietatem dicte portionis possessionarie in dicta possessione Kook existentis habite similiter simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet consimiliter ad easdem totales portiones et medietatem prefate portionis possessionarie de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus quovis nominis vocabulo vocitatis prefatis Iohanni Erdely ac domine Justine consorti, necnon Thome et Martino fratribus suis annuit, concessit et ascripsit modo simili iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, consimiliter nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem idem Iohannes Weres sibi in dictis portionibus et medietate prefate portionis possessionarie reservando, sed omne ius omnemve iuris et dominii proprietatem, si quod et quam in eisdem modo usque qualitercunque habuisset vel in posterum se habere speraret, in annotatos Iohannem Erdely ac dominam Justinam consortem, necnon Thomam et Martinum fratres suos transtulit pleno cum effectu, isto tamen declarato, quod prefatus Iohannes Weres universas literas et literalia sua instrumenta, si quas et que in facto dicte portionis possessionarie in prefata possessione Zylwas habite pro se haberet confectas et emanata, quibus scilicet mediantibus ipse Iohannes et condam* Benedictus Weres eandem portionem possessionariam tenuisset et gubernasset, antefato Iohanni Erdely ac domine Justine consorti, et Thome necnon Martino fratribus eiusdem in specie reddere et restituere deberet et teneretur, quod si facere nollet, non posset seu quoquomodo non curaret, extunc idem Iohannes Weres prefatos Iohannem et dominam Justinam consortem, necnon Thomam et Martinum fratres suos contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et actores protegere, tueri et defensare teneretur propriis suis laboribus et expensis. Ad que premissa prefati Iohannes Erdely et alter Iohannes Weres se ipsos

personalibus eorum astantiis, idem etiam Iohannes Erdely dictos dominam Justinam consortem, ac Thomam et Martinum fratres suos oneribus et gravaminibus sub premissis in se assumptis sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in dominica Oculi, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. 1494. mart. 2.

Eredetije hártyán, függő pecsét nyomaival, *7349.*

CXXVIII.

Barcsán, 1494. aug. 12.

Bikly János hunyadi várnagy és ispán s szolgabíró társai előtt Sztrigyi Dénes a néhai Barcsai Tamás és János fiait a néhai Szentkirályi Dénes által Barcsai Tamásnak és Jánosnak elzálogosított birtokok usurpatiójától eltiltja.

Nos Iohannes Bykly castellanus castri Hwnyad comesque, item Demetrius Chazar de Zengerg ac Blasius Furka de Keresthur iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod cum nos feria 3. proxima post (festum) beati Thiburtii martyris una cum nobilibus comprovincialibus in sede aug. 12. nostra iudiciaria constituti pro tribunali consedissemus, tunc nobilis Dionysius de Stryg personaliter coram nobis existens nobiles Akacium de Barcha tanquam presentem ac Gaspar, Andream, Leonardum, Iohannem similiter de Barcha filios condam Thome et Iohannis Barchay tanquam absentes de possessionibus condam Dionysii de Zenkyral, quas alias idem prefatis condam Thome et Iohanni Barchay pignori obligasset, quarum quartam partem idem exponens redemisset, tres vero partes erga manus prescriptorum existentes tres fratres exponentis attingerent, quorum iam unus ab hoc emigrasset seculo, duo vero fratres in partibus Byzthryche morarentur et illi cum possessionibus non curarent, prefatos a potentiaria detentione, usuum fructuum, utilitatum perceptione et percipi factione, seque in dominium intromissione prohibuisset, imo prohibuit et contradixit coram nobis alle-

xitque eosdem cum pecuniis, ut iuxta contenta literarum eorundem promtus esset satisfacere, vigore harum literarum nostrarum testimonio mediante. Datum in Barcha, die et ter-
1494. aug. 12. mino prescriptis anno domini Millesimo etc. nonagesimo quarto.

Eredetije papíron, három záró pecsét nyomával s hátán *pro Dionysio de Strygh contra Akacium prohibitoria* följegyzéssel, *jelzet nélkül.*

CXXIX.

Kolosváron, 1494. dec. 17.

A prédikátor-rend kolosvári conventje megigéri somkereki Erdélyi Jánosnak, hogy a kolosvármegyei Suk határában levő halastaván, melyet maga és övéi lelki üdvére a naponként tartandó misére a conventnek adományozott, az ő vagy utódai akarata ellenére malmot soha sem épít.

Nos frater Iohannes *) sacre theologie professor, necnon vicarius Transsilvanus ordinis fratrum predicatorum ac prior conventus Colwszwariensis dicti ordinis, ceterique patres et fratres damus pro memoria tenore presentium presentibus et futuris, quomodo egregius Iohannes Erdeli de Somkerek quandam suam piscinam Hegeththo vocatam in territorio possessionis Swk habitam et adiacentem in comitatu Kolwsiensi existentis, ipsum Iohannem Erdeli iure hereditario concernentem ad laudem virginis Marie gloriose ecclesie eiusdem virginis Marie, nobisque et conventui nostro ob salutem anime sue et suorum, et misse celebrationem singulis diebus fiende perpetuis temporibus devote ac pura deliberatione animi sui et suorum in perpetuum, mediantibus literis conventualibus ecclesie beate Marie virginis de Kolwszmonnostra dederit et contulerit, imo irrevocabiliter dedit et contulit, promittentesque nos eidem prenominato Iohanni Erdeli suisque heredibus et posteritatibus universis, quod unquam temporum in processu nos vel successores nostri sepe dicti conventus in prenotata piscina molendinum sub colore qualicunque invento contra ipsum Iohannem Erdeli, heredes fratresque suos et

*) Itt még *episcopi* olvasható.

successores voluntatemve ipsorum edificare, construere ac preparari facere nollemus et successores nostri nollent, neque debeant. In cuius rei testimonium cautelamque uberiorem dedimus literas nostras sub sigillo proprio nostro conventuali consignatas. Datum in conventu nostro predicto, feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli anno domini 1494. dec. 17.
Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.

Eredetije papíron, alján pecsét nyomaival, *7517.*

CXXX.

Kolosmonostoron, 1494. dec. 17.

Sombori Péter arra kötelezi magát teremi Sikesd Miklós özvegyének, hogy ha a neki kölcsönzött kétszáz arany forintot a kitüzött időre meg nem adná, annak kétszeresében marasztalódjék el, s egyúttal felhatalmazza az erdélyi vajdát, hogy javaiból az özvegyet kielégíthesse.

Nos Petrus de Sombor memorie commendamus per presentes, quod nos a nobili domina Dorothea vocata, relicta condam egregii Nicolai Sykesd de Theremy ducentos florenos auri sub spe restitutionis accommodative recepissemus, quos quidem ducentos florenos auri ad festum Penthecostes (1495.) maj. 18.
proxime venturum eidem domine Dorothee reddere et persolvere assumsimus eo modo, quod si nos in predicto festo Penthecosten dictos ducentos florenos auri eidem non persolveremus, extunc mox solum vigore presentium mediante nos prefate domine Dorothee in duplo eorundem ducentorum florenorum auri convincamur, vayvodaque Transsilvanus pro tempore constitutus eidem domine Dorothee de rebus et bonis prelibati Petri Sombory satisfacere liberam haberet potestatis facultatem, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in oppido Kolosmonostra, feria quarta proxima post festum beate Lucie virginis anno do- 1494. dec. 17.
mini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.

A kolosmonostori convent 1499. apr. 16-án kelt átíratában hátrább.

CXXXI.

(Kolosmonostoron) 1494. dec. 17.

A kolosmonostori convent előtt teremi Sikesd Miklós özvegye, Dorottya asszony a férje által ezer forintért megvásárolt kolosvármegyei Ajton egy harmadát, minthogy Sikesd Miklós a vételárból csak ötszáz forintot fizetett meg, Sombori Péternek visszaadja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nobilis domina Dorothea vocata, relicta egregii condam Nicolai Sykesd de Theremy ab una, parte vero ex alia egregius Petrus de Sombor coram nobis constituti, prefata vero domina Dorothea sponte et libere est confessa in hunc modum, quod licet alias directa et equalis medietas totalis possessionis Aython vocate in comitatu de Colos existentis habita vigore aliarum literarum nostrarum fassionalium exinde confectarum ex legitima fassione prefati Petri Sombory aput prelibatum condam Nicolaum Sykesd dominum et maritum dicte domine Dorothee pro mille florenis auri tradita et ascripta exstitisset, non tamen plus idem condam Nicolaus Sykesd, nisi tantum quingentos florenos auri eidem Petro Sombori dedisset, idemque condam Nicolaus Sykesd dominus et maritus prefate domine adhuc vivente eodem in presentia magnifici domini Ladislai de Lossoncz vayvode Transsilvani etc. pro eisdem quingentis florenis auri prefato Petro Sombori remittere et resignare assumpsisset et etiam tempore obitus sui eidem domine Dorothee consimiliter remittere et resignare commisisset, ob hoc eadem domina Dorothea nolendo prescriptam portionem possessionariam, tertiam scilicet partem dicte directe et equalis medietatis possessionis Aython vocate simul cum domo et curia nobilitari, quam idem condam Nicolaus Sykesd de novo edificasset, aput manus eiusdem in detrimentum et periculum anime sue et dicti condam Nicolai Sykesd domini et mariti eiusdem tenere et conservare, sed eandem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet de iure ad dictam portionem possessionariam ac domum et curiam nobilitarem spectantibus

et pertinere debentibus prelibato Petro Sombory pro tertia parte dictorum quingentorum florenorum auri dedisset, remisisset et resignasset, imo dedit, remisitque et resignavit eidem Petro Sombori, suisque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter utendam, tenendam, possidendam pariter et habendam, eadem etiam domina Dorothea super solutione et satisfactione huiusmodi tertie partis prescriptorum quingentorum florenorum auri dictum Petrum Sombory quitum reddidisset et per omnia absolutum commisisset, imo quitum reddidit et commisit coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quarta proxima post festum beate Lucie virginis, anno 1494.
domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. dec. 17.

Lecta et correcta.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7773.*

CXXXII.

Budán, 1495. jun. 17.

II. Ulászló a kolosmonostori convent oklevelét, mely szerint egyfelől Erdélyi János, ennek neje s testvérei Tamás és Márton, másfelől Suki István magtalan haláluk esetére Asszonyfalvát, Oláhsukot s a suki, kőteleni és szováti birtokrészeket illetőleg kölcsönös örökösödési szerződésre léptek, átírja s a szerződésbe beléegyezését nyilvánítja.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc., marchioque Moravie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster egregius Iohannes filius condam Stephani Erdely de Somkerek maiestatis nostre veniens in conspectum, in sua ac nobilium Thome et Martini fratrum carnalium ac domine Justine consortis suorum, necnon Stephani filii condam Iohannis de Swk nominibus et in personis exhibuit nobis et presentavit quasdam literas conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra in papiro patenter emanatas sigilloque eiusdem a tergo impressive communitas, quibus mediantibus idem Iohannes, Thomas et Martinus Erdely ac domina Justina, necnon Stephanus de Swk possessiones et

portiones ipsorum inferius in tenore ipsarum literarum dicti conventus nominatas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ex causis et rationibus, ac modo et conditionibus inferius similiter in tenore earundem literarum contentis in alterutrum donasse et colligasse dinoscebantur tenoris infra scripti, supplicans maiestati nostre idem Iohannes humiliter, ut easdem literas et omnia in eisdem contenta ratas, gratas et accepta habentes, literisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri et inscribi facientes eisdem mutue donationi et colligationi, aliisque omnibus et singulis dispositionibus inferius in tenore dictarum literarum clarius expressis nostrum regium consensum prebere dignaremur. Quarum quidem literarum tenor talis est: Nos conventus — — *sat., lásd a convent 1491. mart. 15-én kelt oklevelét elébb CXV. sz. a.* — Nos igitur premissa supplicatione prefati Iohannis Erdely per eum maiestati nostre modo quo supra porrecta regia benignitate exaudita et clementer admissa, prescriptas literas dicti conventus non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earundem continentias, clausulas et articulos eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate, viribusque earundem veritas suffragatur, ratas, gratas et acceptas et*) habentes premissis mutue donationi et bonorum in alterutrum colligationi, aliisque omnibus et singulis superius in tenore prescriptarum literarum dicti conventus clarius expressis nostrum regium consensum prebuimus, imo prebemus benivolum pariter et assensum; et nichilominus attentis et debita consideratione pensatis fidelitate et fidelibus servitiis prefati Iohannis Erdely per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate non minus utiliter, quam fideliter cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis totum et omne ius nostrum regium, si quod in dictis totalibus possessionibus Azonfalwa,

*) Itt az *et* szócska fölösleges.

Swk, Kethelen, Zowaath et Olahswk vocatis qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus memoratis Iohanni Erdely, ac Thome et Martino fratribus carnalibus ac domine Justine consorti eiusdem Iohannis, necnon Stephano de Swk ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum salvo iure alieno, harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum sacratissimi Corporis Christi anno eiusdem 1495. jun. 17. Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno quinto, Bohemie vero vigesimo quarto.

Relatio reverendi domini Dominici
electi ecclesie Waradiensis.

Eredetije hártyán, vörös és zöld selyem zsinóron függő pecséttel s hátán *Rta fol. CLXXXXII anno 1497* följegyzéssel, *7348*. Kivonata II. Lajosnak 1517. nov. 16-án kelt átíratában hátrább.

CXXXIII.

Budán, 1495. jun. 17.

II. Ulászló megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Erdélyi Jánost, Tamást, Mártont s a János nejét Jusztinát és Suki Istvánt a kolosvármegyei egész Asszonyfalva és Oláhsuk s a suki, kőteleni és szováti részek birtokába iktassa be.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et

gratiam. Cum nos illi mutuo contractui ac bonorum in alterutrum colligationi ac aliis omnibus per fideles nostros egregios Iohannem, Thomam et Martinum filios condam Stephani Erdely de Somkerek ac nobilem dominam Justina vocatam consortem prefati Iohannis ab una, ac Stephanum filium condam Iohannis de Swk ab altera partibus, vigore certarum literarum vestrarum in papiro simplici patenter emanatarum sigilloque vestro a tergo impressive consignatarum de et super possessionibus et portionibus ipsorum possessionariis, puta totalibus possessionibus Azonfalwa et Olahswk, portionibusque possessionariis in possessionibus Swk, Kethelen et Zowath vocatis, omnino in comitatu de Kolos existentibus habitis ex causis et rationibus, ac modis et conditionibus in dictis literis vestris latius expressis, factis et celebratis nostrum regium consensum prebuerimus benivolum pariter et assensum; et nichilominus attentis et debita consideratione pensatis fidelitate et fidelibus servitiis prefati Iohannis Erdely per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis totum et omne ius nostrum regium, si quod in prescriptis totalibus possessionibus Azonfalwa, Olahswk, Swk, Kethelen et Zowath vocatis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memoratis Iohanni, Thome, Martino, domine Justine et Stephano de Swk, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium earundem possessionum et iuris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas Gerewffy de Zamosfalwa aut Petrus vel Marcus sive Iohannes Cheh dicti de Rewd, sin Nicolaus Boncha de Fratha seu Stephanus Thoth de Zopora, aut Salatiel de Gerghfalwa aliis absentibus homo noster regius ad facies prescriptarum totalium possessionum,

vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Iohannem, Thomam, Martinum, Justinam et Stephanum in dominium earundem, statuatque easdem integras quinque possessiones simul cum dictis cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, necnon ius regium nostrum in eisdem habitum eisdem premisso iuris titulo incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Iohannem, Thomam et Martinum Erdely ac alios prescriptos in presentiam vayvode vel vicevayvode illarum partium regni nostri Transsilvanarum ad terminum competentem rationem contradictionis eorundem reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, dictis vayvode vel vicevayvode suo modo conscientiose rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum sacratissimi Corporis Christi anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno quinto, Bohemie vero vigesimo quarto. 1495. jun. 17.

Kivűl: Fidelibus nostris, conventui ecclesie beate Marie virginis de Colosmonostra pro egregiis Iohanne, Thoma et Martino Erdely de Somkerek et aliis intra scriptis introductoria et statutoria.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival, *7348*.

CXXXIV.


Vásárhelyen, 1495. sept. 28.

Székelyvásárhelyi Lőrincz közjegyző előtt Erdélyi Márton özvegy Deseffi Lászlónét a néhai Sikesd Miklós özvegye által, a lelke üdvére szétosztás végett reá hagyott javak elosztogatásától a Sikesd Miklós leányai nevében eltiltja.

In nomine domini amen. Anno Nativitatis eiusdem Mil-
1495. sept. 28. lesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, indictione tredecima, die vero Lune, vigesima octava mensis Septembris, hora sexta vel quasi, ante edes beate Marie virginis in Wasarhel fondate, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia pape sexti anno eius tertio, in mei notarii publici subscripti testiumque infra scriptorum ad hec specialiter rogatorum et requisitorum presentia personaliter constituti nobilis vir Martinus de Somkerek in persona domine Magdalene sue consortis ac domine Katherine consortis nobilis Salatielis de Moch, filiarum pie momorie nobilis et egregii Nicolai Sikesd de Theremi ac magnifica domina Katherina vocata, relicta condam magnifici Ladislai Deseffi, que quidem Katherina fassa est, quod generosa domina Dorothea relicta Nicolai Sikesd de Theremi tempore finitionis sue vite omnia sua bona tam mobilia quam immobilia, aurum et argentum testamentaliter sibi legasset, ut totaliter omnia bona predicte domine quocunque nomine vocentur pro anima eiusdem domine Dorothee iam decesse distribuat, et sic se exsecutorem in rebus prefatis domine fassa est; item anulum, quo cum testamentum est munitum, ipsa habere fassa est. Quibus fassionibus auditis prefatus nobilis vir Martinus Erdeli in personis prefatarum dominarum, filiarum Nicolai Sikesd solenniter protestavit, ac deinde prohibuit et inhibuit, ne prefata domina Katherina res et bona prefate domine Dorothee quoquam ac nullibi distribueret, nec distribuere auderet, quia res ille iure mediante huius regniculi ipsas prefatas filias Nicolai Sikesd concernerent. Super quibus omnibus et singulis premissis fassionibus, protestationibus et prohibitionibus predictus Martinus Erdeli

a me notario publico infra scripto coram testibus fidedignis infra scriptis debita cum instantia requisivit, ut super premissis unum vel plura sibi publicum seu publica fieri atque confici instrumentum vel instrumenta, quod et feci meo id officio requirente. Acta sunt hec et facta sub anno, indictione, die, hora, mense, loco et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et circumspectis viris Stephano presbytero de Gernyezek magistro schole de Vasarhel artium liberalium baccalaureo, ac Matheo Bosi de Theremi aliis quampluribus fidedignis personis ibidem protunc existentibus vocatis specialiterque rogatis. 1495. sept. 28.

Et ego Laurentius clericus natus Pauli sartoris de Scekelwasarchel diocesis Albensis Transsilvanensis sacra et imperiali auctoritatibus notarius publicus quia huiusmodi fassioni, protestationi, inhibitioni et prohibitioni omnibus et singulis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum me aliis occupatum negotiis per alienum fideliter conscriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi et roboravi in fidem et testimonium omnium premissorum et singulorum rogatus et requisitus.


7. Székelyvásárhelyi Lőrincz közjegyzői jegye.

Eredetije hártyán, a rajzon látható, de ennél egy harmadrésznyivel nagyobb közjegyzői monogrammal, *7441.*

CXXXV.

(Kolosmonostoron) 1495.

kolosmonostori convent előtt Suki István a közte és somkereki Erdélyi János, ennek neje s testvérei Tamás és Márton között a kolosvármegyei Asszonyfalva és Oláhsuk s a suki, kőteleni és szováti birtokrészek iránt létrejött kölcsönös örökbevallásba újra beléegyezését nyilvánítja.

(Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra) memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nobilis Stephanus filius condam Iohannis de Swk coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quomodo ipse illi fassioni, quam alias ipse una cum egregio Iohanne Erdely de Somkerek et domina Justina consorte, necnon Thoma et Martino fratribus carnalibus prefati Iohannis Erdely, iuxta continentiam aliarum literarum nostrarum fassionalium pariter et obligatoriarum in facto ascriptionis totalium possessionum ipsorum, puta Azzonfalwa et Olahswk, necnon possessionum *) Swk predicte, ac Kewthelen (et) Zowath vocatarum, omnino in comitatu de Colos existentium habitarum, se se mutuo et in alterutrum fecissent, denuo et ex novo suum benivolum consensum pariter et assensum prebuisset et concessisset, imo benivolum suum consensum item et assensum prebuit et concessit, ratas etiam et firmas commisit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum me-
1495. diante. Datum Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.

A convent requisitorainak 1680. sept. 29-én a Barcsai Mihály s I. Apaffi Mihálynak 1681. mart. 11-én a Teleki Mihály részére kelt kiadványában, *7303., 5135.* A XVI. század derekán leírt fogalmazványa az orsz. lt. kolosm. conventi osztályában *Protocoll. anni 1550. fol. 23.*

---

*) Így, a helyes *portionum possessionariarum* helyett.

CXXXVI.

(Kolosmonostoron) 1496. jan. 12.

A kolosmonostori convent előtt Suki István a közte és Erdélyi János, ennek neje és testvérei Tamás és Márton között a kolosvármegyei egész Asszonyfalva és Oláhsuk s a suki, kőteleni és szováti birtokrészek iránt létrejött örök bevallásba újra beléegyezését nyilvánítja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus tenore presentium significantes *) quibus expedit universis, quod nobilis Stephanus filius condam Iohannis de Swk personaliter coram nobis constitutus sponte et libere est confessus in hunc modum, quomodo illi fassioni, quam alias ipse una cum egregio Iohanne Erdely de Somkerek et domina Justina consorte, necnon Thoma et Martino fratribus carnalibus prefati Iohannis Erdely, iuxta continentiam aliarum literarum nostrarum fassionalium pariter et obligatoriarum in facto ascriptionis totalium possessionum ipsorum Azzonfalua et Olah Swk, necnon portionum possessionariarum Swk predicte ac Kewthelen et Zowath vocatarum, omnino in comitatu de Colos existentium habitarum, se se mutuo et in alterutrum fecissent, de novo et ex novo suum benivolum consensum pariter et assensum prebuisset et concessisset, imo benivolum suum consensum pariter et assensum prebuit et concessit, ratas etiam et firmas commisit coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria tertia proxima post festum beati Pauli primi heremite, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. 1496. jan. 12.

Eredetije hártyán, függő pecsét maradványaival, *7359.*

---

*) Az eredetiben *significamus* hibásan.

CXXXVII.

(Kolosmonostoron) 1496. febr. 9.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi János a maga, neje s testvérei Tamás és Márton nevében szováti birtokrészüket ezerötszáz arany forintért Ombozi Miklósnak és nejének örökbe vallja.

[Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra] memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod egregius Iohannes Erdely de Somkerek personaliter onera et quelibet gravamina nobilium domine Justine consortis, necnon Thome et Martini fratrum suorum carnalium ab una, parte vero ex alia nobiles Nicolaus de Omboz et domina Elena consors eiusdem, filia videlicet condam Michaelis de Swk modo simili personaliter coram nobis constituti, prelibatus vero Iohannes Erdely animo deliberato maturoque consilio inter se prehabito totalem portionem suam possessionariam et predictorum domine Justine consortis, ac Thome et Martini fratrum suorum carnalium in possessione Zowath vocata in comitatu de Colos existenti habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus, silvis, rubetis, piscinis et locis piscinarum ac generaliter cunctis utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis de iure et ab antiquo ad dictam portionem possessionariam spectantibus et pertinere debentibus omni eo iure, quo eosdem pertinere dinoscitur, prelibatis Nicolao de Omboz et domine Elene consorti eiusdem pro mille et quingentis florenis auri puri hungaricalibus boni, veri et iusti ponderis plene ut dixerit ab eisdem habitis et levatis dedisset, vendidisset et ascripsisset, imo dedit, vendidit et ascripsit eisdem eorundemque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter utendam, tenendam, possidendam pariter et habendam, assumendo nichilominus prefatus Iohannes Erdely personaliter in sua, oneribus etiam quibus supra in se assumptis personis annotatos Nicolaum Ombozy et dominam Elenam consortem

eiusdem, ipsorumque heredes et posteritates universos in pacifico dominio prescripte portionis possessionarie utilitatumque eiusdem contra quoslibet causidicos, impetitores et actores tueri, protegere, defensareque et conservare propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beate Apoline *(így)* virginis, anno 1496. domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. febr. 9.

A kolosmonostori convent requisitorainak 1592. febr. 25-én az Erdélyi Gergely részére kiadott oklevelében, *5675*. Fogalmazványa az orsz. ltár kolosm. conventi osztályában *Protocoll. anni 1550. fol. 26.*

CXXXVIII.

(Kolosmonostoron) 1496. febr. 9.

A kolosmonostori convent előtt Ombozi Miklós és neje Ilona asszony beléegyeznek, hogy a Szováthoz tartozó Sombokor nevű erdejükben Erdélyi János és neje Sukon építendő malmukra fát vágathassanak.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod egregius Nicolaus de Omboz et domina Elena consors eiusdem coram nobis personaliter constituti sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi animo deliberato maturoque consilio inter ipsos prehabito quandam parvam silvam ipsorum Sombokor nominatam, in territorio possessionis Zowath vocate, in comitatu de Colos existentis habitam egregio Iohanni Erdely de Somkerek et domine Justine consorti eiusdem usque dissecationem lignorum in ipsa silva existentium circa structuram et edificationem molendini in possessione Swk in fluvio Zamos decurrentis dedissent, annuissent et concessissent, imo dederunt, annuerunt et concesserunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in festo beate Apoline *(így)* virginis, anno domini Millesimo 1496. quadringentesimo nonagesimo sexto. febr. 9.

Eredetije papíron, hátán pecséttel, *7353*.

CXXXIX.

(Kolosmonostoron) 1496. febr. 14.

A kolosmonostori convent előtt Ombozi Miklósné Suki Ilona atyjának, a hűtlenségben elmarasztalt néhai Suki Mihálynak Magyar- és Oláhsármás, mindkét Kalyán, Vissa és Asszonyfalva nevű birtokait s kőteleni, szováti és suki birtokrészeit illetőleg, melyeket Mátyás király Erdélyi Jánosnénak adományozott volt, Erdélyi Jánossal egyességre lép.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod egregius Iohannes Erdely de Somkerek personaliter onera et quelibet gravamina nobilium domine Justine consortis, necnon Thome et Martini fratrum suorum carnalium, si in infra scriptis persistere nollent per omnia in se ipsum recipiendo ab una, parte vero ex alia nobilis domina Elena vocata consors Nicolai de Omboz, filia vero condam Michaelis de Swk similiter personaliter, onera vero et quelibet gravamina Iohannis et Balthasaris filiorum, necnon puellarum Anne et Katherine filiarum eiusdem, necnon Alexii et Anthonii filiorum condam Sigismundi de Haranghlab ac aliorum cunctorum fratrum, proximorum et consanguineorum suorum, si in infra scriptis persistere nollent, per omnia in se ipsam recipiendo coram nobis constituti sunt confessi in hunc modum, quod licet ipsi ratione et pretextu totalium possessionum et portionum possessionariarum prefati condam Michaelis de Swk, quas ipse alias per notam infidelitatis amisisset, easdemque totales possessiones et portiones possessionarias dicti condam Michaelis de Swk serenissimus princeps condam dominus Mathias dei gratia rex Hungarie etc. literis eiusdem donationalibus prelibate domine Justine gratiose contulisset, inter ipsos diverse lites et controversionis materie mote fuerint et suscitate ac diutius ventilate exstiterint, sed tamen ordinatione et compositione plurimorum proborum et nobilium virorum pacem partium amantium inter easdem partes pro pace laborantium interveniente in premissis concordassent, concordaruntque nostri in presentia eo modo, quomodo prefatus

Iohannes Erdely totalem possessionem Magyarsarmas, necnon similiter totalem portionem possessionariam ipsorum in possessione Kewthelen vocata, in comitatu de Colos existenti habitas simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus, silvis, rubetis et generaliter cunctis utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis de iure et ab antiquo ad dictas possessionem et portionem possessionariam spectantibus et pertinere debentibus nobili domine Elene ante dicte consorti Nicolai de Omboz, filie vero prefati condam Michaelis de Swk pro totalibus iuribus suis quartalitiis et rebus parafernalibus ac aliis quibuslibet iuribus et quovis nominis vocabulo vocitatis, si quod in totali portione possessionaria in possessione Swk predicta, necnon similiter totalium possessionum *) Wyssa, utraque Kalyan ac Olahsarmas et Azonfalwa haberet vel in futurum habere speraret, dedisset, donasset, tradidisset et contulisset, imo dedit, donavit, tradidit et contulit eidem, eiusdemque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter utendas, tenendas, possidendas pariter et habendas, hoc non pretermisso, quod si inundatio aquarum piscine fratrum predicatorum in claustro civitatis Coloswar fundato degentium, quam idem Iohannes Erdely eisdem fratribus iure perpetuo donasset, ad territorium prefate possessionis Kewthelen temporum in processu adiaceret, extunc ipsa domina Elena, heredesque et posteritates eiusdem predictos fratres predicatores perpetuis semper temporibus pacifice conservare, ullo unquam tempore molestare et impedire possint atque valeant; econverso vero prefata domina Elena modo simili prescriptam portionem possessionariam in possessione Swk habitam, necnon totales possessiones Wyssa, utraque Kalyan ac Olahsarmas et Azonfalwa modo simili in comitatu de Colos existentes habitas cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis de iure et ab antiquo ad dictas portionem possessionariam, necnon possessiones spectantibus et pertinere debentibus cum omni plenitudine iuris

*) Helyesen *totalibus possessionibus* lenne.

et proprietatis prelibato Iohanni Erdely et nobili domine Justine consorti, ac Thome et Martino fratribus eiusdem carnalibus, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter pacifice tenere et possidere relinquisset et commisisset, assumpmens nichilominus prefata domina Elena personaliter in sua, oneribus etiam quibus supra in se ipsam assumptis personis annotatos Iohannem Erdely et dominam Justinam consortem, necnon Thomam et Martinum fratres eiusdem carnales ipsorumque heredes et posteritates universos in pacifico dominio prescripte portionis possessionarie et possessionum ante dictarum contra quoslibet causidicos, impetitores et actores tueri, protegere defensareque et conservare propriis suis laboribus et expensis, tali vinculo interposito, quod si prefata domina Elena aut filii et filie eiusdem predicti, necnon Alexius et Anthonius de dicta Haranglab, ipsorumque heredes et posteritates in processu temporum prescriptam dispositionem una cum prelibato Iohanne Erdely factam in aliqua sui parte infringerent aut retractare niterentur quovismodo, extunc mox prefatus Iohannes Erdely et domina Justina consors, necnon Thomas et Martinus fratres eiusdem carnales, ipsorumque heredes et posteritates universi solum vigore presentium mediante in et ad dominium prescriptarum totalis possessionis eiusdem Magyarsarmas, necnon portiones possessionarias *) in prefatis possessionibus Zowath et Kewthelen vocatis habitas **) condescendendo, easdemque occupando simul cum etiam aliis possessionibus et portionibus possessionariis superius denominatis iure perpetuo et irrevocabiliter cum omni plenitudine iuris tenere et possidere liberam haberent potestatis facultatem; ubi autem prefata domina Elena aut filii et filie eiusdem predicti, necnon Alexius et Anthonius Haranglaby, ipsorumque heredes et posteritates in occupatione et descensione prescriptarum possessionis Magyarsarmas et portionibus possessionariis ***) in possessionibus Zowath et Kewthelen vocatis

*) Így, helyesen *portionum possessionariarum* lenne.

**) Helyesen *habitarum* lenne.

***) Így, helyesen *portionum possessionariarum* lenne.

habitas *) prelibato Iohanni Erdely ac aliis predictis, heredibusque ipsorum quovismodo contradicerent, extunc ipsi in estimatione perhennali totalis possessionis Magyarsarmas et portionum possessionariarum in dictis possessionibus Zowath et Kewthelen habitarum, insuper in facto potentie convincerentur et convicti habeantur ipso facto. Ad que premissa et quevis premissorum singula prefata domina Elena personaliter, oneribus etiam quibus supra in se ipsam assumptis sponte et libere obligavit coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beati Valentini martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. 1496. febr. 14.

A kolosmonostori conventnek 1506. *in festo beati Laurentii martyris* (aug. 10.) a Szentgyörgyi Péter erdélyi vajda 1506. aug. 1-én kelt parancsára a kolosvári prédikátor-rendüek számára kiadott átíratában, *5670.* A vajda említett parancsa hátrább. Megvan még a conventnek 1592. *feria tertia proxima post dominicam Reminiscere* (febr. 25.) az Erdélyi Gergely belsőszolnokvármegyei főispán, 1680. sept. 29-én a Barcsai Mihály s I. Apaffi Mihálynak 1681. mart. 11-én a Teleki Mihály részére kelt átíratában, *5675.*, *7303.*, *5135.* Egykorú másolata az orsz. lt. *Dl. 26,940.*

---

*) Helyesen *habitarum* lenne.

CXL.

(Kolosmonostoron) 1496. febr. 18.

A kolosmonostori convent előtt Haranglábi Elek a maga és testvérei Antal, György és Miklós nevében az Ombozi Miklósné Suki Ilona és Erdélyi János közt Magyar- és Oláhsármás, mindkét Kalyán, Vissa, Aszszonyfalva s a suki, kőteleni és szováti birtokrészek iránt létrejött örökbevallásba beléegyezik.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nobilis Alexius filius condam Sigismundi de Haranglab onera et quelibet gravamina Anthonii, Georgii et Nicolai fratrum carnalium, cunctorumque aliorum fratrum, proximorum et consanguineorum suorum, quos infra scriptum tangeret seu concernere posset negotium, per omnia in se ipsum recipiendo coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quomodo ipse illi fassioni, quam alias nobilis domina Elena consors Nicolai de Omboz, filia videlicet condam Michaelis de Swk una cum egregio Iohanne Erdely de Somkerek, iuxta continentiam aliarum literarum nostrarum fassionalium pariter et obligatoriarum in facto ascriptionis totalium possessionum Magyar Sarmas, Wysa utraque Kallyan ac Olah Sarmas et Azzonfalwa, necnon portionibus possessionariis *) in possessionibus Swk predicta ac Kewthelen et Zowath omnino in comitatu de Colos existentibus habitarum fecisset, suum benivolum consensum prebuisset et concessisset, imo benivolum suum pariter et assensum prebuit et concessit coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quinta proxima post festum beati Valen-
1496. febr. 18. tini martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Eredetije papíron hátán pecsét töredékeivel, *7450.* Átírata a conventnek 1592. mart. 6-án az Erdélyi Gergely, 1680. sept. 29-én a Barcsai Mihály s I. Apaffi Mihálynak 1681. mart. 11-én a Teleki Mihály részére kelt kiadványában, *5675.*, *7303.* és *5135.* Fogalmazványa az orsz. lt. kolosm. conventi osztályában *Protocoll. anni 1550. fol. 23.*

*) Helyesen *portionum possessionariarum* lenne.

CXLI.

Budán, 1496. jun. 9.

II. Ulászló a gernyeszegi kastélyt, a sáromberki, szentiváni, csanádi, szederjesi, rücsi, faragói, némai, szakáli, mezőszengyeli, záhi, gerebenesi, kóki, bőli, suki, tuzsoni, mezőszilvási, méhesi és velkéri birtokrészeket, továbbá Sárpatakot, Körtvélykaput, Asszonyfalvát, Visát, mindkét Kalyánt és Oláhsármást nova donatio czímén Erdélyi Jánosnak és nejének horogszegi Szilágyi Jusztinának, a László leányának adományozza.

commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime supplicationis instantiam per eos pro parte fidelis nostri egregii Iohannis Erdely de Somkerek nostre propterea porrecte maiestati, tum vero attendentes et considerantes fidelitatem et fidelium servitiorum merita eiusdem Iohannis, que idem sacre inprimis dicti regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati nostre ab initio usque regiminis nostri, quo in solium regale huius inclyti regni Hungarie vocati assumptique sumus, usque ad hec tempora cum summa semper fide et fidelitatis constantia exhibuit et impendit, totales portiones possessionarias in castello Gernyezeg vocato ac possessionibus Saromberek, Zenth Iwan, Chanad, Zederyes, Rych, Farago, Nema, Zakal, Mezewzengyel, Zaah, Gerebenes, Kok et Bewl nuncupatis, ac similiter totales possessiones Sarpathak et Kewrthwelkapw vocatas, omnino in Thordensi, item portiones possessionarias in possessionibus Swk, Thwson, Mezewzylwas, Mehes et Welker appellatis, necnon totales possessiones Azzonfalwa, Wysa, utrasque Kalyan et Olahsarmas vocatas in de Kolos comitatibus existentes habitas, in quarum pacifico dominio idem Iohannes se a certis iam retroactis annis perstitisse persistereque asserit etiam de presenti, simul cum omni iure nostro regio, si quod in eisdem qualitercunque haberemus aut nostram ex

quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris puta arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Iohanni Erdely de Somkerek ac domine Justine filie condam Ladislai Zylagy de Horogzeg consorti sue, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria quinta proxima
1496. jun. 9. ante festum beati Barnabe apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno sexto, Bohemie vero vigesimo quinto.

Eredetije hártyán, alján papírral fedett pecséttel s hátán *Rta folio CCLXXIIII anno domini 1.4.9.6.* följegyzéssel, *5061.* Rövid kivonata II. Lajos 1517. nov. 16-án kelt oklevelében hátrább.

CXLII.

Tordán, 1497. maj. 2.

Thelegdi István erdélyi alvajda előtt Suki István a kolosvármegyei magyar- és oláhsuki, kőteleni és szováti birtokrészeit kétezer arany forintért szamosfalvi Mikola Ferencznek és Mocsi Salatielnek zálogba veti.

Nos Stephanus de Thelegd vicevayvoda Transsilvanus memorie commendamus, quod egregius Stephanus de Swk coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens sumpme urgentibus evitan-

dis totales portiones suas possessionarias in possessionibus Magyarswk, Olahswk, Kewthelen et Zowath vocatis, omnino in comitatu de Colos existentibus habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus egregiis Francisco Mykola de Zamosfalwa et Salatieli de Moch pro duobus millibus florenis auri puri ab eisdem ut dixit iam plene receptis et habitis pignori duxisset obligandas, imo impignoravit et obligavit nostri in presentia eo modo, ut dum et quandocunque futuri temporis in eventu annotatus Stephanus Swky prescriptas portiones suas possessionarias ab eisdem Francisco Mykola et Salatiele Mochy ad se redimere voluerit, extunc iidem rehabitis prius dictis duobus millibus florenis auri pecuniis scilicet ipsorum, easdem eidem simul cum ante dictis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet litigionario processu absque aliquali pacifice et quiete remittere et resignare deberent et tenerentur, assumpmendo nichilominus prefatus Stephanus Swky eosdem Franciscum Mykola et Salatielem de Moch in pacifico dominio dictarum totalium portionum suarum possessionariarum infra tempus redemptionis earundem contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et actores tueri, defensareque et conservare propriis suis laboribus et expensis, vigore et testimonio presentium mediante. Datum in civitate Thordensi, feria tertia proxima post festum beatorum Philippi et Iacobi apostolo- 1497.
rum anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo maj 2.
septimo.

Eredetije papíron, két példányban, *3919.*, *8006.* Amannak záró viasz pecsétje leesett, ennek hátára nyomott pecsétjén a Csanád nemzetségbeli István vajda czimere: a kácsán álló s annak fejét verő, lebegő szárnyú sólyom még látható.

CXLIII.

(Kolosmonostoron) 1497. jun. 13.

A kolosmonostori convent Erdélyi Jánost és nejét Jusztinát, a horogszegi Szilágyi László leányát a Gernyeszegen, Sáromberkén, Szentivánon, Csanádon, Szederjesen, Rücsön, Faragón, Némán, Szakálon, Mezőszengyelen, Záhon, Gerebenesen, Kókon, Bőlön, Sukon, Tuzsonban, Mezőszilváson, Méhesen és Velkéren levő részek, továbbá Sárpatak, Körtvélykapu, Aszszonyfalva, Vissa, mindkét Kalyán és Oláhsármás birtokába a II. Ulászló parancsára ellenmondás nélkül beiktatja.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc., domini nostri naturalis gratiosissimi introductorias et statutorias nobis directas sumpma cum obedientia recepimus in hec verba:

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam. Cum nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime supplicationis instantiam per eos pro parte fidelis nostri egregii Iohannis Erdely de Somkerek nostre propterea porrecte maiestati, tum vero attendentes et considerantes fidelitatem et fidelium servitiorum merita eiusdem Iohannis, que idem sacre inprimis dicti regni nostri Hungarie corone, deindeque maiestati nostre ab initio usque regiminis nostri, quo in solium regale huius inclyti regni Hungarie vocati assumptique sumus, usque ad hec tempora cum summa semper fide et fidelitatis constantia exhibuit et impendit, totales portiones possessionarias in castello Gernyezeg vocato ac possessionibus Saromberek, Zenth Iwan, Chanad, Zederyes, Rych, Farago, Nema, Zakal, Mezewzengyel, Zah, Gerebenes, Kok et Bewl nuncupatis ac similiter totales possessiones Sarpathak et Kewrthwelkapw vocatas omnino in Thordensi, item portiones possessionarias in possessionibus Swk, Thwson, Mezewsylwas, Mehes et Welker appellatis, necnon

totales possessiones Azzonfalwa, Wysa, utrasque Kalyan et Olah Sarmas vocatas in de Colos comitatibus existentes habitas, in quarum pacifico dominio idem Iohannes se a certis iam retroactis annis perstitisse persistereque asserit etiam de presenti, simul cum omni iure nostro regio, si quod in eisdem qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Iohanni Erdely de Somkerek ac domine Justine filie condam Ladislai Zylagy de Horogzeg consorti sue, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum nove nostre donationis titulo exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem et prefatam dominam in dominium dictarum possessionum et portionum possessionariarum, ac dicti iuris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes literatus de Zwchak vel Salatiel de Gyewrghfalwa, aut Nicolaus Boncza de Fratha sive Gregorius Cheh de Rewd sin Petrus similiter Cheh de eadem in de Colos, vel Petrus de Zengyel aut Gallus de Poka, sin Petrus de Jara sive Blasius de eadem, neve Petrus Pechkeny de Almos in de Thordensi comitatibus aliis absentibus homo noster ad facies dicti castelli consequenterque portionis in eadem habite ac possessionum, ceterarumque portionum possessionariarum et dicti iuris nostri regii in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat eosdem in dominium earundem et eiusdem, statuatque easdem et idem eisdem premisse nove nostre donationis et dicti iuris nostri regii titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Iohannem Erdely ac dominam consortem suam predictam in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presentiam ad terminum competentem rationem

contradictionis eorundem reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante
1496. jun. 9. festum beati Barnabe apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno sexto, Bohemie vero vigesimo quinto.

Unde nos premissis mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus fideliter obedire cupientes ut tenemur, una cum prefatis Iohanne literato de Zwchak et Gallo de Poka hominibus prefati domini nostri regis nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Ladislaum priorem, socium nostrum conventualem, unum ex nobis ad premissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod primo iidem
(1497.) frater Ladislaus et Iohannes literatus de Zwchak feria sexta
maj. 26. proxima post festum beati Urbani pape noviter preteritum ad facies prescriptarum portionum possessionariarum in dictis possessionibus Swk, Thwson, Mezewzylwas, Mehes et Welker habitarum, necnon totalium possessionum Azzonfalwa, Wysa, utrarumque Kalyan et Olah Sarmas vocatarum, tandem
maj. 29. vero feria secunda tunc immediate sequenti consimiliter ipsi scilicet frater Ladislaus et Gallus de Poka totalium portionum possessionariarum in prescriptis castello Gernyezeg ac possessionibus Saromberek, Zenth Iwan, Chanad, Zederyes, Rych, Farago, Nema, Zakal, Mezewzengyel, Zah, Gerebenes, Kok et Bewl nuncupatis habitarum, item similiter aliarum totalium possessionum Sarpathak et Kewrthwelkapw appellatarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, puta Stephano de dicta Swk, Salatiele de Fratha, Stephano Thoth de Zopor, ac Thoma et Paulo Gyerewfy de Zamosfalwa, necnon Benedicto de Zengyel, Petro de eadem Zengyel, Blasio de Poka, utroque Iohanne de eadem Poka et Benedicto de Tholdalag nobilibus pariter presentibus accessissent, introduxissent prefatum Iohannem Erdely in dominium prescripta-

rum portionum possessionariarum possessionibus et castello in prescriptis habitarum, scilicet totalium possessionum prenarratarum ac dicti iuris regii in eisdem habiti, statuissentque easdem et idem eisdem premisse nove donationis et iuris regii titulo sibi incumbenti perpetuo possidendas, utendas, tenendas pariter et habendas, in quarum faciebus legitimis et sufficientibus diebus inibi moram protrahentes nullo contradictore penitus apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras [privilegia]les pen[dentis et authentici sigi]lli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis predictarum, a[nno domini Millesimo quadringentesimo 1497. jun. 13.
nonagesimo se]ptimo.

Eredetije hártyán, függő pecsétje híjával, *5073.* Megvan Kolosvár város tanácsának, mint a kolosmonostori convent requisitorainak 1560. *feria sexta proxima ante festum divae Catherinae virginis et martyris* (nov. 22.) a szováti Ombozi Miklós s 1570. maj. 31-én az Erdélyi Gergely részére kelt átíratában, *5170., 5102.* Egy századdal később a convent requisitorai 1680. sept. 29-én a Barcsai Mihály s 1681. mart. 11-én I. Apaffi Mihály a Teleki Mihály részére írják által, *7303.* és *5135.* Az iktató parancs eredetije papíron, teljesen szétmállott állapotban, záró pecséttel az orsz. ltárban, hátán a beiktatásról szóló conventi jelentés fogalmazványával, *Dl. 26,942.*

CXLIV.

(Kolosmonostoron) 1497. aug. 11.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi János Csapy Jánost mint szomszéd a balai, rücsi, gerebenesi, uraji, petei, ercsei és kisnyulasi birtokrészek eladásától, Bethleni Miklóst pedig azok megvételétől eltiltja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod egregius Iohannes Erdely de Somkerek nostram personaliter veniendo in presentiam per modum protestationis nobis significare curavit in hunc modum, quod prout ipse percepisset, egregius Iohannes Chapy de Essen totales portiones suas possessionarias in possessionibus Bala, Rych, Gerebenes, Wray et Pethe in Thordensi ac Herche et Kys Nywlas vocatis in de Colos

comitatibus existentibus habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet egregio Nicolao de Bethlen pro quadam sumpma pecuniarum vendidisset et inscripsisset, cum tamen emptio earundem ipsum Iohannem Erdely cum ratione propinquioris vicinitatis, tumque certis aliis rationabilibus ex causis magis quam prefatum Nicolaum de Bethlen concerneret, propterea que ipse eidem Nicolao de Bethlen de et super eadem sumpma pecuniarum plenariam satisfactionem facere et impendere, pre tactas quoque portiones possessionarias annotati Iohannis Chapy ab eodem Nicolao pro se rehabere vellet et promptus foret lege regni requirente; habitaque huiusmodi protestatione mox idem Iohannes Erdely prefatum Iohannem Chapy a venditione et inscriptione pre tactarum portionum possessionariarum suarum, annotatum vero Nicolaum de Bethlen ab emptione et quovis sub colore pro se reappropriatione earundem prohibuit et contradixit publice et manifeste coram nobis, vigore et testimonio presentium mediante. Datum feria sexta proxima post
1497. aug. 11. festum beati Nicodemi martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo.

Eredetije papíron, hátán pecsét maradványaival, *7445*.

CXLV.

Budán, 1498. febr. 26.

II. Ulászló a Szilvásy Ambrus és fiai András és Gál magvaszakadtán a koronára szállt kolosvármegyei Mezőszilvás felét hű szolgálataiért udvarnokának Cseszeliczky Mátyásnak adományozza.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate, et servitiis fidelis nostri egregii Mathie Chezelyczky aulici nostri per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone et condam serenissimo principi domino Mathie regi immediato predecessori nostro bone memorie, deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum

omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, directam videlicet et equalem medietatem possessionis Mezewzylwas in partibus regni nostri Transsilvanarum *) in comitatu de Colos existentis habitam, que per mortem et defectum seminis nobilium condam Ambrosii Zylwasy, ac Andree et Galli filiorum eiusdem ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam consequenterque collationem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni consuetudinem atque legem rite et legitime devoluta esse perhibetur et redacta, simul cum omni iure nostro regio, si quod in prescripta medietate possessionis Mezewzylwas prenotate etiam alias qualitercunque haberemus aut eadem nostram quibuscunque viis, modis et rationibus concerneret maiestetem, ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissisque sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Mathie Chezelyczky, eiusdemque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria secunda proxima post festum beati Mathie apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno octavo, Bohemie vero vigesimo octavo. 1498. febr. 26.

II. Ulászló 1498. aug. 10-én kelt levelében, hátrább.

---

*) Igy, *Transsilvanis* helyett.

CXLVI.

(Kolosmonostoron) 1498. mart. 4.

A kolosmonostori convent előtt Kende János az Erdélyi János nevében Báthori Miklós váczi püspököt és testvérét Györgyöt a tordavármegyei Pináron, Rücsön és Mezősályin s a kolosvármegyei Ercsén, Oláhszentpéteren, Szentgyörgyön, Szentmártonban, Tuzsonban, Velkéren és Méhesen levő birtokrészeik eladásától s Bethleni Miklóst azok megvételétől eltiltja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod Iohannes Kende familiaris et officialis egregii Iohannis Erdely de Somkerek per ipsum in possessione sua Kalyan vocata constitutus nostram veniendo in presentiam, in persona eiusdem domini sui per modum protestationis nobis significare curavit in hunc modum, quod prout idem Iohannes Erdely protestando percepisset, reverendus dominus Nicolaus de Bathor episcopus ecclesie Waciensis et magnificus Georgius de eadem Bathor totales portiones ipsorum possessionarias in possessionibus Pynar, Rywch et Mezewsaly in Thordensi ac Erche, Olahzenthgyergh, Zenthmarton, Zenthpeter, Thwson, Welker et Mehes in de Colos comitatibus existentibus habitas egregio Nicolao de Bethlen pro quadam pecuniarum quantitate vendidisset et inscripsisset perpetuo possidendas in preiudicium et dampnum prefati protestantis valde magnum, cum tamen emptio earundem ipsum Iohannem Erdely protestantem ratione propinquioris vicinitatis magis quam annotatum Nicolaum Bethleny concerneret; habitaque huiusmodi protestatione mox prefatus Iohannes Kende ut dicitur in persona ipsius Iohannis Erdely domini sui prelibatos dominos Nicolaum episcopum et Georgium Bathori a venditione et inscriptione dictarum totalium portionum ipsorum possessionariarum, dictum vero Nicolaum Bethleny ab emptione, pro se statui factione et appropriatione earundem quomodolibet iam factis vel fiendis prohibuit et contradixit publice et manifeste coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum
1498. mediante. Datum in dominica Invocavit, anno domini Mille-
mart. 4. simo quadringentesimo nonagesimo octavo.

Lecta per Zwchky notarium.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *5283.*

CXLVII.

(Székesfehérváron) 1498. apr. 10.

A székesfehérvári keresztesek conventje jelenti II. Ulászlónak, hogy parancsára Cseszeliczky Mátyást a kolosvármegyei Mezőszilvás felének birtokába ellenmondás nélkül beiktatta.

Conventus cruciferorum ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. domini nostri gratiosissimi introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes et directas omni cum reverentia recepimus in hec verba:

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie cruciferorum de Alba salutem et gratiam. Cum nos attentis et consideratis fidelitate et servitiis fidelis nostri egregii Mathie Chezelyczky aulici nostri per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone et condam serenissimo principi domino Mathie regi immediato predecessori nostro bone memorie, deinque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis directam videlicet equalem medietatem possessionis Mezewzylwas vocate, in partibus regni nostri Transsilvanarum *) in comitatu de Colos existentis habitam, que per mortem et defectum seminis nobilium condam Ambrosii Zylwasi ac Andree et Galli filiorum eiusdem ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam, consequenterque collationem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consuetudinem atque legem rite et legitime devoluta esse perhibetur et redacta, simul cum omni iure nostro regio, si quod in prescripta medietate pre tacte possessionis Mezewzylwas etiam alias qualitercun-

*) Így, *Transsilvanis* helyett.

que haberemus aut eadem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concerneret maiestatem ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Mathie Chezelyczky, eiusdemque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium eiusdem medietatis et consequenter dicti iuris nostri regii in eadem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes Wayuoda de Olahgorbo vel Valentinus de Deche, aut Petrus de Almad vel Ladislaus de Kecheth aliis absentibus homo noster regius ad faciem prescripte medietatis dicte possessionis Mezewzylwas, portionis dicti condam Ambrosii Zylwasy et prefatorum filiorum suorum, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Mathiam Chezelyczky in dominium eiusdem et dicti iuris nostri regii in eadem habiti, statuatque eandem et idem eidem simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure ipsi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Mathiam ad terminum competentem vayvode nostri illarum partium nostrarum Transsilvanarum in presentiam rationem contradictionis eorundem reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, medietatis etiam inibi statuende nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem vayvode nostro fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda pro-
1498. febr. 26. xima post festum beati Mathie apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno octavo, Bohemie vero vigesimo septimo.

Unde nos mandatis prefati domini nostri regis semper et in omnibus obedire volentes ut tenemur, una cum prenomi-

nato Valentino de Deche homine sue serenitatis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Paulum presbyterum cruciferum, socium nostrum conventualem ad premissam statutionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod ipsi feria secunda proxima mart. 26.
post festum Annunciationis beate Marie virginis proxime preteritum et aliis diebus sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad faciem pre titulate possessionis Mezewzylwas consequenterque medietatis eiusdem possessionis, portionis scilicet dicti condam Ambrosii Zylwasy et filiorum suorum prenotatorum, vicinis et commetaneis eiusdem universis et signanter nobilibus Iohanne Wayuoda, Sandrino similiter Wayuoda, Nicolao Petherfy de Olahgorbo, Ladislao de Lwpsa et Stephano de Bogath aliisque nonnullis probis *) inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, idem homo prefati domini nostri regis ipso nostro testimonio presente introduxisset prefatum Mathiam Chezelyczky in dominium eiusdem et dicti iuris regii in eadem habiti, statuissetque eandem et idem eidem simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure ipsi incumbenti perpetuo possidendam, nullo penitus inibi neque demum coram nobis contradictore apparente, legitimis etiam diebus et horis congruis in faciebus eiusdem moram faciendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introdu- 1498.
ctionis et statutionis predictarum, anno domini supra dicto, apr. 10.
venerabili et religiosis Ladislao preceptore, magistro Georgio lectore, Anthonio cantore, altero Georgio custode ceterisque fratribus ecclesie nostre feliciter existentibus.

II. Ulászló király 1498. aug. 10-én kelt megerősítő levelében, hátrább.

---

*) Valószínűleg *et nobilibus viris* kimaradt.

CXLVIII.

Budán, 1498. aug. 10.

II. Ulászló a Cseszeliczky Mátyás kérésére Mezőszilvásra vonatkozó adománylevelét a székesfehérvári keresztesek conventjének iktató levelével együtt privilegialis alakban átírja.

Wladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, necnon Slesie et Lucemburgensis dux, marchioque Moravie et Lusatie etc. omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Congruit regie celsitudini et ad laudem accedit perhennem, ut de se benemeritos, in quos opes sue munificentie ob servitiorum gratissima merita liberaliter produxit, in largitis per eam opibus clementia regat, foveat benivolentia atque ut per eos ipsorumque posteros largita stabiliter possideant, suorum patrocinio privilegiorum memorie commendent sempiterne. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod fidelis noster egregius Mathias Chezelyczky aulicus noster nostrum veniens in conspectum exhibuit coram nobis et produxit quasdam binas literas, unam nostram donationalem patenter in pargameno confectam secretoque sigillo nostro impressive consignatam, quibus mediantibus nos consideratis servitiis eiusdem Mathie Chezelyczky, que nobis et huic regno nostro exhibuit et modo quoque exhibet, directam et equalem medietatem possessionis Mezewzylwas, portionem videlicet nobilium condam Ambrosii Zylwasy ac Andree et Galli filiorum eiusdem per mortem et defectum seminis eorundem ad nos sacramque dicti regni nostri Hungarie coronam devolutam, eidem suisque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum contulisse dinoscebamur, alias vero honorabilis ecclesie cruciferorum de Alba superinde statutorias similiter in pargameno privilegialiter confectas tenorum infra scriptorum, supplicando maiestati nostre idem Mathias, ut easdem utrasque literas ac omnia et singula in eis contenta ratas, gratas et accepta habentes, literisque nostris privilegialibus verbotenus inseri et inscribi fa-

cientes pro se, suisque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum nostre videlicet donationis tenor talis est: Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie — — *sat., l. a király 1498. febr. 26-án kelt oklevelét elébb CXLV. sz. a.* — Alterius vero tenor talis est: Conventus cruciferorum ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani domus — — *sat., l. a convent 1498. apr. 10-én kelt oklevelét elébb CXLVII. sz. a.* — Nos igitur premissa supplicatione prefati Mathie Chezelyczky maiestati nostre modo quo supra porrecta regia benignitate exaudita et clementer admissa prescriptas utrasque literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, presentibusque literis privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, approbamus et ratificamus, easque et omnia in eis contenta pro prefato Mathia Chezelyczky, suisque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmamus, salvis semper iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici duplicis secreti sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum Bude, in festo beati Laurentii martyris 1498.
anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, aug. 10.
regnorum nostrorum Hungarie etc. anno nono, Bohemie vero vigesimo nono.

A kolosmonostori conventnek 1501. évben — a nap datum a függő pecséttel együtt leszakadt — özvegy farnasi Weres Benedekné, a somkereki Erdélyi Miklós leánya Ilona asszony kérésére hártyán kiadott átíratában, *7032.*

CXLIX.

(Kolosmonostoron) 1498. sept. 14.

A kolosmonostori convent előtt rődi Cseh Márk a kolosvármegyei Rődön levő birtokrészét, háza és nemesi udvarháza kivételével, Erdélyi Mártonnak tizenhat arany forintért zálogba veti.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nobilis Marcus Cheh de Rewd coram nobis personaliter constitutus ministerio vive vocis spontaneaque sua voluntate confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens summe urgentibus evitandis totalem portionem suam possessionariam in possessione Rewd predicta, in comitatu de Colos existenti habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, demptis dumtaxat domo et curia nobilitari suis in eadem possessione Rewd habitis ac pertinentiis earundem universis similiter de iure et ab antiquo ad easdem domum et curiam nobilitarem usis et possessis, sed et silvis permissionalibus intra metas eiusdem possessionis Rewd adiacentibus egregio Martino Erdely de Somkerek pro sedecim florenis auri puri ab eodem ut dixit iam plene receptis et habitis pignori duxisset obligandam, imo impignoravit et obligavit nostri in presentia eo modo, quod dum et quandocunque futuri temporis in eventu annotatus Marcus Cheh pre tactam totalem portionem suam possessionariam a prefato Martino Erdely ad se redimere voluerit, extunc idem rehabitis prius dictis sedecim florenis auri, pecuniis scilicet suis, eandem eidem simul cum prescriptis cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet litigionario processu absque omni pacifice et quiete remittere et resignare deberet et teneretur, assumpmendo nichilominus memoratus Marcus Cheh eundem Martinum Erdely in pacifico dominio ipsius totalis portionis sue possessionarie, demptis uti premittitur quibus supra, infra tempus redemptionis eiusdem contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et actores protegere et conservare

propriis suis laboribus et expensis, vigore et testimonio presentium mediante. Datum in festo Exaltationis sancte Crucis, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo. 1498. sept. 14.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7257.*

CL.

Budán, 1498. nov. 19.

II. Ulászló Erdélyi Jánosnak hű szolgálataiért, a birtokai után fizetendő ötvenedből évenként negyven arany forintot vagy annyi értékű juhot elenged.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos cum consideratione fidelitatis et servitiorum fidelis nostri egregii Iohannis Erdely filii condam Stephani similiter Erdely de Somkerek per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone, et expost etiam nostre maiestati cum summa fide et fidelitatis perseverantia exhibitis et impensis, tum vero et precipue cum idem Iohannes Erdely etiam alioquin superinde certas literas serenissimi principis condam domini Mathie regis predecessoris nostri bone memorie, per eundem dominum regem prefato condam Stephano pro servitiis eiusdem datas et concessas habeat, quas nos in specie vidimus, de illis proventibus nostris quinquagesimalibus, que nobis de universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis ac aliis bonis eiusdem Iohannis ubivis in partibus regni nostri Transsilvanensibus habitis provenire debent, eidem Iohanni Erdely vita sibi comite singulis annis singulos quadraginta florenos auri, vel pro huiusmodi quadraginta florenis oves, secundum quod in eisdem partibus vendi solent, duximus relaxandos ac dandos et deputandos, imo relaxamus, damusque et deputamus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris venerabili Sigismundo preposito de Lelez moderno futurisque thezaurariis nostris, item dicatoribus et exactoribus eiuscemodi proventuum nostrorum quin-

quagesimalium in dictis partibus regni nostri Transsilvanis nunc constitutis et in futurum constituendis presentes visuris harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus amodo in posterum prefato Iohanni Erdely infra vitam ut premittitur eiusdem de prescriptis proventibus nostris quinquagesimalibus de dictis bonis eiusdem nobis provenire debendis singulis annis singulos quadraginta florenos vel pro eisdem oves modo premisso dare et deputare, atque huiusmodi quinquagesimam nostram de prescriptis bonis suis minus prefatis quadraginta florenis exigere et exigi facere debeatis, neque propterea populos et iobagiones eiusdem in personis aut rebus et bonis eorum quibusvis impedire, molestare seu dampnificare presumatis, nec sitis ausi modo aliquali, gratie nostre sub obtentu; presentibus perlectis exhibenti restitutis.
1498. nov. 19. Datum Bude, in festo beate Elizabet vidue anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno nono, Bohemie vero vigesimo nono.

Relatio venerabilis Sigismundi
prepositi et thesaurarii regie
maiestatis.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7357.*

CLI.

(Kolosmonostoron) 1499. apr. 16.

A kolosmonostori convent jelenti Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajdának, hogy parancsára Sombori Pétert a teremi Sikesd Miklós leányaival folyó perben elébe idézte.

Magnifico domino Petro comiti de Sancto Georgio et de Bozyn vayvode Transsilvano et comiti siculorum, domino eorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Vestra noverit magnificentia, nos literas vestras evocatorias et insinuatorias nobis directas honore quo decuit recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Petrus comes de Sancto Georgio et de Bozyn vay-

voda Transsilvanus et comes siculorum amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis sabbato proximo post apr. 6.
festum beati Ambrosii doctoris hic in oppido Nemethy constitutis et existentibus egregius Martinus Erdely de Sonkerek in personis nobilium dominarum Magdalene sue ac Katherine Salathielis de Moch consortum, filiarum vero condam Nicolai Sykesd de Theremi ex condam nobili domina Dorothea consorte dicti Nicolai Sykesd procreatarum nostram veniendo in presentiam exhibuit et presentavit nobis quasdam literas egregii Petri de Sombor obligatorias in papiro patenter confectas, sigilloque eiusdem clenodiali in inferiori margine impressive assignatas hunc tenorem continentes: Nos Petrus de Sombor — — *sat., l. Sombori Péter 1494. dec. 17-én kelt oklevelét elébb CXXX. sz. a.* — Quibus exhibitis et presentatis prefatus Martinus Erdeli in personis annotatarum dominarum allegavit eo modo, quod si iuri consonaret et equitati videretur, extunc eedem domine, in quas mortua prelibata domina Dorothea matre ipsarum presens causa foret condescensa, memoratum Petrum de Sombor nostram in presentiam contra se legitime evocari facere vellet lege regni requirente. Et quia allegatio dicti Martini Erdely in personis ante dictarum dominarum coram nobis modo premisso facta nobis iusta et iuri consona fore videbatur et admitti debebat, pro eo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gregorius Cheh de Rewd vel alter Gregorius similiter Cheh de eadem, (sive) Petrus modo simili Cheh de eadem seu alter Petrus similiter Cheh, seu Salathiel Henke de Gewrgfalwa sive alter Salathiel similiter Henke de eadem, neve Stephanus de Swk sin Thomas Gaspar de Kyde, namque Michael Thewky de Lona nempe Blasius Theke, vel Iohannes similiter Theke aut Emericus Theke de Kebles, sin Stephanus de Chomaffaya aut Nicolaus Boncza de Frata aliis absentibus homo noster evocet prefatum Petrum de
Sombor ad premissa ad octavas festi beati Georgii martyris maj. 1.
contra annotatas dominas exponentes nostram in presentiam rationem de premissis redditurum efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem ei-

dem, ut sive ipse octavis in predictis coram nobis compareat, sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris; et post hec huiusmodi evocationis et insinuationis seriem cum nomine evocati octavas ad predictas nobis amicabiliter rescribatis.
1499. apr. 6. Datum die et loco in predictis, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.

Nos itaque premissis amicabilibus petitionibus vestris annuentes ut tenemur, una cum memorato Nicolao Boncza de Fratha homine vestro nostrum hominem videlicet discretum Mathiam presbyterum plebanum possessionis nostre Thyborch vocate, unum ex nobis ad premissas evocationem et insinuationem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis
apr. 13. uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi sabbato proximo ante dominicam Misericordia Domini noviter preteritam ad possessionem Kys Eskelew vocatam insimul accessissent, ubi idem homo vester dicto nostro testimonio presente annotatum Petrum Sombori de portione sua possessionaria in
maj. 1. eadem habita contra dictas dominas exponentes ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas vestram evocasset in presentiam rationem de premissis redditurum efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, * insinuasset ibidem eidem, ut sive ipse octavis in predictis coram vobis compareat, sive non, vos ad partis comparentis instantiam * id facietis in premissis, quod dictaverit ordo iuris.
1499. apr. 16. Datum quarto die diei evocationis et insinuationis predictarum, anno domini supra dicto.

correcta per Iohannem de Zwchk notarium.

Kivűl: Domino vayvode Transsilvano pro nobilibus dominabus Magdalena egregii Martini de Somkerek et Katherina Salatielis de Moch consortibus, contra egregium Petrum de Sombor ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas evocationis et insinuationis relatio.

Eredetije papíron, záró pecsét maradványával, *7695*. A * — * közt levő rész, valamint ezen a lapon felülről a 17. sorban vakarás után beírt *Kys Eskelew* s a megelőző lapon felülről a 11. sorban *eiusdem* a Suki János jegyző betoldásai.

CLII.

Szilváson, 1499. apr. 29.

Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajda előtt Szilvási János özvegye Borbála asszony a férje és fia, néhai Szilvási Ambrus javaiból őt megillető jegyajándékát és hozományát tizenkét arany forintért Cseszeliczki Mátyásnak és nejének örökbe vallja.

Nos Petrus comes de Sancto Georgio et de Buzyn vayvoda Transsilvanus et comes siculorum memorie commendamus, quod nobilis domina Barbara relicta condam Iohannis de Siluas ab una, parte vero ex altera egregius Mathias Chezelychki de eadem Siluas ac nobilis domina Elena consors eiusdem, filia vero condam Ambrosii de dicta Siluas coram nobis personaliter constituti, per eandem dominam Barbaram sponte et libere confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quomodo ipsa certis et rationabilibus ex causis animum suum ad id moventibus, tum etenim ob amorem et caritatem, quam ipsa domina erga prefatos Mathiam Chezelychki et dominam Elenam consortem eiusdem gerere dinoscitur, dotem et res suas parafernales eidem de universis bonis et iuribus possessionariis dicti condam Iohannis de Syluas domini et mariti sui provenientes, necnon totum et omne ius suum omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam ipsa in prefatis possessionibus antefati condam Ambrosii filii sui haberet vel in futurum se habere speraret quoquomodo, ac portionem suam eidem de equis equatialibus dictorum condam Iohannis de Syluas domini et mariti ac Ambrosii filii suorum provenientes prefatis Mathie Chezelechki ac domine Elene consorti eiusdem, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset et ascripsisset, imo dedit et ascripsit in ipsosque Mathiam Chezelychky et dominam Elenam consortem eiusdem transtulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, ita tamen, quod prefati Mathias Chezelychky et domina Elena consors eiusdem annotate domine Barbara du(o)decim florenos auri solvere modo infra scripto debeant et teneantur, quorum videlicet sex in

sept. 29. festo beati Michaelis archangeli, reliquos vero sex in festo nov. 11. beati Martini episcopi et confessoris diebus videlicet post se se immediate sequentibus proxime affuturis dare et persolvere deberent et tenerentur, hoc adiecto et specialiter declarato, quod ipsi Mathias Chezelychky et domina Elena consors eiusdem unum equum de dictis equis equatialibus in agone mortis sue testamentaliter legare aut alio tempore pro salute anime sue dare, cuicunque maluerit, posset atque valeret, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Zyluas predicta, feria secunda proxima ante festum 1499. apr. 29. beatorum Philippi et Iacobi apostolorum anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.

A kolosmonostori conventnek 1501. *in festo Nativitatis beate et gloriosissime virginis Marie* (sept. 8.) özvegy Veres Benedekné Erdélyi Ilona kérésére papíron kiadott átíratában, *7772.*

CLIII.

Kolosváron, 1499. aug. 12.

Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajda előtt Suki István a kolosvármegyei Kőtelen határában levő halastó helyét háromszáz arany forintért Erdélyi Jánosnak örökbe vallja.

Nos Petrus comes de Sancto Georgio et de Bozyn vayvoda Transsilvanus et comes siculorum memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nobilis Stephanus de Swk personaliter coram nobis constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse certis et rationabilibus ex causis animum suum ad id moventibus quendam locum unius piscine sue in territorio possessionis Kewthelen vocate in comitatu Colosiensi existentis, quem scilicet locum piscine idem Stephanus populis et iobagionibus suis in predicta possessione Kewthelen commorantibus ad replendam, recludendamque et preparandam piscinam dedisset et annuisset, et iam de facto iidem iobagiones sui in certa parte repleri incepissent, penes quandam piscinam populorum et iobagionum ipsius Stephani in iam fata possessione Swk vocata in eodem comitatu Colo-

siensi existenti commorantium et in territorio prescripte possessionis Kewthelen et a parte possessionis Kalyan vocate adiacentem simul cum cunctis utilitatibus et pertinentiis eiusdem loci piscine quibuslibet egregio Iohanni Erdely de Somkerek, ac heredibus et posteritatibus ipsius universis pro trecentis florenis auri puri veri, boni et iusti ponderis de eodem Iohanne iam plene habitis et receptis dedisset, vendidisset et in perpetuum ascripsisset, imo dedit, vendidit et in evum ascripsit, nil iuris nilve proprietatis et dominii in eodem loco piscine pro se ipso reservando, sed totum et omne ius suum proprium, omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam in dicto loco piscine qualitercunque haberet vel in futurum habere speraret quoquomodo, in prelibatum Iohannem Erdely, ac suos heredes et posteritates universos transtulisset pleno iure, assumendo nihilominus prelibatus Stephanus de Swk annotatum Iohannem Erdely et cunctos heredes ipsius in pacifico dominio antelati loci dicte piscine contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et actores suis propriis laboribus et expensis tueri, protegere et defensare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Iohanni Erdely duximus concedendas. Datum in civitate Coloswariensi, feria secunda proxima post festum beati Thiburtii martyris anno domini Millesimo quadringen- 1499. aug. 12.
tesimo nonagesimo nono.

Egykorú másolata papíron, *6632.*

CLIV.

Budán, 1500. jan. 2.

II. Ulászló a néhai Gerendi Miklós kiskorú fiait Lászlót, Pétert, Mátyást és Miklóst anyjok és mostoha apjok ellenében védelmébe veszi s megparancsolja Erdélyi Jánosnak és Mártonnak, hogy nevezetteket anyjok, mostoha apjok és bárminő törvénytelen háborgatók ellen jogaikban védelmezzék meg.

commissio propria domini regis.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris egregiis Iohanni et Martino Erdely de Somkerek salutem et gratiam. Exponit maiestati nostre fidelis noster Ladislaus filius egregii condam Nicolai de Gerend in sua ac Petri, Mathie et Nicolai fratrum suorum carnalium personis, quomodo his superioribus diebus nobilis domina Clara relicta dicti condam Nicolai de Gerend, genitrix scilicet ipsorum exponentium se ad secunda vota transferendo cuidam Rwbik homini scilicet advene nupsisset, illumque penes se in domum paternam eorundem exponentium secum moraturum induxisset, ubi ipsi Rwbik et domina Clara universa et quelibet bona mobilia simul cum universis portionibus et iuribus possessionariis ipsorum exponentium a dicto condam Nicolao de Gerend patre eorum in ipsos devolutis et condescensis eo, quod iidem exponentes propter eorum imperfectam etatem tuitioni et defensioni huiusmodi bonorum, portionumque et iurium possessionariorum ipsorum commode intendere nequirent, totaliter pro se ipsis occupassent et in manus eorum recepissent, bonaque ipsa mobilia dietim inutiliter variis comminationibus aliisque modis expenderent, consumerent et distraherent, prescriptas vero portiones et iura possessionaria, colonos et iobagiones in eisdem commorantes continuis exactionibus vexando et molestando desolarent in ipsorum exponentium preiudicium atque dampnum valde magnum, unde supplicavit idem Ladislaus in sua ac prefatorum Petri, Mathie et Nicolai fratrum suorum personis maiestati nostre, ut eis circa premissa de remedio opportuno providere dignaremur

gratiose. Cum autem prefata domina Clara nichil plus iuris preter dotem et res parafernales iuxta partium illarum consuetudinem sibi provenire debentes in prenotatis portionibus et iuribus possessionariis habere dinoscatur, nolentes igitur nos eosdem exponentes precipue propter premissam ipsorum [imperfectam] etatem huiusmodi eorum iuribus et bonis modo premisso indebite et minus iuste destitui et [dampni]ficari, ipsos simul cum dictis eorum portionibus et iuribus possessionariis, rebusque et bonis universis, [iustis] utputa et legitimis in nostram regiam recepimus protectionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis [defensi]onem et protectionem huiusmodi persone vestre commisimus et committimus per presentes. Quocirca fidelitati [vestre] harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus amodo deinceps prefatos exponentes in dictis eorum portionibus et iuribus possessionariis, rebusque et bonis aliis quibusvis, iustis utputa et legitimis tanquam ut prefertur in nostre maiestatis protectionem receptis contra prefatos Rwbik et dominam Claram ac quoslibet alios illegitimos impetitores protegere, tueri ac defensare ac manutenere modis omnibus debeatis et teneamini nostre maiestatis in persona, auctoritateque nostra regia presentibus vobis in hac parte [speciali]ter attributa et iustitia mediante, secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, secundo die festi Circumcisionis Domini anno eiusdem Millesimo quingentesimo. 1500. jan. 2.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7291.*

CLV.

Kolosváron, 1500. jan. 31.

Szentgyörgyi Péter erdélyi vajda előtt Erdélyi János és Márton mint a Gerendi Miklós gyermekeinek gyámjai Magyar- és Oláhbányabükkit s a gerendi hegyen levő szőlőt a gyermekek teljes koruságáig az özvegynek általengedik.

Nos Petrus comes de Sancto Georgio et de Bozyn vayvoda Transsilvanus et comes siculorum memorie commendamus, quod egregii Iohannes et Martinus Erdely de

Somkerek tutores bonorum et iurium possessionariorum nobilium Ladislai, Petri, Mathie et Nicolai filiorum, ac nobilium puellarum Sophie et Clare filiarum condam Nicolai de Gerend coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi certis bonis respectibus nobili domine Clara vocate alias relicte dicti condam Nicolai de Gerend, nunc vero consortis egregii Cherubyn Rubynth vocati, matri scilicet pre tactorum Ladislai, Petri, Mathie et Nicolai filiorum, ac Sophie et Clare filiarum possessiones Magyarbanabyky et Olahbanabyky ac domum nobilitarem ibidem habitam cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem de iure spectantibus et pertinere debentibus simul cum molendino ac piscina in territorio dicte possessionis Magyarbanabyky in fluvio sive rivulo ibidem decurrenti in Colosiensi, necnon medietate cuiusdam vinee in promontorio predicte possessionis Gerend appellate in Thordensi comitatibus existentes habitas, pariter cum pecoribus pecudibusque, ac rebus allodialibus et clenodiis domorum ibidem habitis infra tempus, quo ipsi Ladislaus, Petrus, Mathias et Nicolaus filii, ac Sophia et Clara filie dicti condam Nicolai de Gerend ad perfectam etatem pervenerint, dedissent et annuissent tenendas, possidendas et utendas, ita tamen, quod dum prefati filii ac filie ante dicte annotati condam Nicolai de Gerend ad perfectam etatem pervenerint, tunc iidem Ladislaus, Petrus, Mathias et Nicolaus, ac puelle Sophia et Clara in dictis bonis et iuribus possessionariis ipsorum, si voluerint, eandem dominam matrem eorum tenere valerent atque possent, alioquin facta eidem domine plenaria satisfactione de dote et rebus parafernalibus suis, eandem dominam matrem ipsorum de prescriptis iuribus possessionariis eorum liberam haberent excludendi potestatis facultatem, hoc adiecto et specialiter declarato, quod si tempore medio ipsa domina prescriptas possessiones ac bona et iura possessionaria dictorum puerorum Ladislai, Petri, Mathie et Nicolai, necnon Sophie et Clare desolaret aut dissiparet quovismodo, extunc iidem Iohannes et Martinus Erdely tutores prescriptorum iurium possessionariorum ante dictorum puerorum, redditis eidem domine et restitutis dote et rebus parafernalibus suis, ipsam

dominam de dictis bonis et iuribus possessionariis dictorum puerorum excludere et ejicere valerent atque possent, liberamque haberent potestatis facultatem, testimonio presentium mediante. Datum in civitate Coloswariensi, feria sexta proxima ante festum Purificationis beate Marie virginis anno domini Millesimo quingentesimo. 1500. jan. 31.

Lecta.

Eredetije papíron, alján viasz pecséttel, *7261.*

CLVI.

Kolosváron, 1500. dec. 12.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi János, Tamás és Márton a Szásznemegye és Németi, Somkerek és Németi, Csépán és Terpen közt s végre az Egres határában levő halastavak és halastóhelyek felett megosztoznak.

Nos Petrus comes, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis et domini domini Wladislai regis Hungarie, Bohemie etc. vayvodaque Transsilvanus et comes siculorum etc. memorie commendamus, quod egregii Iohannes, Thomas et Martinus Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se deliberatione prehabita talem inter se ipsos fecissent divisionem piscinis et locis piscinarum in subscriptis perpetuo duraturam, quod primo duo loca piscinarum, unum inter possessiones Zaznemege et Nemethy vocatas et alium subtus Soskwth inter piscinam dicti Martini et locum piscine annotati Thome Erdely, necnon unam piscinam infra quandam piscinam Nagtho appellatam inter possessiones Somkerek et Nemethy predictas adiacentem habitam dicto Iohanni Erdely, item prescriptum Nagtho et unum locum piscine intra metas possessionis Egres appellate adiacentem annotato Thome Erdely, item similiter unum locum piscine infra possessionem Chepan a parte possessionis Therpen habitum et unam piscinam supra dictum Soskwth in fine videlicet prescripte piscine Nagtho existentem situatam, omnino in comitatu Zolnok in-

teriori adiacentes prenominato Martino Erdeli simul cum cunctis eorundem et earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eadem et easdem rite et legitime spectare debentibus cedi fecissent in divisione per ipsos, ac eorum heredes et posteritates universos iure perpetuo tenendas, possidendas pariter et habendas, hoc specialiter declarato, quod prefatus Martinus Erdely dum aggerem dicti loci piscine infra Chepan habiti repleri facere voluerit, tunc ipsum aggerem tantummodo in tantum elevari faciat, ut per tumefactionem aque eidem possessioni Chepan aliquid periculi evenire ne contingat, hoc non pretermisso, quod quilibet eorum suis in piscinis prescriptis molendinum erigendi habeant potestatis facultatem, tali obligaminis vinculo mediante, quod si qui(s)piam ipsorum futuri temporis in eventu premissam divisionem dissolvi ac eidem contraire attemptaret et exinde lites inchoari contingeret, extunc talis eorum premissa confringendo contra alios premissa suo modo exsequentes et ea omnia firmiter observantes solum vigore presentium mediante in mille florenis auri convinceretur et convinci deberet ipso facto; ad que premissa et quevis premissorum singula iidem Iohannes, Thomas et Martinus Erdely se personalibus eorum astantiis sponte obligarunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Coloswar, sabbato proximo
1500. dec. 12. post festum Conceptionis beate Marie virginis anno domini Millesimo quingentesimo.

Eredetije papíron két példányban, alján viasz pecsét maradványaival, *7358.*, *7504.*

CLVII.

Kolosváron, 1500. dec. 13.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi János, Tamás és Márton az Udvarhely, Beréte és Somkerek határán levő halászó helyek felett megosztoznak.

Nos Petrus comes, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis et domini domini Wladislai regis Hungarie, Bohemie etc. vayvodaque Trans-

silvanus et comes siculorum etc. memorie commendamus, quod egregii Iohannes, Thomas et Martinus Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se deliberatione prehabita talem inter se ipsos fecissent stagnis in subscriptis divisionem perpetuo duraturam, quod primo unum stagnum seu piscaturam intra metas possessionis Wdwarhel adiacens annotato Iohanni Erdely, item aliud stagnum sive piscaturam in territorio possessionis Berethe habitum dicto Thome Erdely, item loco eorundem stagnorum unum locum piscine in valle Sthendel nuncupata intra metas prescripte possessionis Somkerek, omnino in comitatu Zolnok interiori existentium adiacentia prenominato Martino Erdeli cedi fecissent in divisione simul cum universis utilitatibus ipsorum per ipsos iure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, possidenda pariter et habenda, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Coloswar, in festo beate Lucie virginis et martyris anno domini Millesimo quingentesimo. 1500. dec. 13.

Eredetije papíron, alján viasz pecséttel, *7318.*

CLVIII.

Kolosváron, 1500. dec. 13.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi János és Márton amaz gerebenesi birtokrészét, három méhesi jobbágytelkét és halastavát s Móricz határán levő tizenkét kaszásra való rétjét, ez pedig gernyeszegi és sáromberki birtokrészét illetőleg örökös cserszerződésre lépnek.

Nos Petrus comes, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis et domini domini Wladislai regis Hungarie, Bohemie etc. vayvodaque Transsilvanus et comes siculorum etc. memorie commendamus, quod egregii Iohannes Erdely de Somkerek ab una, ac Martinus similiter Erdely de eadem partibus ex altera coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se deliberatione

prehabita talem inter se ipsos fecissent concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo annotatus Iohannes Erdely totalem portionem suam possessionariam in possessione Gerebenes vocata in Thordensi ac tres sessiones suas iobagionales, unam earundem populosam, in qua ad presens quidam Sala dictus residentiam faceret specialem, et alias duas desertas penes eandem sessionem populosam in possessione Mehes appellata, necnon unam piscinam suam intra metas eiusdem possessionis Mehes et pratum seu fenile se ad duodecim falcastra extendens in territorio possessionis Morycz vocate, omnino in de Colos comitatibus existentibus habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, silvis, nemoribus, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum earundem integritatibus prelibato Martino Erdely, econverso etiam idem Martinus modo simili totales portiones suas possessionarias in possessionibus Gernyezeg et Saromberek vocatis in dicto comitatu Thordensi existentibus habitas consimiliter simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus memorato Iohanni Erdely dedissent, tradidissent ac sibi invicem concambialiter permutassent iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, imo alter alteri dederunt et concambialiter permutarunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio
1500. literarum mediante. Datum in Coloswar, in festo beate Lucie
dec. 13. virginis et martyris anno domini Millesimo quingentesimo.

Eredetije papíron két példányban, alján viasz pecséttel, *5062.*

CLIX.

Szentkirályon, 1501. febr. 2.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt farnasi Veres Benedek özvegye Erdélyi Ilona azon föltétellel, hogy Mikes és Szelistye fele fölött szabadon rendelkezhessék, a megnevezett birtokokból férje után őt és Veres Jánost egyenlőképpen megillető negyedrészt ennek visszaadja.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis et domini domini Wladislai regis Hungarie, Bohemie etc. vayvodaque Transsilvanus et comes siculorum etc. memorie commendamus per presentes, quod nobilis domina Elena relicta egregii condam Benedicti Weres de Farnas, filia vero condam Nicolai Erdely de Somkerek ab una, ac egregius Iohannes Weres de prefata Farnas partibus ex altera coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsa domina Elena directas et equales medietates illarum medietatum totalium possessionum Mykes et Selestye vocatarum in comitatu Thordensi existentium habitas, quas alias prefatus condam Benedictus Weres iure perhennali pro se emerat, que utputa medietates possessionum ipsarum per mortem et decessum ipsius olim Benedicti Weres in eosdem Iohannem Weres et dominam Elenam equali iure condescense forent et redacte, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet qualitercunque vocitatis ad easdem medietates prescriptarum medietatum possessionum Mykes et Selesthye predictarum de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus eidem Iohanni Weres remisisset et resignasset pleno iure, imo remisit et resignavit coram nobis, hoc per expressum declarato, quod ipsa domina Elena alias medietates possessionum prescriptarum, portiones scilicet suas modo simili simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, quibus vel cui maluerit, vendendi legandique et a se alienandi liberam habeat potestatis facultatem, assumendo nichilominus prelibatus Iohannes

Weres dictam dominam Elenam in pacifico dominio prescriptarum portionum suarum possessionariarum contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et actores protegere et conservare; ad que premissa partes prenotate se personalibus eorum astantiis sponte obligarunt nostro in conspectu, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in possessione siculicali Zenthkyral vocata, in festo
1501. febr. 2. Purificationis beate Marie virginis anno domini Millesimo quingentesimo primo.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7252.*

CLX.

Budán, 1501. jun. 2.

II. Ulászló a gyilkos szándékkal fegyveresen Sima Gergelyt mint testvérét megtámadó és megsebző Sima Fülöpnek javait, hüséges szolgálataiért a Gergely fiának, Sima Mátyásnak adományozza.

Nos W[ladisl]aus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servitiis fidelis nostri nobilis Mathie Syma per eum inprimis sacre huius regni nostri Hungarie corone, deindeque maiestati nostre iuxta sue possibilitatis exigentiam exhibitis et impensis, universa bona et possessiones, portionesque et quelibet iura possessionaria ubivis et in quibuscunque comitatibus regni nostri existentibus habitas, que nobilis Philippi de eadem Syma prefuissent, sed ex eo, quod idem his superioribus diebus armatis et potentiariis manibus cum nonnullis complicibus suis in nobilem Gregorium patrem dicti Mathie Syma, fratrem videlicet condivisionalem et consanguineum suum in campo [re]pertum animo necandi irruisse ac eundem Gregorium Syma gravibus vulneribus affecisse, fraternumque sanguinem illius neque humane, neque divine legis habita ratione manu violenta et potenti effudisse dicitur, ad nos consequenterque collationem n[ostram] regiam iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legitime devo-

luta esse perhi[bent]ur et redacte, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pr[atis, pas]cuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluvius, p[iscinis, pisc]aturis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utili[tatum et pertinentiarum] suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub ipsarum veris metis et antiquis exis[tentibus, pr]emissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Mathie Syma, suisque heredibus et posteritatibus u[n]iversis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, quarto die festi Penthecostes anno domini Millesimo quingentesimo 1501. jun. 2.
primo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno undecimo, Bohemie vero tricesimo primo.

Relatio reverendi domini
Sigismundi Thurzo electi
Sirimiensis, secretarii regie maiestatis.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel s hátán *Rta folio CCCIIII anno 1501* följegyzéssel, *7642*.

CLXI.

(Kolosmonostoron) 1501. sept. 8.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi János a tordavármegyei Szentkirálynak felét háromszáz magyar forintért szilvási Cseszeliczki Mátyásnak örökbe vallja.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam serie presentium volumus pervenire, quod egregius Iohannes Erdeli de Somkerek in nostram veniens presentiam sponte et libere confessus

exstitit in hunc modum, quomodo ipse matura intra se deliberatione prehabita directam et equalem medietatem possessionis Zenthkyral, portionem utputa suam in comitatu Thordensi existentis habitam simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis et aquarum decursibus, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum integritatibus ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus egregio Mathie Chezelyczky de Siluas et per eum heredibus et posteritatibus eiusdem universis pro trecentis florenis hungaricalibus dedisset, donasset et inscripsisset, imo dedit, donavit et inscripsit nostri in presentia iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem in prescripta medietate idem Iohannes Erdeli pro se aut suis heredibus reservando, sed totum et omne ius in eadem habitum in prefatum Mathiam et suos posteritates universos transferendo pleno iure, assumendo nichilominus annotatus Iohannes Erdeli memoratum Mathiam et suos posteritates in pacifico dominio dicte medietatis contra quoslibet legitimos *) et actores tenere, tueri et defensare propriis suis laboribus et expensis, tali obligaminis vinculo mediante, quod si idem Iohannes Erdeli prefatum Mathiam Chezelyczky aut suos posteritates modo premisso in pacifico dominio pre tacte medietatis conservare nollet, non curaret, aut non posset quoquomodo, extunc idem Mathias Chezelyczky sed et posteritates eiusdem universi solum vigore presentium mediante in et ad dominium totalis portionis eiusdem Iohannis in possessione Bwl vocata in dicto comitatu Thordensi existenti habite ac tamdiu possidendi, fructusque et utilitates percipiendi, utendi et tenendi plenariam habeant potestatis facultatem, donec eidem Mathie vel suis heredibus super prescriptis trecentis florenis plenaria satisfactio impendatur, hoc etiam declarato, quod si prenominatus Iohannes Erdeli aut posteritates sive fratres eiusdem pre titulatam portionem in dicta possessione Bwl ha-

---

*) Talán *impetitores* kimaradt.

bitam pro dictis trecentis florenis ad se redimere voluerint, extunc idem Mathias Chezelyczky et posteritates eiusdem rehabitis prius pre taxatis trecentis florenis eandem portionem remittere debeant et teneantur, casu quo remittere recusarent, nollentque vel non curarent, extunc in perpetuali estimatione eiusdem portionis convincantur et convinci debeant ipso facto. Ad que idem Mathias se obligavit coram nobis, hoc denique non pretermisso, quod casu quo tempore solutionis prescriptorum trecentorum florenorum sepe fatus Mathias Chezeleczky in hoc regno Transsilvano non foret, extunc heredes et posteritates sui, que videlicet bona sua possessionaria eiusdem tenerent et possiderent, eosdem trecentos florenos levare teneantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo Nativitatis virginis gloriose, anno domini 1501.
Millesimo quingentesimo primo. sept. 8.

Eredetije hártyán, zöld és fehér selyem zsinóron függő pécséttel, *7249*.

CLXII.

(Kolosmonostoron) 1502. apr. 20.

A kolosmonostori convent előtt egyfelől Erdélyi János a maga s testvérei Tamás és Márton nevében, másfelől kézdi Sándor János magtalan haláluk esetére, amaz torda- és kolos-, ez pedig küküllő- és fehérvármegyei birtokaikat illetőleg kölcsönös örökösödési szerződésre lépnek.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod egregii Iohannes filius olim Stephani Erdeli de Somkerek ab una, ac alter Iohannes filius condam Simonis Sandor de Kyzd partibus ex altera coram nobis personaliter constituti parili voce spontaneaque eorum voluntate confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se ipsos deliberatione prehabita talem inter se ipsos fecissent dispositionem seu ordinationem perpetuo duraturam, quod primo si prefatum Iohannem Erdeli ac Thomam et Martinum similiter Erdeli fratres suos carnales uterinos absque heredum solatio mori contingeret, extunc

totale castellum seu fortalitium dicti Iohannis Erdely Gyernyezeg denominatum ac totales possessiones eiusdem Gyernyezeg, Sarpathak, Saromberek et Kwrthwelkapw in Thordensi, necnon Zylwas et Olahsarmas vocate in Colosiensi adiacentes et existentes, portionesque possessionarie in Chanad, Zederyes, Rych, Bell, Kok et Zah in dicto Thordensi, necnon Faragho, Zenthmarthon, Thwson, Mehes et Welkheer possessionibus vocatis in predicto Colosiensi comitatibus existentibus habite simul cum cunctis eiusdem et earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, utputa terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, vineis et vinearum promontoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis ac molendinis, necnon piscinarum et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem et earundem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis ad idem et easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus in prenotatum Iohannem Sandor ac egregiam dominam Gera vocatam consortem eiusdem Iohannis Sandor, heredesque et posteritates eorundem universos condescendi deberent et devolvi perpetuo et irrevocabiliter per eosdem Iohannem Sandor ac dominam consortem suam, heredesque et posteritates eorundem tenende, possidende pariter et habende pleno iure; econverso etiam si prenominatum Iohannem Sandor modo simili absque heredum gratulamine e seculo decedere contingeret, extunc totale oppidum dicti Iohannis Sandor Dychewzenthmarthon nuncupatum simul cum domo et curia nobilitari oppido in eodem adiacentibus ac totales possessiones eiusdem Chwdewthelke, Zaghor, Kyralfalwa et Zylkwth in de Kwkellew, necnon Petherlaka, Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa vocate in Albensi adiacentes et existentes, portionesque possessionarie in possessionibus Zepmezew et Waraggya vocatis in eodem Albensi comitatibus existentibus habite simul cum cunctis eiusdem et earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, vineis et vinearum promontoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis ac molendinis, piscinarum etiam et molendinorum locis,

generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem et earundem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis ad idem et easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus in antefatum Iohannem Erdeli ac egregiam dominam Petronella vocatam consortem eiusdem Iohannis Erdeli, heredesque eorundem quoslibet condescendi deberent et derivari perpetuo et irrevocabiliter per eosdem Iohannem Erdeli et dominam consortem suam, heredesque eorundem tenende, possidende pariter et habende pleno iure, imo pre memorati Iohannes Erdeli et alter Iohannes Sandor prescriptas eorum hereditates sibi mutuo vicissim et alternatim ac consortibus et heredibus eorundem pre titulatis conditionibus sub prenotatis obligaverunt, seu in se ipsos consortesque et heredes eorundem pre assertos modo quo supra condescendere seu condescensuras esse fecerunt coram nobis. In cuius rei evidens testimonium presentes literas nostras duximus concedendas. Datum feria quarta proxima ante festum beati Georgii martyris, anno domini Millesimo 1502. apr. 20.
quingentesimo secundo.

Eredetije papíron két példányban, hátán viasz pecsét nyomaival, *5063.* Megvan még II. Ulászló 1503. dec. 21-én kelt megerősítő levelében, hátrább CLXVI. sz. a.

CLXIII.

(Kolosmonostoron) 1502. dec. 27.

A kolosmonostori convent jelenti Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajdának, hogy parancsára Erdélyi Jánost és Ombozi Miklósnét Suki Ilonát, a néhai Harangiábi Zsigmond fiait anyjok Suki Veronika után Magyarkályánból, Asszonyfalvából, Kőtelenből, Oláh- és Magyarsármásból s a suki, szováti, vissai és oláhkályáni birtokokból megillető részek bitorlásától eltiltotta s miután nem engedelmeskedtek, megidézte.

Magnifico comiti Petro, comiti de Sancto Georgio et de Bazyn iudici curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. vayvodeque Transsilvano domino eorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Vestra noverit magnificentia, quod nos literas eiusdem vestre

magnificentie ammonitorias, prohibitorias, evocatorias et insinuatorias nobis amicabiliter loquentes et directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Kolosmonostra comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus et comes siculorum amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis egregiorum Anthonii et Nicolai filiorum condam Sigismundi de Haranghlab ex condam nobili domina Veronica, filia condam Iohannis de Swk procreatorum, quod quamvis totales possessiones Magyarkalyan, Azzonfalwa, Kethelen, Magyarsarmas et Olahsarmas vocate, necnon modo simili totales portiones possessionarie in possessionibus Swk predicta ac Zowath, Wyssa et Olahkalyan vocatis, omnino in comitatu Colosiensi existentes et habite ac per mortem et decessum dicti olim Iohannis de Swk in prefatam dominam Veronicam, filiam eiusdem condam Iohannis de Swk, veluti in Michaelem filium ipsius Iohannis de Swk, fratrem vero ipsius domine Veronice carnalem equali iure condescense fuerint et devolute, idemque Michael frater ipsius domine Veronice easdem possessiones et portiones possessionarias tanquam frater natu maior erga manus suas tenuerit et easdem possederit, tamen expost in anno, cuius iam tricesima vel citra preteriisset revolutio annualis, nobilis domina Justina vocata, consors cuiusdam Pangrachii Cheh eadem iura possessionaria ob aliquos excessus ipsius Michaelis a serenissimo principe condam domino Mathia rege sibi ipsi impetrasset, inter quas portiones dicti Michaelis etiam portiones et iura possessionaria ipsius domine Veronice, avie prenotati exponentis *) in pre tactis possessionibus existentes et habita pro se ipsa indebite ac preter omnem viam iuris potentialiter occupasset, occupatasque et occupata, quousque voluisset, tenuisset; et tandem ipsa bona et iura possessionaria annotati condam Michaelis sibi per prefatum condam dominum Mathiam regem data et collata simul cum portionibus

---

*) Igy hátrább is, *matris prenotatorum exponentium* helyett.

possessionariis antelate domine Veronice per ipsam dominam Justinam modo premisso indebite et potentialiter occupatis egregio Iohanni Erdeli de Somkerek protunc domino et marito suo quodammodo dedisset et inscripsisset; et expost idem Iohannes Erdeli excogitatis quibusdam cautelis sub certa confederationis dispositione de eisdem iuribus possessionariis dicti olim Iohannis de Swk videlicet predictam totalem possessionem Magyarsarmas, necnon similiter totales portiones in pre allegatis possessionibus Kethelen et Zowath vocatis existentes habitas nobili domine Elene filie dicti condam Michaelis filii olim Iohannis de sepe dicta Swk, consorti vero Nicolai de Omboz dedisset et assignasset, quas quidem portiones seu iura possessionaria annotate condam domine Veronice avie dictorum exponentium possessionibus in predictis habitas iidem Iohannes Erdeli ac domina Elena manibus suis applicando modo simili indebite ac preter omnem viam iuris tenerent et conservarent etiam de presenti et nec easdem ad sepissimas petitiones et requisitiones dictorum exponentium ei(s)dem dare et remittere curasse(n)t et minimeque curare(n)t etiam in presentiarum, easdem erga se detinendo potentia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis *) valde magnum. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, pro presente Salatiel Henke de Gyerghfalwa vel Christoforus aut Nicolaus Bosy de eadem, sin Petrus Cheh de Rewd sive alter Petrus Desewthel, neve Gregorius similiter Cheh de prefata Rewd aliis absentibus homo noster ad prefatum Iohannem Erdely et dominam Elenam accedendo ammoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro, ut ipsi pre tactas portiones seu iura possessionaria annotate domine Veronice avie dictorum exponentium in prescriptis possessionibus et portionibus possessionariis habitas ipsis exponentibus pacifice remittere et resignare debeant et teneantur, qui si fecerint, bene quidem, alioquin prohibeat eosdem ab ulteriori detentione et conservatione earundem portionum et iurium possessionariorum, usuque fructuum et quarumlibet

---

*) Igy, *dictorum exponentium* helyett.

utilitatum earundem perceptione seu percipi factione, et nichi-
(1503.) lominus evocet eosdem contra annotatos exponentes ad octa-
jan. 13. vas festi Epiphaniarum Domini proxime venturas nostram in presentiam rationem de premissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram nobis compareant, sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri; et post hec huiusmodi ammonitionis, prohibitionis, evocationis et insinuationis seriem cum ammonitorum, prohibitorum, evocatorum et insinuatorum nominibus octavas ad predictas, ut fuerit expediens, nobis suo modo amicabiliter rescribatis. Datum in oppido Dewa, feria tertia proxima ante festum beati Mar-
1502. nov. 8. tini episcopi et confessoris anno domini Millesimo quingentesimo secundo.

Nos itaque premissis amicabilibus petitionibus vestris annuentes ut tenemur, una cum memorato nobili Christoforo de Gyerghfalwa homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Blasium sacerdotem, socium nostrum conventualem et unum ex nobis ad premissas admonitionem, prohibitionem, evocationem et insinuationem faciendas pro nostro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo, quod ipsi feria quarta proxima ante festum Na-
dec. 21. tivitatis Domini proxime preteritum ad possessiones Kalyan et Bare vocatas omnino in comitatu de Colos existentes, consequenterque portionem possessionariam prenotate domine Elene consortis nobilis Nicolai de Omboz in prescripta possessione Bare habitam accessissent, prelibatum Iohannem Erdely de Somkerek de prescripta possessione sua Kalyan, audiente provido Mathia Wayda iudice possessionis eiusdem Kalyan, item prelibatam dominam Elenam filiam dicte olim Michaelis de Swk, consortem videlicet dicti Nicolai de Omboz de portione sua possessionaria in prescripta possessione Bare habita, audiente prefato Nicolao de Omboz et Iohanne filio eiusdem, ammonuissent eosdem Iohannem Erdely de Somkerek et dominam Elenam filiam pre titulati condam Michaelis de Swk consortem videlicet Nicolai de Omboz, dixissentque et com-

misissent eisdem verbo vestro, ut ipsi pre tactas portiones seu iura possessionaria annotate domine Veronice avie dictorum exponentium in prescriptis possessionibus et portionibus possessionariis habitas ipsis exponentibus pacifice remittere et resignare deberent et tenerentur, qui id facere recusassent, ob hoc prohibuissent eosdem ab ulteriori detentione et conservatione earundem portionum et iurium possessionariorum, usuque fructuum et quarumlibet utilitatum earundem perceptione seu percipi factione; et nichilominus idem homo vester dicto nostro testimonio presente die in eodem eosdem Iohannem Erdely de Somkerek de prescripta possessione sua Kalyan in dicto comitatu de Colos existenti, ac dominam Elenam filiam prenominati condam Michaelis de Swk consortem videlicet prelibati Nicolai de Omboz de pre titulata portione sua possesssionaria in pre allegata possessione Bare in eodem comitatu de Colos existenti habita contra annotatos exponentes ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc (1503.) venturas vestram evocasset in presentiam rationem de pre- jan. 13. missis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuassetque ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram vobis compareant, sive non, vos ad partis comparentis instantiam id facietis in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum septimo die diei ammonitionis, prohibitionis, evocationis et insinuationis predictarum, 1502. dec. 27. anno domini supra dicto.

Kivűl: Domino vayvode Transsilvano pro egregio Iohanne Erdely de Somkerek et alia intra scripta, contra egregios Anthonium et Nicolao filiis *) condam Sigismundi de Haranglab ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas ammonitionis, prohibitionis, evocationis et insinuationis par relatio.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival, *5669.*

---

*) Igy, helyesen *Nicolaum filios* lenne.

CLXIV.

Budán, 1503. jun. 10.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt egyfelől Erdélyi János és Márton, másfelől Bethleni Miklós a néhai vingárti Geréb Péter nádor veresegyházi, gergelyfáji, rengenkirchi, benczenczi, vingárti, kuti, birbói, henningfalvi és demeterpataki idegen kézen levő s esetleg közösen visszaszerezhető birtokainak felosztására nézve egyességre lépnek.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus et siculorum comes memorie commendamus, quod egregii Iohannes et Martinus Erdely de Somkerek ab una, ac Nicolaus de Bethlen ab alia partibus coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quod ex quo ipsi in certis portionibus possessionariis magnifici condam domini Petri Gereb de Wyngarth alias regni Hungarie palatini in possessionibus Wereseghaz, Gergerfaya, Rengenkyrth, Benchench, Wyngarth predicta, Kwth, Byrbo, Hennegfalwa et Demetherpathaka vocatis, omnino in partibus Transsilvanis et in comitatu Albensi existentibus habitis, nunc erga manus alienas existentibus fratres condivisionales esse dinoscerentur et pre tacte portiones possessionarie dicti condam domini Petri Gereb in pre allegatis possessionibus habite ipsum condam dominum Petrum Gereb dumtaxat solum proprie et precise concernentes per defectum seminis eiusdem in prefatos Iohannem et Martinum Erdely ac Nicolaum de Bethlen iure successorio devolute haberentur, nolentes igitur, ut inter easdem partes ratione pre tactarum portionum possessionariarum aliqua contentio aut litis materia oriatur, quin potius volentes debitis favoribus sincerisque complacentiis, reciprocoque sinceritatis favore et beneficio se se vicissim prosequi, talem inter se perpetuo et in evum duraturum fecissent contractum et dispositionem, prout fecerunt coram nobis, ut ipsi prescriptas portiones possessionarias annotati condam domini Petri Gereb in pre tactis possessionibus et aput manus alienas ad presens habitas communibus

fatigiis, laboribus et expensis, necnon iuribus ac literis et literalibus instrumentis a dictis manibus alienis reacquirere promisissent et assumpsissent, tali tamen sub conditione, quod si divino volente auxilio eedem partes pre tactas portiones possessionarias dicti condam Petri Gereb in prescriptis ut prefertur possessionibus habitas per quemcunque modum a dictis manibus alienis reobtinere et restaurare poterunt, extunc easdem portiones possessionarias in duas directas et coequales partes sive portiones dividere et partire deberent et tenerentur, quarum una directa et equalis medietas sive portio totalium iurium possessionariorum dicti condam Petri Gereb modo premisso reobtinendorum prefatis Iohanni et Martino Erdely, reliqua vero directa et equalis medietas sive portio prelibato Nicolao de Bethlen cedere debeant in portiones, portionibus tamen possessionariis dictorum Iohannis et Martini Erdely in eisdem possessionibus habitis alias per condam Stephanum patrem ipsorum condam Iohanni Gereb impignoratis, nunc aput manus alienas similiter existentibus eisdem Iohanni et Martino Erdely, ante dictis etiam portionibus possessionariis in eisdem possessionibus existentibus, in quarum scilicet pacifico dominio idem Nicolaus de Bethlen ad presens esset, eidem Nicolao de Bethlen semper salvis remanentibus, hoc adiecto et specialiter declarato, quod si temporum in successu aliquis ex fratribus generationalibus ipsarum partium portiones sibi provenire debere pretenderit vel de facto optaverit, extunc talis proximus vel consanguineus dictorum Iohannis et Martini de portione eorum et sanguineus sive proximus prefati Nicolai de Bethlen ab eodem Nicolao de Bethlen portiones suas rehabere possent et valerent, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, sabbato proximo ante festum beati 1503.
Barnabe apostoli anno domini Millesimo quingentesimo tertio. jun. 10.

Lecta per magistrum (Franciscum) Marocha.

Eredetije papíron két példányban, alján viasz pecséttel, *7250.*

CLXV.

Sukon, 1503. aug. 5.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi János és Suki István, a kolosmonostori convent előtt a magyar- és oláhsuki, asszonyfalvi, szováti és kőteleni birtokokra vonatkozólag már régebben kötött kölcsönös örökösödési szerződést megujítják s miután Erdélyi János időközben szováti és kőteleni részeit Suki Ilonának, Ombozi Miklósnénak inscribálta, azok helyett magyar- és oláhkalyáni birtokait leköti.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. vayvodaque Transsilvanus et comes siculorum etc. memorie commendamus, quod egregii Iohannes Erdely de Somkerek ab una, ac Stephanus filius condam Iohannis de Zwk partibus ex altera coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quod quamvis ipsi alias iuxta continentiam efficacissimarum literarum conventus ecclesie de Colosmonostra fassionalium, obligatoriarum pariter et compositionalium pristinarum superinde confectarum in subscriptis iuribus ipsorum possessionariis talem inter se fecerint contractum atque ordinativam compositionem perpetuo duraturam, quod si casu quo memoratus Iohannes Erdely divina ex permissione absque heredum solatio, quod deus avertat, ab hac luce decedere contingeret, extunc totales portiones sue possessionarie in possessionibus Magyarzwk predicta ac Azonfalwa, Zowath et Kevthelen vocatis, omnino in comitatu de Colos existentibus habite in prefatum Stephanum Zwky ac heredes et posteritates eiusdem universos condescendi et redundari deberent pleno iure perpetuo possidende; econverso quoque si ipse Stephanus Zwky absque suis prolibus mori contingeret, extunc modo simili totales portiones possessionarie eiusdem Stephani in possessionibus Magyarzwk iam dicta ac Zowath et Kewthelen vocitatis, necnon totalis possessio Olahzwk consimiliter in dicto comitatu de Colos existentes habite in prefatum Iohannem Erdely ac heredes et posteros eiusdem universos condescenderent atque derivarentur pleno iure simi-

liter perhennaliter possidende, regia atque maiestas super huiusmodi contractu partium mediantibus literis suis regiis gratiosis confirmationalibus superinde confectis ipsis partibus suum regium prebuerit consensum et assensum; tamen expost ex quo pre titulatus Iohannes Erdely prescriptas totales portiones suas possessionarias in pre allegatis possessionibus Zowath et Kewthelen habitas tempore medio nobili domine Elene consorti egregii Nicolai de Omboz, filie videlicet condam Michaelis de prefata Zwk inscripsisset, ne istiusmodi contractus partium propterea inter eos dissolveretur, eedem partes vice iterata in presentiam dicti conventus de Colosmonostra personaliter aggredientes ac idem Iohannes Erdely coram ipso conventu loco earundem portionum suarum possessionariarum inscriptarum alias totales portiones suas possessionarias in possessionibus Magyarkalyan et Olahkalyan appellatis, consimiliter in dicto comitatu de Colos existentibus habitas in prefatum Stephanum Zwky derivandas disposuisset atque relinquisset, idem etiam Stephanus Zwky tam eidem contractui, quamve ipsis literis confirmationalibus regiis consimiliter in presentia eiusdem conventus suum benivolum prebuisset consensum et assensum; nunc quoque prefatus Iohannes Erdely ordine prenarrato iterum de novo et ex novo pre taxatas suas totales portiones possessionarias in dictis possessionibus Magyarzwk, Azonfalwa, Magyarkalyan et Olahkalyan existentes, ipso ut dicitur sine heredibus decedere contingente, in prefatum Stephanum Zwky ac eiusdem posteros, idem quoque Stephanus Zwky horum in recompensam pre titulatas totales portiones suas possessionarias in prescriptis possessionibus Magyarzwk, Olahzwk, Zowath et Kevthelen habitas modo quo supra, ipso Stephano absque heredum solatio e seculo migrante seu moriente, in ipsum Iohannem Erdely ac ipsius heredes et posteritates universos relinquisset condescendendas et derivandas, imo unus alteri ac sibi invicem condescendendas fore relinquerint, dictus atque Stephanus Zwky tam ipsis fassionalibus, obligatoriis seu inscriptionalibus per eundem conventum ipsis partibus secundario extradatis et concessis, quamve confirmationalibus regalibus literis suum benivolum prebuit consensum pariter

et assensum coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in possessione Zwk pre-
1503. dicta, in festo beatissime virginis Marie de Nive anno domini
aug. 5. Millesimo quingentesimo tertio.

Eredetije papíron, alján megkopott viasz pecséttel, *7260.*

CLXVI.

Budán, 1503. dec. 21.

II. Ulászló király a kölcsönös örökösödési szerződésbe, melyet Erdélyi János torda- és kolos- és kízdi Sándor János küküllő- és fehérvármegyei birtokaikat illetőleg magtalan haláluk esetére kötöttek, beléegyezését nyilvánítja.

commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod pro parte et in persona fidelis nostri egregii Iohannis filii olim Stephani Erdely de Somkerek exhibite sunt coram nobis et producte quedam litere conventus ecclesie beate Marie virginis de Kolosmonostra in papiro, sub sigillo eorum autentico a tergo impressive confecte, quibus mediantibus idem Iohannes Erdely ab una ac similiter egregius Iohannes filius condam Simonis Sandor de Kyzd ab alia partibus de et super universis eorum bonis et possessionibus, ac portionibus possessionariis infra nominandis modo et ordine ac conditionibus, clausulisque et articulis inferius in tenore earundem literarum clarius contentis mutuo et in alterutrum certam perpetuoque inter se se duraturam dispositionem ac contractum et obligationem fecisse dinoscebantur tenoris infra scripti, supplicatum itaque exstitit maiestati nostre in persona prefati Iohannis Erdely humiliter, ut easdem literas dicti conventus de Kolosmonostra, ac omnia et singula in eisdem contenta ratas, gratas et accepta habentes, literisque nostris privilegialibus verbotenus inseri et inscribi facientes, premissis mutuo contractui ac dispositioni

et ordinationi, aliisque omnibus et singulis inferius in tenore earundem literarum contentis nostrum regium consensum prebere dignaremur. Quarum quidem literarum tenor talis est: Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra — — *sat., l. a convent 1502. apr. 20-ikán kelt levelét elébb CLXII. sz. a.* — Nos igitur huiusmodi supplicatione pro parte prefati Iohannis Erdely nostre modo quo supra porrecta maiestati regia benignitate exaudita clementer et admissa, prescriptas literas dicti conventus ecclesie de Kolosmonostra ac omnia et singula in eisdem contenta ratas, gratas et accepta habentes, literisque nostris privilegialibus verbotenus sine diminutione et augmento aliquali inseri et inscribi facientes eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, premissis contractui ac dispositioni et ordinationi, aliisque omnibus et singulis superius in tenore earundem literarum contentis nostrum regium et gratiosum consensum prebuimus prebemusque benivolum pariter et assensum; et nichilominus habentes considerationem fidelitatis ac fidelium servitiorum eiusdem Iohannis Erdeli per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde non modo nobis, verum et predecessori nostro pie memorie condam videlicet domino Mathie regi in variis rebus fidei sue creditis et commissis pro locorum et temporum varietate summa cum fidelitatis perseverantia exhibitorum et impensorum totum et omne ius nostrum regium, si quod in predictis universis bonis et iuribus possessionariis prefati Iohannis Sandor ac dicte domine consortis sue, puta prenominato totali predio Dychewzenthmarthon cum domo et curia nobilitari in eodem oppido adiacentibus ac totalibus possessionibus Chwdewthelke, Zaghor, Kyralfalwa et Zylkwth in de Kwkwllew, necnon Pethorlaka, Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa vocatis in Albensi adiacentibus et existentibus, portionibusque possessionariis in possessionibus Zepmezew et Waraggya vocatis in eodem Albensi comitatibus existentibus habitis qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis eorundem et earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta

terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus memorato Iohanni Erdely de Somkerek ac dicte domine Petronelle consorti eiusdem, et per eos prefatis Thome et Martino similiter Erdely fratribus eiusdem Iohannis carnalibus, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo tamen iure alieno, harum nostrarum, quas secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, impendenti communiri fecimus, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, in
1503. festo beati Thome apostoli anno domini Millesimo quingen-
dec. 21. tesimo tertio, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno decimo quarto,*) Bohemie vero tricesimo quarto.

Eredetije hártyán, függő pecséttel s hátán *Rta folio CCCCXXXVIIII anno 1.5.0.4* följegyzéssel, *7248.* Megvan még a kolosmonostori conventnek somkereki Erdélyi Márton kérésére 1517. *in festo immaculate Conceptionis sacratissime virginis Marie* (dec. 8.) papíron kelt átíratában, *5093.* Rövid kivonata II. Ulászlónak 1505. mart. 12-én és II. Lajosnak 1517. nov. 16-án kelt oklevelében hátrább.

---

*) Így *tertio* helyett, minthogy II. Ulászló 1490. jul. 15-én kezdett uralkodni; ettől számítva pedig 1503. dec. 12-én, ha 1490. jan. 1-jével kezdjük is az évet számítani, csak a *tizenharmadik* uralkodási évről lehet szó.

CLXVII.

Budán, 1503. dec. 21.

II. Ulászló megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Erdélyi Jánost, nejét és testvéreit a kízdi Sándor Jánossal kötött kölcsönös örökösödési szerződés értelmében a dicsőszentmártoni major, a Dicsőszentmárton városában levő nemesi curia és ház, továbbá Csüdőtelke, Zágor, Királyfalva, Szilkut, Péterlaka, Feltorja, Nagypeselnek, Kantafalva s a szépmezei és váradjai részek birtokába iktassa be.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, conventui ecclesie beate Marie virginis de Kolosmonostra salutem et gratiam. Cum nos illi dispositioni ac contractui et obligationi, quam egregii Iohannes Erdely de Somkerek ac similiter Iohannes filius condam Simonis Sandor de Kyzd de et super universis eorum bonis et possessionibus ac portionibus possessionariis mediantibus literis vestris fassionalibus mutuo et in alterutrum inter se se fecisse dinoscebantur, nostrum regium consensum prebuerimus et nichilominus habentes considerationem fidelitatis ac fidelium servitiorum eiusdem Iohannis Erdely per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde non modo nobis, verum et predecessori nostro pie memorie condam videlicet domino Mathie regi in variis rebus fidei sue creditis et commissis pro locorum et temporum varietate sumpma cum fidelitatis perseverantia exhibitorum et impensorum, totum et omnie ius nostrum regium, si quod in predictis bonis et iuribus possessionariis prefati Iohannis Sandor ac egregie domine Gera vocate consortis sue, puta totali predio Dychewzenthmarthon cum domo et curia nobilitari in oppido ipso Dychewzenthmarthon adiacentibus ac totalibus possessionibus Chwdetheleke, Zagor, Kyralffalwa et Zylkwth in de Kwkwlew, necnon Pethorlaka, Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa vocatis in Albensi adiacentibus et existentibus, portionibusque possessionariis in possessionibus Zepmezew et Waragya vocatis in Albensi comitatibus existentibus habitis qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationi-

bus concernerent maiestatem, simul cum cunctis eorundem et earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memorato Iohanni Erdely ac egregie domine Petronelle consorti eiusdem, et per eos Thome et Martino similiter Erdely fratribus eiusdem Iohannis carnalibus, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum in perpetuum contulerimus velimusque eosdem in dominium eorundem et earundem ac dicti iuris nostri regii per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gaspar Horwath de Adomos vel Benedictus de Tholdalag, aut Michael de Kerezthwr sive Thomas Gyereffy aliis absentibus homo noster ad facies dictorum universorum bonorum et prescriptarum universarum possessionum, necnon totalis predii Dychewzenthmarthon ac portionum possessionariarum, vicinis et commetaneis eorundem et earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Iohannem Erdely et dominam Petronellam consortem, ac Thomam et Martinum fratres eiusdem Iohannis in dominium eorundem et earundem ac dicti iuris nostri regii in eisdem habiti, statuatque easdem et eademque et idem eisdem premisso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Iohannem Erdely et dominam Petronellam consortem, ac Thomam et Martinum fratres eiusdem Iohannis ad terminum competentem nostram personalem in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, cum possessionum ac portionum possessionariarum, necnon bonorum inibi statuendorum nominibus terminoque assignato dicte nostre personali presentie
1503. fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Thome apo-
dec. 21. stoli anno domini Millesimo quingentesimo tertio, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno tredecimo, Bohemie vero tricesimo tertio.

Kivül: Fidelibus nostris, conventui ecclesie beate Marie virginis de Kolosmonostra pro egregio Iohanne Erdely de Somkerek et aliis intra scriptis introductoria et statutoria.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival, *7248.*

CLXVIII.

Somkeréken, 1504. aug. 7.

Bethleni Miklós, Balás és Elek, Bikali János, Erdélyi Márton, Kereszturi Péter és balásfalvi Cserényi Pál előtt Csékey Márton Erdélyi Jánosnak, miután ez Cséke várát tartozékaival, továbbá ingó és ingatlan javait visszaadta, menedéket vall.

Nos Nicolaus de Bethlen, Iohannes de Bykol, Martinus Erdeely de Somkerek, Blasius et Alexius de Bethlen, Petrus de Kerezthwr, Paulus Chereny de Balasfalwa memorie commendamus per presentes, quomodo egregii domini puta Iohannes Erdeely de Somkerek ac Martinus Chekey de eadem Cheke personaliter coram nobis libera et spontanea voluntate comparuerunt, ab una prenominatus Iohannes Erdeely de Somkerek coram nobis comparuit castrumque nomine Cheekee vocatum ipsi prenotato egregio Martino Chekey de eadem Cheekee cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus, puta possessionibus etc. ac ceteris rebus quovis nomine vocitatis ipse prefatus Iohannes Erdeely de Somkerek eidem prenotato egregio Martino de Cheke remisit et assignavit, ab altera vero parte egregius Martinus Cheekey similiter comparuit, qui prenominato egregio Iohanni Erdeely de Somkerek ac ipsius heredibus et posteritatibus de reassignatione et remissione castri sui Chekee ac bonorum suorum mobilium et immobilium, cunctisque eorundem utilitatum ablationibus ad idem castrum Chekee spectantium seu concernentium ubicunque locorum habitorum et existentium dedit et assignavit quittantiam et expeditoriam, carentia autem sui sigilli maiore deliberatione,*) imo dat, dedit et contulit chirographo suo mediante roboratam. Quas literas expeditorias et nos quoque

*) Helyesen *maioris deliberationis* lenne.

egregii domini predicti in huius rei testimonium sigillis nostris roboravimus. Datum in Somkerek, feria quarta ante
1504. aug. 7. (festum) beati Laurentii martyris anno domini Millesimo quingentesimo quarto.

Martinus de Cheke manu propria.



8. Bethleni Miklós pecsétje.

Eredetije papíron, alján hét zöld viasz pecséttel, melyek közűl háromnak paizsát a bethleni Bethlenek czímere, az almát szájában tartó koronás kigyó, a Bethleni Miklósében még a kigyó felett *N. B.* betükkel foglalja el, a többi négy megkopott, *7251.*

CLXIX.

Sukon, 1504. aug. 11.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Csékei Márton Erdélyi Jánosnak mint gyámolának, miután ez Cséke várát tartozékaival, továbbá ingó és ingatlan javait visszaadta s azoknak jövedelmeiről kielégítette, menedéket vall.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. vayvodaque Transsilvanus et comes siculorum etc. memorie commendamus, quod egregii Iohannes Erdely de Somkerek ab una ac Martinus filius condam Iohannis de Cheke partibus ex altera coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo prefatus Iohannes Erdely totale castrum Cheke nuncupatum, pertinentias quoque eiusdem universas, alia atque cuncta iura possessionaria dicti olim Iohannis Chekey ubicunque et in quibuslibet comitatibus intra ambitum regni Hungarie predicti ubilibet existentia et habita, necnon etiam universas res et quelibet bona mobilia eiusdem condam Iohannis Chekey et per consequens in prefatum Martinum Chekey iure hereditario condescensas et redacta modo simili ubilibet et in quibuscunque comitatibus existentes et adiacentia usque ad hec tempora aput manus ipsius Iohannis Erdely nomine tutorio tentas et habita eidem Martino Che-

key omnino et absque ullo defectu remisisset et resignasset, de universis quoque proventibus et fructibus eorundem iurium possessionariorum per eundem Iohannem Erdely hucusque perceptis, exactis pariter et levatis ipsum Martinum Chekey contentum reddidisset omnibus modis; propterea que idem Martinus super huiusmodi remissione et resignatione dicti castri Cheke suarumque pertinentiarum, et aliorum cunctorum iurium possessionariorum ac rerum et bonorum mobilium annotati olim Iohannis Chekey et per consequens ipsius Martini, atque satisfactione dictorum proventuum fructuumve et obventionum eorundem iurium possessionariorum ad plenum contentus dictum Iohannem Erdely, ac heredes et posteritates eiusdem universos quitos et expeditos reddidisset et commisisset modisque omnibus absolutos, imo idem Iohannes Erdely eidem Martino et suis heredibus remisit et resignavit, ipse atque Martinus de Cheke sua ac cunctorum fratrum et consanguineorum, ac etiam heredum et posteritatum suorum utriusque sexus nunc superviventium et in futurum nascentium in personis ipsum Iohannem Erdely ac heredes et posteritates eiusdem universos quitos et expeditos reddidit et commisit ac modis omnibus absolutos, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in possessione Zwk, die dominico proximo post festum beati Laurentii martyris anno domini Millesimo quingentesimo quarto. 1504. aug. 11.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7251.*

CLXX.

Alsósajón, 1504. aug. 31.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi János és Márton mint legközelebbi szomszédok andrásfalvi Balassy Istvánt a tordavármegyei Csanádon levő birtokának eladásától, s a néhai Szengyeli Benedek özvegyét Krisztina asszonyt fiaival és leányaival annak megvételétől eltiltják.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei

gratia regis Hungarie, Bohemie etc. ac voyvoda Transsilvanus memorie commendamus, quod egregii Iohannes et Martinus Erdely de Somkerek nostram personaliter veniendo in presentiam per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curarunt in hunc modum, quod prout ipsi protestantes percepissent, nobilis Stephanus Balassy de Andrasfalwa totalem portionem suam possessionariam in possessione Chanad vocata, in comitatu Thordensi existenti habitam nobilibus condam Benedicto de Zengel ac domine Cristine relicte, necnon Paulo, Iohanni et Gregorio filiis ac Marthe, Elizabeth et Sophie filiabus eiusdem condam Benedicti Zengely quodammodo inscripsisset et obligasset, cuius quidem portionis possessionarie emptio vel ad se receptio ratione contigue vicinitatis magis prefatos protestantes, quam prelibatos condam Benedictum Zengely ac dominam Cristinam relictam, necnon Paulum, Iohannem et Gregorium filios ac Martham, Elizabeth et Sophiam filias eiusdem concerneret. Unde facta huiusmodi protestatione prefati Iohannes et Martinus Erdely memoratum Stephanum Balasy a venditione, inscriptione, obligatione, impignorationeque et alia quavis alienatione, prelibatos vero dominam Cristinam relictam ac Paulum, Iohannem et Gregorium filios ac Martham, Elizabeth et Sophiam filias eiusdem condam Benedicti Zengely a detentione et conservatione eiusdem portionis possessionarie prefati Stephani Balassy, seque quovis ex quesito colore in dominium eiusdem intromissione iam quolibet factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit *) inhibendo publice et manifeste coram nobis, testimonio presentium mediante. Datum in Also Sayo, sabbato proximo post festum Decolla-
1504. aug. 31. tionis beati Iohannis baptiste anno domini Millesimo quingentesimo quarto.

Eredetije papíron, alján viasz pecsét töredékeivel, *5077.*

---

*) Helyesen *prohibuerunt contradicendo et contradixerunt* lenne.

CLXXI.

Tordán, 1504. dec. 5.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Patai János a Záh határán levő Nagytó nevű halastóbeli részét, a tó kifolyásán levő malommal együtt ötven arany forintért Erdélyi Jánosnak örökbe vallja.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus etc. memorie commendamus, quod nobilis Iohannes filius quondam Anthonii Desev de Patha coram nobis personaliter constitutus sponte ac libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse matura intra se deliberatione prehabita totales portiones suas in piscina Naghtho vocata intra metas possessionis Zaah appellate et molendino super fluvio piscine eiusdem in comitatu Thordensi existentibus et decurrenti habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus, proventibus et pertinentiis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus quibuslibet egregio Iohanni Erdely de Somkerek pro quinquaginta florenis auri ab eodem ut dixit plene receptis dedisset, vendidisset, contulissetque et ascripsisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, imo dedit, vendidit, contulitque et inscripsit coram nobis, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem earundem pro se et suis successoribus reservando, sed totum ius, omnemque iuris et dominii proprietatem, si quod et quam in eisdem pro se haberet, vel habere speraret etiam in futurum, in prefatum Iohannem Erdely, ac heredes et posteritates eiusdem universos transferendo pleno iure, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in oppido Thordensi, in profesto beati Nicolai episcopi et confessoris anno domini Millesimo quingentesimo quarto. 1504. dec. 5.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7439.*

CLXXII.

Deésen, 1504. dec. 26.

Pethő Ágoston deési bíró és tizenkét eskütt polgár előtt Kis Fülöp szőllejét Mátyus Andrásnak örökbe vallja.

Nos Augustinus Pethew iudex et duodecim iurati cives ac consules, necnon universi concives de Dees memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quomodo coram nostri venientes in presentiam circumspecti Philippus Kys ab una ac Andreas Mathiws ab altera partibus noster concivis, per eundemque Philippum Kys propria sua voluntate libera propositum exstitit ipso modo, quomodo vineam suam, cui a parte orientali vinea Georgii Paap, meridionali pratum relicte Thome Kowacz, occidentali via publica, australi silva publica cum iustis et veris metis ab antiquo approbatis convicinantur, prefato Andree Mathiws concivi nostro pro quadam sumpma pecuniarum plene ab eodem rehabitarum sibi et per eum suis heredibus dedisset et vendidisset, imo dedit et vendidit coram nobis in filios filiorum suorum iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente, tali nostro vinculo consueto mediante, quod si quispiam hominum temporum in processu eundem Andream Mathiws aut suos posteritates intra vel extra iudicium quovismodo impedire seu molestare niteretur, extunc talis in facto calumpnie convincatur eo facto, harum nostrarum literarum et sigilli nostri autentici vigore et presentium mediante. Ad cuius robor presentes literas nostras patentes ipsis duximus concedendas. Datum in oppido Dees, in die Stephani
1504. dec. 26. prothomartyris anno domini Millesimo quingentesimo quarto.

Eredetije papíron, alján zöld viaszba nyomott pecsét töredékeivel, *jelzet nélkül.*

CLXXIII.

Deésen, 1504. dec. 26.

Pethő Ágoston deési bíró és tizenkét esküdt polgár bizonyítják, hogy előttök Gyujthó Tamás rétjét Mátyus Andrásnak örökbe vallotta.

Nos Augustinus Pethew iudex et duodecim iurati cives de Dees memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit, quod nostri venientes in presentiam circumspecti Thomas Gywtho ac Andreas Mathiws, per eundemque Thomam Gywtho propositum exstitit ipso modo, quomodo pratum suum pignoraverit, cui a parte orientali pratum Stephani literati, meridionali silva publica, occidentali pratum Emerici Debreni, australi via publica prefato Andree Mathiws coram nobis dedisset et vendidisset, imo dedit et vendidit sibi et per eum filiis et filiabus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, nullo penitus contradictore apparente, tali nostro vinculo consueto mediante, quod si quispiam hominum temporum in processu eundem Andream Mathyws aut suos intra vel extra iudicium impedierit seu molestare curaverit, extunc talis in facto calumpnie convincatur eo facto, harum nostrarum literarum et sigilli nostri autentici vigore et presentium mediante. Ad cuius robor presentes literas nostras patentes ipsis duximus concedendas. Datum in Dees, in die Stephani prothomartyris anno domini 1504.
Millesimo quingentesimo quarto. dec. 26.

Eredetije papíron, alján zöld viaszba nyomott pecsét maradványaival, *jelzet nélkül.*

CLXXIV.

(Kolosmonostoron) 1504. dec. 31.

A kolosmonostori convent jelenti Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajdának, hogy parancsára Erdélyi Jánost, Mártont és Gergelyt bizonyos ügyben Sombori Péter ellen megidézte.

Magnifico comiti Petro, comiti de Sancto Georgio et de Bozyn iudici curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia Hungarie, Bohemie regis etc. vayvodeque Transsilvanensi etc. conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Noverit vestra magnificentia, nos literas vestras evocatorias nobis amicabiliter loquentes honorifice recepisse in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus etc. amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod egregius Petrus filius condam Ladislai de Sombor nostram personaliter veniens in presentiam exhibuit nobis et presentavit quasdam literas vestras fassionales, obligatorias in papiro patenter confectas hunc tenorem continentes: Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra — — ***sat., l. a conventnek 1473. jan. 19-én kelt oklevelét elébb LXXXIII. sz. a.*** — Quibus productis et exhibitis idem Petrus Sombory allegavit eo modo, quod si iuri consonaret et equitati videretur, extunc ipse egregios Iohannem et Martinum condam Stephani, ac Gregorium condam Thome Erdely de Somkerek filios, in quos iure successorio causa presens est redacta, contra se ad premissa legitime facere vellet evocari. Et quia allegatio ipsius exponentis prenotata iuri consona fore videbatur, super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Bartholomeus de Makra vel Georgius de Zenthghiwrgh, sive Albertus de eadem aut Petrus de Nema aliis absentibus homo noster evocet prefatos Iohan-

nem, Martinum et Gregorium Erdely contra annotatum exponentem ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas (1505.) jan. 13. nostram in presentiam ad premissa legitime responsuros; et post hec huiusmodi evocationis seriem una cum nominibus evocatorum, ut fuerit expediens, octavas ad predictas nobis amicabiliter rescribatis. Datum Thorde, in festo beate Barbare virginis et martyris anno domini Millesimo quingentesimo 1504. dec. 4. quarto.

Unde nos premissis amicabilibus petitionibus vestris annuentes ut tenemur, una cum memorato nobili Bartholomeo Makray de Zenthgyergh homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Petrum sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissam evocationem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum, qui demum exinde ad nos reversi nobis pariformiter retulerunt isto modo, quod ipsi in festo beati Thome martyris dec. 29. proxime preterito ad possessionem Berethe vocatam in comitatu Zolnok interiori existentem insimul accessissent, ubi idem homo vester dicto nostro testimonio presente annotatos Iohannem, Martinum et Gregorium Erdely de Somkerek, quemlibet videlicet eorum de portione sua possessionaria in dicta possessione Berethe, in predicto comitatu Zolnok interiori existenti habita contra annotatum exponentem ad octavas (1505.) festi Epiphaniarum Domini nunc venturas vestram evo- jan. 13. casset in presentiam ad premissa legitime exponenda. Datum tertio die diei evocationis predicte, anno domini supra dicto. 1504. dec. 31.

Kivűl: Domino vayvode Transsilvano pro egregio Petro filio condam Ladislai de Sombor, contra egregium Iohannem Erdely de Somkerek et alios intra scriptos ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas evocationis relatio.

Eredetije papíron záró pecsét nyomaival, *jelzet nélkül* s hátán a következő följegyzéssel:

Pro actore Nicolaus de H(o)dos cum nostris, pro in causam attractis Iohannes de Bathor similiter cum nostris, pro Gregorio autem filio condam Thome idem cum revisionalibus similiter nostris, exponentem ipsum esse annorum undecim. Quia actor deposuit causam presentem cum onere consueto, et satisfecit iudici et parti adverse.

CLXXV.

Kolosváron, 1505. jan. 16.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda Corvin Kristófot, mivel Erdélyi János, Márton és Bethleni Miklós ellenében az idézésre nem jelent meg, elmarasztalja.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. ac vayvoda Transsilvanus damus pro memoria, quod Iohannes de Bathor pro egregiis Iohanne et Martino Erdely de Somkerek ac Nicolao de Bethlen cum procuratoriis literis nostris contra illustrem Cristoferum filium condam domini Iohannis Corvini ducis Lypthoviensis, in quem mortuo eodem condam patre suo presens causa est condescensa, ab octavis festi Epiphania-
jan. 13. rum Domini proxime preteriti tribus diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continentiam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in literis conventus ecclesie de Colosmonostra ammonitoriis, prohibitoriis, evocatoriis et insinuatoriis contentis perhemptorie responsurus nostram in presentiam non venit, neque misit, unde ipsum in iudicio commisimus fore convictum, si se rationa-
1505. biliter non poterit excusare. Datum in Coloswar, quarto die
jan. 16. termini prenotati anno domini Millesimo quingentesimo quinto.

Kivűl: Pro egregiis Iohanne et Martino Erdely de Somkerek et Nicolao de Bethlen, contra illustrem Christophorum filium condam domini Iohannis Corvini ducis etc., in quem mortuo eodem condam patre suo presens causa est condescensa, iudicialis relatio.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival s hátán *extradata in sexta per Werbewczy* följegyzéssel, *6655.*

CLXXVI.

Budán, 1505. mart. 12.

II. Ulászló Bethleni Balás kérésére az Erdélyi János és kízdi Sándor János közt a dicsőszentmártoni major s ugyanezen városbeli memesi curia és ház, továbbá Csüdőtelke, Zágor, Királyfalva és Szilkut s a szépmezei és váradjai részek birtoka iránt létrejött kölcsönös örökösödési szerződést megerősítő királyi beléegyezésének regestrumát a királyi könyvből kiadatja.

de commissione domini regis.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster egregius Blasius de Bethlen nostram veniens in presentiam exponere nobis curavit in hunc modum, qualiter nos illis dispositioni atque obligationi, quam egregii Iohannes Erdely de Somkerek ab una ac alter Iohannes filius condam Simonis Sandor de Kysd ab alia partibus de et super certis bonis et iuribus ipsorum possessionariis infra nominandis in alterutrum factis nostrum regium consensum prebuissemus, supplicans maiestati nostre idem Blasius de Bethlen, ut tenorem signature huiusmodi literarum consensus nostri in libro sive registro nostro, in quo scilicet litere huiusmodi de more assignari solent, perquiri faciendo paria huiusmodi signature verbotenus in transsumpto literarum nostrarum eidem Blasio Bethleni pro iurium suorum cautela extradari et emanari facere dignaremur. Cuius tenor is est: Anno domini Millesimo quingentesimo quarto *) ad propriam commissionem domini regis Bude, in festo beati Thome apostoli date sunt litere — — *sat., l. Ulászlónak 1503. dec. 21-én kelt oklevelét, melylyel e bejegyzés a dolog érdemét tekintve megegyezik, elébb CLXVI. sz. a.* — Que quidem paria seu registrum de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali transcribi et transumpmi, presentibusque literis nostris inseri et inscribi facientes eidem

*) Igy, helyesen *tertio* lenne.

Blasio de Bethlen iustitia communi suadente duximus concedendum iurium suorum ad cautelam, harum nostrarum vigore
1505. et testimonio literarum mediante. Datum Bude, in festo beati
mart. 12. Gregorii pape anno domini Millesimo quingentesimo quinto.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7248*.

CLXXVII.

Budán, 1505. oct. 24.

II. Ulászló előtt Bakócz Tamás esztergomi érsek a hütlenségbe esett Erdélyi Istvánnak, Suki Mihálynak, mikai Székely Mihálynak, farnasi Veres Jánosnak és Benedeknek Csupor Miklós vajdára, erről testvérére Istvánra s végre reá szállott javait az Erdélyi István fiainak Jánosnak és Mártonnak s Bethleni Balásnak, ezek viszont az anyai jogon a néhai darói Mayos István javaiból őket illető részt Mayos Mihálynak örökbe vallják.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus, quod reverendissimus in Christo pater dominus Thomas cardinalis, archiepiscopus Strigoniensis etc. et Michael filius egregii condam Michaelis filii olim Stephani Mayos de Daro ab una, ac egregii Iohannes et Martinus filii egregii condam Stephani Erdely de Somkerek et Blasius egregii condam Gregorii de Bethlen partibus ab alia coram nostra personali presentia personaliter constituti, iidem etiam Iohannes, Martinus et Blasius onera et quelibet gravamina nobilium dominarum Magdalene, egregii condam Francisci de Wyzakna et Judyth prefati condam Gregorii de Bethlen relictarum, filiarum vero prefati condam Stephani Erdely ex nobili condam domina Anna filia dicti olim Stephani Mayos de predicta Daro propagatarum, necnon Iohannis et Francisci filiorum ac puellarum Katherine, Clare, Elizabeth et Sophie filiarum scilicet dicti Martini Erdely, aliorum etiam cunctorum fratrum, proximorum et consanguineorum ipsorum, quos infra scriptum negotium tangere posset in futurum quovismodo in se ipsos ac cunctas eorum hereditates assumendo et recipiendo sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quod quamvis prefati Martinus Erdely, necnon domine

Judyth et Magdalena annotatum Michaelem filium dicti condam Michaelis Mayos ratione portionum possessionariarum ac aliorum iurium ipsorum eisdem de iuribus possessionariis prelibati condam Stephani Mayos ubivis et in quibuscunque comitatibus huius regni nostri existentium habitarum, post dictam dominam Annam matrem ipsarum eisdem de huius regni nostri consuetudine provenire debentium, iuxta continentiam literarum conventus ecclesie Saxardiensis ammonitoriarum et evocatoriarum in curiam nostram regiam iudicis curie scilicet nostre in presentiam traxerint in causam, tamen eedem partes ordinatione et compositione nonnullorum amicorum suorum pro pace et concordia inter easdem partes laborantium interveniente ad talem pacis et concordie devenissent unionem, prout devenerunt coram personali nostra presentia ante dicta tali modo, quod prefatus dominus Thomas cardinalis, archiepiscopus Strigoniensis ob amorem contracte amicitie, quam ipse cum prefato Michaele Mayos iunctam haberet, totum et omne ius suum, omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam ipse in possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis prefati condam Stephani Erdely patris scilicet dictorum Iohannis et Martini Erdely, necnon egregiorum Michaelis de Swk, alterius Michaelis Zekel de Myka, ac Iohannis et condam Benedicti Weres de Farnas in quibuscunque comitatibus regni nostri partium Transsilvanarum existentibus et habitis, que scilicet possessiones, portionesque et iura possessionaria alias per notam infidelitatis prefatorum condam Stephani Erdely et Michaelis de Swk, alterius Michaelis Zekel ac Benedicti et Iohannis Weres magnifico condam Nicolao Chupor de Monozlo alias vayvode dictarum partium Transsilvanarum fuissent collate et donata, ac tandem eodem Nicolao Chupor defuncto eadem iura possessionaria in egregium condam Stephanum similiter Chupor fratrem eiusdem fuissent condescensa, et expost per mortem et defectum seminis eiusdem condam Stephani Chupor prefato domino Thome cardinali, archiepiscopo Strigoniensi modo simili per nostram maiestatem date fuissent et collata, prelibatis Iohanni et Martino Erdely simul cum tributis sive theloneis aliisque cunctis earundem

et eorundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem et eadem de iure spectantibus et pertinere debentibus, necnon literis et literalibus instrumentis factum dictarum possessionum, portionumque et iurium possessionariorum tangentibus et concernentibus omni eo iure, quo ad ipsum dominum cardinalem pertinere dinoscuntur, dedisset, donassetque et in evum ascripsisset; econverso vero in recompensam premissorum iidem Iohannes et Martinus Erdely, ac Blasius de Bethlen oneribus dictarum dominarum Judith et Magdalene, et aliorum prescriptorum et ceterorum quorumlibet in se ipsos modo premisso assumptis et levatis totum et omne ius ipsorum, omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam ipsi in totalibus possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis annotati olim Stephani Mayos ubivis et in quibuscunque comitatibus dicti regni nostri Hungarie habitis et existentibus, necnon tributis sive theloneis aliisque cunctis utilitatibus et pertinentiis earundem et eorundem quibuslibet ad easdem et eadem de iure spectantibus et pertinere debentibus ipsos Iohannem et Martinum Erdely, ac dominas Magdalenam et Judith post dictam olim dominam Annam matrem ipsarum concernentibus et eisdem qualitercunque provenire debentibus prefato Michaeli Mayos dedissent, donassent, contulissentque et in evum ascripsissent, imo alter alteri modo premisso dederunt, donaverunt, contuleruntque et in evum ascripserunt, reddentes prefati dominus Thomas cardinalis, archiepiscopus ac Michael Mayos, necnon Iohannes et Martinus Erdely, ac Blasius de Bethlen oneribus sub premissis modo prenarrato in se ipos levatis se se mutuo et alternatim super omnibus premissis iuribus ipsorum, necnon acquisitione ipsorum ulteriori premissorum iurium ipsarum partium quitos et expeditos, ac modis omnibus absolutos, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum
1505. oct. 24. beati Demetrii martyris anno domini Millesimo quingentesimo quinto.

Coram magistro Francisco de Marocha.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecsét töredékeivel, *7423.*

CLXXVIII.

Budán, 1505. oct. 31.

II. Ulászló előtt egyfelől Erdélyi János, másfelől testvére Márton és unokatestvérök Gergely, a gyermektelen János magtalan halála esetére ennek somkereki, szekérberetei, kacsi, magasmarti, virágosberki, szász- és oláhnemegyei, lucskai, prezlopi, csépáni, németi, udvarhelyi és egresi birtokrészeire, továbbá az egész Oláhsármásra s Mezőszilvásnak és Záhnak felére nézve bizonyos feltételek alatt örökösödési szerződésre lépnek.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus, quod egregii Iohannes Erdely de Somkerek ab una, ac Martinus similiter Erdely frater carnalis eiusdem Iohannis et Gregorius filius condam Thome similiter Erdely frater patruelis dictorum Iohannis et Martini partibus ab alia coram nostra personali presentia personaliter constituti, idem etiam Martinus Iohannis et Francisci filiorum ac puellarum Katherine, Clare, Elizabeth et Sophie filiarum, prefatus vero Gregorius Gaspar et Balthasar fratrum, necnon Clare et Magdalene sororum carnalium suorum (onera) in subscriptis super se ipsos assumpmendo et recipiendo sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quod ex quo ipse Iohannes Erdely divina permittente flagitione orbatus esset prolibus, in futurum etiam dubitaret se proles generare posse, ex eo quod frequentius imo continue gravibus et variis infirmitatibus opprimeretur, sentiens se ex hoc non longam vitam in hoc seculo ducere posse, quamobrem volens idem Iohannes Erdely de condigno et decenti statu generose domine Petronelle consorti sue charissime favorabiliter providere, ne post mortem eiusdem ipsam dominam Petronellam, deficiente (absque) prolibus ipso Iohanne Erdely, contingat sub tectis divagare alienis, sed iuxta decentiam status et honoris sui in sua viduitate aut alio statu permanere valeret, talem igitur iidem Iohannes et Martinus Erdely, ac Gregorius filius dicti condam Thome similiter Erdely fecissent inter se dispositionem atque ordinationem perpetuo duraturam, imo fecerunt coram nobis tali modo, quod ipso Iohanne Erdely divino volente iudicio absque heredibus ab hoc seculo decedente prefati Martinus et

Gregorius Erdely domum et curiam eiusdem Iohannis nobilitarem in prescripta possessione Somkerek vocata, in comitatu Zolnok interiori in partibus Transsilvanis existenti adiacentem, quam ipse Iohannes in terra vacua et plana, ubi scilicet alias domus et curia nobilitaris condam Nicolai Erdely prefuisset, propriis suis sumptibus et expensis disponere et edificare fecisset, simul cum totalibus portionibus possessionariis eiusdem Iohannis Erdely in eadem Somkerek ac Zeker Berethe, Kach, Magasmarth, Wyragosberek, Zaaznemege, Olahnemege, Lwchka, Prezlap, Chepan, Nemethy, Wdwarhel et Egres possessionibus vocatis, omnino in dicto comitatu Zolnok interiori existentibus habitis, in quarum ipse Iohannes Erdely ad presens cum ipsa domina consorte sua pacifico dominio existeret, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prefate domine Petronelle consorti eiusdem Iohannis Erdely post mortem eiusdem Iohannis Erdely domini et mariti sui vita sibi comite, quousque ipsa domina Petronella nomen prefati Iohannis Erdely domini scilicet et mariti sui gesserit ac in viduitate decenti honore permanserit, dedissent, concessissentque et annuissent tenendas, possidendas et pacifice utendas. Ubi autem ipsa domina Petronella ad secunda vota se transtulerit et receperit, hoc est alteri viro maritata fuerit, aut aliquam religionem ingredi voluerit vel ingressa fuerit, extunc iidem Martinus et Gregorius Erdely, necnon filii et filie dicti Martini ac fratres et sorores eiusdem Gregorii pre tactas domum et curiam nobilitarem, necnon portiones possessionarias in pre allegatis possessionibus existentes habitas ab ipsa domina Petronella interea occupare non valerent, nisi prius ipsi domine Petronelle pro totali satisfactione dotis ac rerum parafernalium et aliorum iurium suorum quorumlibet eidem de prescriptis domo et curia nobilitari, ac portionibus possessionariis qualitercunque provenire debentium sexingentos florenos auri darent, deponerentque et integre persolverent, iidemque Martinus et Gregorius oneribus sub premissis in se ipsos modo premisso levatis pre tactos sexingentos florenos ipsi domine Petronelle dare et persolvere promisissent et assumpsissent,

ipsa vero domina Petronella mox post huiusmodi maritationem suam factam aut ingressum religionis prescriptos sexingentos florenos auri ab eisdem Martino et Gregorio Erdely, aut heredibus et fratribus ipsorum, quibus intererit, tollere et levare, ac tandem ipsam domum et curiam nobilitarem simul cum dictis portionibus possessionariis, rehabitis ab eisdem prescriptis sexingentis florenis auri eisdem Martino et Gregorio, aut heredibus et fratribus ipsorum pacifice remittere et resignare deberet et teneretur. Preterea voluerunt partes prenotate, quod ex quo prefatus Iohannes Erdely quamplures hereditates, que dudum antea ab ipsis et progenitoribus ipsorum alienate fuissent et alias alienas plures hereditates humanitate et expensis suis propriis restauravit, recuperavitque et de novo acquisivit, presertim ex eo, quod ipse Iohannes Erdely ipsum Martinum et ceteros fratres suos in ipsa iura possessionaria acquisititia penes se ad equalem divisionem recepisset, assumpsissetque et ascribi fecisset, ideo horum et aliorum premissorum consideratione iidem Martinus et Gregorius Erdely totalem possessionem Olahsarmas vocatam, ac directam et equalem medietatem totalis possessionis Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas vocate in de Kolos ac similiter directam et equalem medietatem totalis possessionis Zaah nuncupate in Thordensi comitatibus existentium adiacentium (et) habitarum, quas idem Iohannes Erdely modo simili suis propriis expensis sibi de novo acquisivisset, in quarumque pacifico dominio ad presens existeret, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, necnon equis equatialibus aliisque cunctis armentis pecorum et pecudum maiorum et minorum, tam hereditariis quam etiam acquisititiis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, aliis etiam universis rebus et bonis mobilibus *)

*) Innen *et immobilibus* ki van törölve.

cuiuscunque generis et maneriei existant, memorate domine Petronelle ac eiusdem heredibus et posteritatibus universis, deficientibus tamen heredibus dicti Iohannis Erdely, dedissent, donassent et in evum ascripsissent, imo dederunt, donaverunt et ascripserunt iure perpetuo, irrevocabiliterque ac in sempiternum tenendas, possidendas pariter et habendas; hoc adiecto et specialiter declarato, quod si temporum successu prelibata domina Petronella aut heredes eiusdem prescriptam possessionem Olahsarmas ac medietates pre tactarum duarum possessionum Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas et Zaah vocatarum vendere aut in eleemosynam dare vel alio quovismodo a se alienare vellet et niterentur, extunc ipsa domina vel heredes eiusdem nemini alteri, nisi prefatis Martino et Gregorio Erdely, aut heredibus et posteritatibus et successoribus eorundem pro mille florenis auri et non ultra easdem possessionem ac medietates pre tactarum possessionum vendere, dare et alienare valeret atque possent; hoc non pretermisso, quod si prelibatam dominam Petronellam aut heredes eiusdem absque testamentaria dispositione ab hac luce decedere contigerit et pre tacta possessio ac medietates prescriptarum possessionum et alie prescripte hereditates et iura possessionaria apud manus eiusdem domine vel heredum ipsius tunc remanserint, extunc pre tacta possessio et medietates possessionum ante dictarum simul cum aliis prescriptis hereditatibus et iuribus possessionariis in prelibatos Martinum et Gregorium Erdely, ac heredes et posteritates eorundem sine aliqua solutione pecuniaria condescendi deberent et derivari eo facto. Ad que premissa et quevis premissorum singula iidem Iohannes, Martinus et Gregorius Erdely personalibus eorum astantiis, iidem etiam Martinus et Gregorius oneribus sub premissis in se ipsos modo premisso levatis et receptis se spontanea ipsorum obligarunt voluntate coram nostra personali presentia ante dicta, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude, in vigilia festi Omnium Sanctorum anno domini Millesimo quin-
1505. oct. 31. gentesimo quinto.

Coram magistro Francisco de Marocha.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7461.*

CLXXIX.

(Esztergomban) 1505. nov. 5.

Az esztergomi káptalan előtt Erdélyi Márton a testvérével Jánossal ennek belsőszolnok-, kolos-, és dobokavármegyei birtokait illetőleg a János neje, Petronella asszony javára, a király előtt bizonyos feltételek alatt kötött, különben pedig fenyegetéssel kierőszakolt örökösödési szerződést semmisnek nyilvánítja.

Nos capitulum ecclesie Strigoniensis memorie commendamus per presentes, quod egregius Martinus Erdely de Somkerek personaliter nostram veniens in presentiam per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curavit in hunc modum, quod quamvis alias ipse seriebus literarum serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. fassionalium superinde confectarum oneribus Iohannis et Francisci filiorum, necnon puellarum Katherine, Clare, Elizabeth et Sophie filiarum suorum in se ipsum assumptis et levatis in facto domus et curie nobilitaris in possessione Somkerek predicta, necnon totalibus portionibus possessionariis egregii Iohannis Erdely de eadem Somkerek fratris ipsius carnalis in possessionibus Somkerek ante dicta, necnon Zekerberethe, Kach, Magasmarth, Wyragosberek, Zaznemege, Olahnemege, Lwchka, Prezlop, Chepan, Nemethy, Wdwarhel, Zaazberethe et Egres vocatis, omnino in Zolnok interiori ac super totali possessione Olahsarmas, necnon directis et equalibus medietatibus totalium possessionum Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas in de Kolos et Zaah vocatarum in Thordensi comitatibus existentium et habitarum, in ipsum Martinum Erdely ac filios et filias eiusdem prenotatos iure successorio devolvi et condescendi debentium, cum prefato Iohanne Erdely fratre suo quandam fecerit dispositionem atque ordinationem, superindeque generose domine Petronelle consorti eiusdem Iohannis Erdely glori*) sue talem, qualem idem Iohannes Erdely voluisset, tam pignoris, quam etiam perpetuitatis titulis fassionem fecerit ac easdem domum et curiam nobilitarem simul cum dictis por-

*) Hibásan *gloti* az eredetiben.

tionibus possessionariis ac totali possessione et medietatibus possessionum ante dictarum ipsi domine perpetue premissis ut prefertur pignoris ac perpetuitatis titulis inscripserit, tamen idem Martinus Erdely non propria sponte et neque etiam bona voluntate, sed coacte et presertim propter minarum sibi per dictum Iohannem fratrem suum impositione(m) in eo, ut ipse pre tactas domum et curiam nobilitarem simul cum dictis portionibus possessionariis, necnon totali possessione et medietatibus possessionum ante dictarum ac etiam aliis iuribus possessionariis, in quibus ipse Iohannes Erdely nunc pacifico dominio esset, in ipsum Martinum ac dictos filios et filias, necnon ceteros fratres eiusdem iure successorio ut premittitur condescendendis et devolvi debendis ab ipsis omnino et perpetuo alienare vellet, ob hoc ipse facta ipsa protestatione pre tactam suam fassionem tam scilicet pignoris, quam etiam perpetuitatis titulis modo premisso factam, prout de approbata huius regni consuetudine in talibus observari solita conveniret, revocare vellet et retractare, imo revocavit, retractavitque et reclamavit coram nobis. Tandem facta protestatione et revocatione huiusmodi prefatum Iohannem fratrem suum et quoscunque alios a donatione et collatione, venditione et impignoratione, obligatione et quavis alienatione prescripte domus nobilitaris et curie, necnon possessionum ac portionum et iurium possessionariarum ante dictarum, prefatam vero dominam Petronellam et similiter quoscunque alios ab occupatione et detentione sive in pignus receptione domus et curie, necnon possessionum et portionum iuriumque possessionariorum prescriptarum, seu se in dominium earundem intromissione et sibi ipsis appropriatione, usu fructuum et quarumlibet utilitatum perceptione et percipi factione quomodolibet factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram
1505. nobis, testimonio presentium mediante. Datum in festo sancti
nov. 5. Emerici ducis, anno domini Millesimo quingentesimo quinto.

Eredetije papíron, hátán viasz pecsét nyomaival, *7327.*

CLXXX.

(Esztergomban) 1505. nov. 5.

Az esztergomi káptalan előtt héderhelyi Andoch Benedek a Erdélyi Márton és a néhai Tamás fiai és leányai nevében az Erdélyi János birtokait illetőleg közte és testvére Márton s unokatestvére Gergely közt létrejött egyességnél fogva, ez utóbbiak által az Erdélyi Jánosné Petronella asszony részére szándékolt bevallásnak ellene mond.

Nos capitulum ecclesie Strigoniensis memorie commendamus per presentes, quod nobilis Benedictus filius condam Anthonii Andoch de Hederhel nostram veniens in presentiam nominibus et in personis egregiorum Iohannis et Francisci filiorum ac puellarum Katherine, Clare, Elizabeth et Sophie filiarum egregii Martini Erdely de Somkerek, necnon Gaspar et Baltasar similiter filiorum atque Clare et Magdalene filiarum egregii condam Thome similiter Erdely fratris carnalis dicti Martini Erdely nobis per modum protestationis et inhibitionis significare curavit in hunc modum, quod prout ipsi protestando percepissent, prefatus Martinus pater ipsorum Iohannis et Francisci, necnon puellarum Katherine, Clare, Elizabeth et Sophie ac Gregorius filius dicti condam Thome Erdely, frater vero dictorum Gaspar et Baltasar, necnon puellarum Clare et Magdalene carnalis cum egregio Iohanne Erdely fratre dicti Martini et condam Thome Erdely carnali in facto domus et curie nobilitaris dicti Iohannis Erdely, necnon totalium portionum possessionariarum in possessionibus Somkerek predicta ac Zekerberethe, Kach, Magasmarth, Wyragosberek, Zaaznemege, Olahnemege, Lwchka, Prezlop, Chepan, Nemethy, Wdwarhel, Zaazberethe et Egres in Zolnok interiori, necnon similiter totalis possessionis Olahsarmas ac directarum et equalium medietatum totalium possessionum Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas in de Kolos et Zaah vocatarum in Thordensi comitatibus partium regni Transsilvanarum existentium et habitarum in ipsos protestantes iure successorio devolvendarum et condescendendarum quandam dispositionem et ordinationem inter se fecissent, ac iidem Martinus Erdely et Gregorius prescriptas domum et curiam nobilitarem dicti Iohannis Erdely

fratris ipsorum simul cum dictis portionibus possessionariis ac possessionibus et medietatibus possessionum generose domine Petronelle consorti dicti Iohannis Erdely quodammodo inscribere velle(n)t et nitere(n)tur, vel forte iam de facto aliquam fassionem superinde fecisse(n)t, per quam quidem ipsorum dispositionem et ordinationem seu fassionem dictorum Martini et Gregorii prescriptas domum et curiam nobilitarem, necnon portiones possessionarias et totalem possessionem Olahsarmas simul cum dictis medietatibus ante dictarum possessionum Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas et Zaah ab eisdem protestantibus alienare velle(n)t in preiudicium et dampnum iam fatorum protestantium iurisque derogamen valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione memoratus Benedictus Andoch nominibus predictorum protestantium sepe nominatos Martinum et Gregorium Erdely a venditione, impignoratione et quavis alia alienatione prescriptarum domus et curie nobilitaris, necnon portionum possessionariarum ac possessionis et medietatum possessionum ante dictarum et aliorum quorumcunque iurium eorum possessionariorum ubilibet et in quibuscunque comitatibus dictarum partium regni Transsilvanarum existentium et habitarum, ipsos quocunque iure et qualitercunque concernentium, pre memoratam vero dominam Petronellam et alios quoslibet ab emptione, pro pignori receptione, occupationeque et detentione ac sibi ipsis usurpatione et appropriatione, seque quovis quesito colore in dominium earundem intromissione, usu fructuum et quarumlibet utilitatum earundem perceptione seu percipi factione, quoslibet etiam conventus et capitula ac alia loca credibilia a literarum suarum superinde fassionalium extradatione et emanari factione, regiam autem maiestatem a consensus sui regii superinde adhibitione qualitercunque iam factis vel fiendis publice et manifeste prohibuit coram nobis, testimonio presentium
1505. mediante. Datum in festo sancti Emerici ducis, anno domini
nov. 5. Millesimo quingentesimo quinto.

Eredetije papíron, hátán viasz pecsét maradványaival, *7263*.

CLXXXI.

Budán 1505. nov. 28.

II. Ulászló a tordavármegyei Sárpatakot és Körtvélykaput hű szolgálatai jutalmáúl Erdélyi Jánosnak s általa testvérének Mártonnak és unokatestvéreinek Gergelynek, Gáspárnak és Boldizsárnak adományozza.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servitiis fidelis nostri egregii Iohannis Erdely de Somkerek per eum sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone, deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessiones Sarpathak et Kerthwelkapu vocatas omnino in comitatu Thordensi in partibus regni nostri Transsilvanensibus existentes habitas, in quarum pacifico dominio idem Iohannes Erdely se a certis retroactis annis perstitisse persistereque asserit etiam de presenti, simul cum omni iure nostro regio, si quod in eisdem possessionibus Sarpathak et Kerthwelkapu qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentium, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Iohanni Erdely de Somkerek ac per eum egregiis Martino Erdely de predicta Somkerek carnali, necnon Gregorio, Gaspar et Baltasar fratribus suis fratruelibus, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, si et in quantum eedem possessiones ad aliqua bona nostra regalia vel reginalia non pertinent, nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et

conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria sexta proxima post festum beate
1505. nov. 28. Katherine virginis et martyris anno domini Millesimo quingentesimo quinto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno decimo sexto, Bohemie vero tricesimo sexto.

Egyszerű másolat a XVI. század közepéről, *jelzet nélkül.*

CLXXXII.

Deésen, 1506. febr. 23.

Nagy János deési bíró és eskütt társai előtt Kemenczegyártó Benedek s neje Piroska asszony, Mátyus Mátyás, továbbá a Szabó Domokos neje és Osvát deák egy házhelyüket Mátyus Andrásnak örökbe vallják.

Nos Iohannes magnus iudex, iurati ceterique cives et universi cohabitatores oppidi Dees memorie commendamus tenore presentium significantes quibus incumbit universis, quod providus Benedictus Kemenczegyartho protunc Bude residens una cum domina Prisca coniuge sua, et Mathias Mathyws carnalis frater dicte domine Prisce et contoralis providi Dominici Zabo, necnon Osvaldus literatus parte ab una, vero ex altera circumspectus Andreas Mathyws noster videlicet concivis ad nostram venientes presentiam dixerunt et oraculo vive vocis sunt confessi per hunc modum, quod ipsi fundum curie eorum in medio nostri ac inter fondos parte orientali discreti Emerici presbyteri, parte vero meridionali platea oppidi Dees latens, parte vero septemtrionali terra civitatis ad arcem iacens, parte vero occidentali inter fondos condam providi Anthonii Zabo situm et habitum titulo emptionis ipsos tangentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus et vallibus, aquis, fluviis et generaliter quarumlibet utilitatum suarum (integritatibus) quovis nominis vocabulo vocitatis ad

eundem de iure spectantibus et concernentibus provido Andree Mathyws concivi nostro *) plene ab eodem habitis et receptis dedissent et vendidissent, ac coram nobis pari voluntate dederunt et vendiderunt filiorum in filios, heredumque per heredes iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum, nullo penitus contradictore apparente, tali vinculo seu conditione mediante, quod si quispiam in processu temporum ipsum Andream Mathyus aut suos filios vel heredes ratione dicti fondi molestare vel quovismodo impedire vel in causam attrahere niteretur, extunc idem ipse Benedictus Kemenczegyartho et domina coniunx sua ac Mathyas Mathyws, necnon contoralis Dominici Zabo et Osvaldus literatus in falsa fide convincantur; ad quod se spontanea coram nobis obligaverunt voluntate. In cuius rei memoriam presentes literas eidem duximus concedendas, sigilloque nostre civitatis roboravimus. Datum in Dees, feria secunda in Carnisprivio, in vigilia beati Mathei **) apostoli anno domini Millesimo quingentesimo sexto. 1506. febr. 23.

Eredetije papíron, alján viasz pecsét nyomaival, *7629*.

CLXXXIII.

Szucsákon, 1506. aug. 1.

Szentgyörgyi Péter országbíró és erdélyi vajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy a kolosvári prédikátor-rendüek suki halastaváról szóló egyességlevelet ezek számára hiteles alakban adja ki.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis religiosorum fratrum ordinis predicatorum in claustro beatissime virginis Marie in civitate Coloswariensi fundato degentium, quomodo quedam litere vestre fassionales, obligatorie

*) Az összeg kimaradt.
**) Így, *Mathie* helyett.

pariter et compositionales factum totalis piscine eorundem exponentium intra metas possessionis Swk vocate in comitatu de Colos existentis habite tangentes et concernentes casualiter ab ipsis exponentibus deperdite forent et alienate, quarum paria in vestra sacristia seu conservatorio dicte ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locata, quibus nunc iidem exponentes pro tuitione iurium ipsorum plurimum indigerent. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatinus prescripta paria ante dictarum literarum vestrarum fassionalium, obligatoriarum in dicta vestra sacristia seu conservatorio ecclesie vestre predicte diligenter reinveniri, requisitorumque et reinventorum tenorem in transumpto literarum vestrarum in forma debita annotatis exponentibus dare et concedere debeatis iuris ipsorum ad cautelam, caventes tamen, ne fraus et dolus exinde oriatur aliqualis. Datum in possessione Zwchak, in festo ad vincula
1506. aug. 1. beati Petri apostoli anno domini Millesimo quingentesimo sexto.

A kolosmonostori conventnek 1506. aug. 10-én a kolosvári prédikátor-rendüek részére hártyán kelt átíratában, *5670.*

CLXXXIV.

Budán, *1506. nov. 1.*

II. Ulászló a kízdi Sándor János halála után ennek neje Hieronyma és kiskorú fia Gáspár kérésére a gyámságot és a birtokok kezelését a gyermek felnőttéig Erdélyi Jánosra ruházza.

commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod licet alias inter fideles nostros egregios Iohannem Erdely de Somkerek et condam Iohannem Sandor de Kyzdy, ipso eodem Iohanne Sandor adhuc in humanis agente, super devolutione universorum bonorum et iurium suorum possessionariorum mutuo et in alterutrum

fienda certa fraternalis compositio et connexio in casu quo alterum eorum prius absque heredum solatio decedere contingeret, iuxta continentias literarum conventus ecclesie de Kolosmonostra superinde ut dicitur confectarum facta exstiterit, huiusmodique mutuum vinculum et ordinationem consensus etiam noster regius subsecutus fuerit, decedente tamen postea ex hoc seculo eodem Iohanne Sandor ipsa eadem universa bona et iura sua possessionaria in nobilem Gasparem filium eiusdem ab eodem legitime procreatum, puerum quidem ut dicitur adhuc teneram etatem agentem de iure condescensa esse dicuntur, qui quidem Gaspar cum ob huiusmodi suam teneram et inabilem *(igy)* etatem, nobilis etiam domina Ieronyma relicta dicti condam Iohannis Sandor, genitrix videlicet ipsius Gaspar pueri, soror utputa carnalis nobilis domine Petronelle consortis prefati Iohannis Erdely ob sexus sui fragilitatem et impotentiam ad tutanda et conservanda prescripta bona insufficientes et inabiles existant, ne ipsa eadem bona interea, donec prefatus Gaspar maturam attinget etatem, desolentur et depopulentur, aut hinc inde per manus violentas dilacerentur vel occupentur, supplicatum exstitit maiestati nostre pro parte eiusdem domine Ieronyme relicte ac Gaspar filii sui, ut prescripta bona et iura possessionaria nomine tutorio ad manus dicti Iohannis Erdely tum affinitatis premisse, cum etiam ipsorum bonorum desolationis evitande causa dare et assignare dignaremur per ipsum Iohannem usque ad maturam etatem dicti pueri tenenda et protegenda. Unde nos huiusmodi supplicatione exaudita volentes ipsorum bonorum tutele et conservationi infra tempus premissum opportune consulere, eadem universa bona et iura possessionaria prefati Gaspar pueri ubilibet infra ambitum huius regni ac partibus suis Transsilvanis habita, ipsum scilicet puerum iuste et legitime concernentia, nomine ut prefertur tutorio ad manus ipsius Iohannis Erdely infra tempus dumtaxat, quo idem puer ut prefertur maturam perveniet in etatem, per eundem Iohannem tenenda et protegenda danda et assignanda duximus, imo damus et assignamus presentium per vigorem. Quocirca tibi prefato Iohanni Erdely harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus

acceptis presentibus prescripta universa bona et iura possessionaria annotati Gaspar pueri tempus infra premissum nomine tutorio tenere et conservare, illaque ab omnibus impetitoribus protegere, tueri et defensare ac indempniter manutenere debeas et tenearis, auctoritate nostra presentibus tibi in hac parte attributa et iustitia mediante. Datum Bude, in
1506. festo Omnium Sanctorum anno domini Millesimo quingente-
nov. 1. simo sexto.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7291.*

CLXXXV.

Rápolton, 1507. jan. 20.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Szentimrei Dániel egy év tartamára ügyvédeket vall.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus etc. memorie commendamus, quod nobilis Daniel de Zenth Imbreh coram nobis personaliter constitutus in omnibus causis suis et earundem articulis tam per ipsum contra alios, quam per alios quospiam contra ipsum in quibuslibet terminis coram quovis iudice et iustitiario regni ecclesiastico videlicet et seculari a data presentium per anni circulum motis vel movendis Iohannem literatum de Bathor, Gregorium de Makra, Martinum de Darocz, Ladislaum de Folth, Simonem de Salffalva, Clementem de Keresthwr, Gregorium Nagh de Alpesthes, Nicolaum de Gered, Andream de Bodoghazzonffalwa, Blasium de Kemend, Andream literatum de Ilhye, Valentinum Gewse [de] Bwsthar et Petrum de Syle fecit, constituit et ordinavit suos veros et legitimos procu[ratores], ratum atque firmum se promittendo habiturum, quitquid per predictos suos procuratores simul vel divisim exhi[bit]orem videlicet seu exhibitores presentium actum, factum et procuratum fuerit in causis suis prenotatis. Da[tum] in possessione

Rapolth, in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum anno domini Millesimo quingentesimo septimo. 1507. jan. 20.

Eredetije papíron, alján veres viasz pecsét nyomaival, *3107*.

CLXXXVI.

(Kolosmonostoron) 1507. mart. 31.

A kolosmonostori convent előtt Suki István Erdélyi Mártonnak, miután ez az Erdélyi János által neki zálogba vetett Vissáért a száz forint zálogösszeget megfizette, Vissát visszaadja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra memorie commendamus, quod nobilis Stephanus de Swk personaliter veniens in presentiam nostri ministerio vive vocis spontaneaque sua voluntate confessus est in hunc modum, quomodo sibi egregius Martinus Erdely de Somkerek illos centum florenos, pro quibus scilicet alias egregius condam Iohannes Erdely de dicta Somkerek totalem possessionem suam Wyssa vocatam, in comitatu de Kolos existentem et habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, mediantibus literis suis sub sigillo suo usuali superinde emanatis impignoraverat, plene et integre paratis in pecuniis persolvisset; ob hoc ipse eundem Martinum Erdely de et super solutione et restitutione ipsorum centum florenorum quitum, expeditum et per omnia absolutum reddidisset et commisisset, eandemque possessionem Wyssa eidem remisisset et resignasset, imo sicuti dixit coram nobis plene et integre persolvit et restituit, idem etiam remisit et resignavit, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo quingentesimo septimo. 1507. mart. 31.

Eredetije papíron, hátán pecsét maradványaival, *7297*.

CLXXXVII.

Kolosváron, 1507. apr. 14.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda a néhai Erdélyi Tamás özvegye Orsolya asszony panaszára megparancsolja az Erdélyi János özvegyének, Petronella asszonynak, hogy a férje halála után örökségi jogon Erdélyi Mártont, fiait és leányait s a néhai Tamás fiát Gergelyt illető javaknak jó gondját viselje.

Comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus et siculorum comes etc. generose domine Petronelle condam egregii Iohannis Erdely de Somkerek relicte salutem et favorem. Exponit nobis egregius Matheus Jankaffy de Ews in persona nobilis domine Ursule, relicte condam Thome Erdely de dicta Somkerek, quod quamvis superioribus diebus prefatus condam Iohannes Erdely dominus et maritus tuus ab hac luce nutu divino decesserit, tamen certa bona mobilia, necnon possessiones, portionesque et iura possessionaria eiusdem condam Iohannis ubilibet et in quibuscunque comitatibus harum partium Transsilvanarum existentes adiacentes, que utputa erga manus tuas in presentiarum haberentur, egregium Martinum Erdely de Somkerek predicta, necnon filios et filias eiusdem ac Gregorium filium prefati condam Thome et ceteros fratres eiusdem iure hereditario et successorio concernent, in quibus ut etiam in presentiarum annotato Gregorio absente atque extra partes istas Transsilvanas persistente nonnulle distractiones atque discipationes eorundem bonorum per quosdam fieri niterentur accepimus, que haud dubium quin in manifestam ipsorum vergeret perniciem atque derogamen. Nolumus igitur nos aliquem regnicolarum harum partium Transsilvanarum et presertim nostre huic vayvodali iurisdictioni subiectum sic improvise et inopinate suis iuribus defraudari, volumus igitur nihilominusque tibi regia in persona firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus prescripta bona mobilia, necnon possessiones, portionesque et iura possessionaria annotati con-

dam Iohannis Erdely, que ut prefertur apud manus tuas in presentiarum haberentur, usque ad ipsius Gregorii in has partes Transsilvanas reditum aut quoad procuratorem suum in his partibus Transsilvanis deputare poterit, statu in eodem quo nunc existunt, demptis tamen illis, super quibus idem condam Iohannes Erdely testamentariam fecisset legationem, indempniter atque inconcusse et indivise apud manus tuas tenere et conservare modis omnibus debeas et tenearis, et ne per te aut per quospiam usque ad prescripti temporis spatium discipentur, secus igitur nullo modo factura; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Coloswar, feria quarta proxima post dominicam Quasimodo anno domini Millesimo quingentesimo septimo. 1507. apr. 14.

Egykorú másolata papíron, *6637.*

CLXXXVIII.

(Kolosmonostoron) 1507. apr. 16.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi Márton a maga s pókai Detrehy János az Erdélyi Márton és Tamás fiai és leányai nevében szamosfalvi Gyerőffy Tamást és a domokosrendi Balás papot a néhai dicsőszentmártoni Sándor János javainak Gerendi László javára leendő bevallásától, Gerendi Lászlót és Csékei Gertrudot, a Sándor János özvegyét, most Gerendi Lászlónét azok birtokbavételétől és használatától eltiltják.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod egregius Martinus Erdely de Somkerek et nobilis Iohannes Detrehy de Poka coram nobis personaliter constituti idem etiam Martinus Erdely in sua, item dictus Iohannes Detrehy in Iohannis, Francisci et Anthonii filiorum, necnon Katherine, Clare et Elizabeth puellarum, filiarum prefati Martini Erdely ac Gregorii, Gaspar et Balthasar similiter filiorum, necnon Clare et Magdalene puellarum modo simili filiarum condam Thome Erdely de dicta Somkerek personis egregium Thomam Gyerewffy de Zamosfalwa et religiosum virum fratrem Blasium sacerdotem divi ordinis beati Dominici confessoris in claustro beate Marię virginis in civitate Coloswar fundato degentem

ab illa fassione, quam iidem ratione bonorum egregii condam Iohannis Sandor de Dychewzenthmarthon egregio Ladislao de Gerend facere niterentur, item iam fatum Ladislaum de Gerend et dominam Gedrud alio nomine Ieronyma vel Gera vocatam, alias relictam dicti olim Iohannis Sandor, nunc vero consortem prefati Ladislai Gerendy, filiam scilicet condam Iohannis de Czeke a receptione, occupationeque et sibi ipsis usurpatione directe et equalis tertie partis universorum bonorum possessionariorum, portionumque et iurium possessionariorum antefati Iohannis Sandor ubique et in quibuscunque comitatibus intra ambitum harum partium Transsilvanarum existentium et habitorum, usu etiam fructuum et quarumlibet utilitatum eiusdem tertie partis perceptione seu percipi factione, seque in dominium eiusdem intromissione et sibi ipsis statui factione atque perpetuatione quomodolibet iam factis vel fiendis publice et manifeste inhibuerunt contradicendo et contradixerunt inhibendo coram nobis lege regni requirente, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum feria sexta proxima post festum beatorum Thiburtii
1507. apr. 16. et Valeriani martyrum, anno domini Millesimo quingentesimo septimo.

Eredetije papíron, hátán viasz pecsét maradványaival, *7298*.

CLXXXIX.

Budán, 1507. maj. 26.

II. Ulászló az Erdélyi Gergely panaszára, hogy az Erdélyi János magtalan halála után neje Petronella asszony jegyajándékán és hozományán felül férjének még a panaszost és testvéreit illető javait is használja, megparancsolja Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajdának és az alvajdáknak, hogy a feleket idézzék magok elé s kihallgatván őket Petronella asszonynyal a jegyajándéka és hozománya fejében őt megillető javakon kivűl a többit panaszlónak és testvéreinek adassák vissza.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, spectabili et magnifico Petro comiti de Sancto Georgio et de Bozyn iudici curie nostre ac vayvode Transsilvano et comiti siculorum, necnon vicevayvodis eiusdem

salutem et gratiam. Expositum exstitit maiestati nostre pro parte et in persona nobilis Gregorii filii condam Thome filii olim Stephani Erdely de Somkerek, quod quamvis universa iura possessionaria egregii condam Iohannis filii dicti olim Stephani Erdely ubilibet habita per mortem et defectum seminis eiusdem condam Iohannis in ipsum exponentem una cum certis fratribus suis iure hereditario successorioque devoluta existunt et redacta, tamen nescitur quibus respectibus generosa domina Petronella relicta eiusdem condam Iohannis, que preter dotem et res parafernales suas in eisdem iuribus possessionariis nihil iuris habere dinosceretur, eadem certa iura possessionaria dicti condam Iohannis Erdely ubilibet habita, que ipsas dotem et res parafernales suas longe excederent, manibus suis applicando teneret, nec eidem exponenti sepenumero petenti et dictis fratribus suis remittere curasset, prout non curaret etiam modo apud se indebite conservando in preiudicium et dampnum eiusdem exponentis et fratrum suorum manifestum, supplicatum itaque exstitit maiestati nostre pro parte ipsius exponentis, ut sibi super premissis de remedio providere dignaremur opportuno. Nos vero nolentes ipsum exponentem suis iustis iuribus destitui atque fraudari, prefate etiam domine Petronelle dotem et res parafernales suas reddi facere volentes, fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus acceptis presentibus partibus predictis ad unum certum et brevem terminum vestri in presentiam convocatis, auditisque earundem partium propositionibus, allegationibus et responsis, pre tacta universa bona et quelibet iura possessionaria dicti condam Iohannis Erdely, demptis solummodo tot et tantis iuribus possessionariis, quot videlicet et que ad valorem predictarum dotis et rerum parafernalium antefate domine Petronelle se extendere videbuntur, que infra eum terminum, quo eadem domina sub nomine et titulo prenominati condam Iohannis Erdely domini et mariti sui vixerit, apud ipsam remanebunt, prelibato exponenti cum his quibus congruit, iuxta illarum partium regni nostri Transsilvanarum consuetudinem reddi et restitui facere debeatis et teneamini, iure et iustitia mediante, secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude,

1507. feria quarta proxima post festum Penthecostes, anno domini
maj. 26. Millesimo quingentesimo septimo.

Relatio reverendi Petri prepositi Albensis, secretarii regie maiestatis.

Eredetije papíron, alján viasz pecsét maradványaival s alól a jobb sarokban *P. Berisl.* följegyzéssel, *7444.*

CXC.

Somkeréken, 1507. jun. 29.

Bethleni Miklós és társai mint fogott bírák előtt Erdélyi Márton és fiai s a néhai Erdélyi Tamás fiai Csékey Mártonnal és leányával özvegy Erdélyi Jánosnéval a férje által jegyajándéka, továbbá hozománya és ezerhatszáz forint zálogösszeg fejében neki örökbe vallott birtokok visszaadására nézve egyességre lépnek.

Nos Nicolaus de Bethlen, Iohannes Barlabassy de Che(s)thwe, Franciscus Banfy de Lossonch, alter Franciscus Appafy de Naghfalw, Petrus de Sombor, Emericus Ewdenfy de Nagh Myhal, Martinus de Daroch et Thomas de Sennyes,*) Ladislaus de Kecheth, Christophorus de Zylwas, Iacobus et Ladislaus (de) Gerend,**) Gaspar Sykesd de Theremy, Iohannes Bykly de Bykol, Gallus de Kend, Demetrius Porkolab de Bongarth ***) iudices arbitri egregiorum Martini Erdely de Somkerek oneribus et quibuslibet gravaminibus Iohannis, Francisci et Anthonii filiorum ac Gregorii, Gaspar et Balthasar similiter filiorum condam Thome Erdely de dicta Somkerek fratrum patruelium suorum in se assumptis ab una, ac alter Martinus filius condam Iohannis de Czeke et nobilis domina Petronella filia eiusdem condam Iohannis Chekey, relicta videlicet condam egregii Iohannis Erdely de iam fata Somkerek ex altera partibus in infra scriptis per easdem partes in eorundem iudices arbitros electi, medio nostri tanquam iu-

*) A *7442.* számú példányban *Zennes* olvasható.

**) A *7442.* számuban *de Gyred* van írva.

***) *Paulus, Ladislaus et Stephanus Chereny de Balasfalwa* mindkét példányból ki vannak törölve. A *7442.* számuból *Chereny* hiányzik.

dicum eorundem arbitrorum taliter concordati sunt et uniti, quod licet ratione et pretextu domus lapidee et curie nobilitaris, necnon totalium portionum possessionariarum ipsius condam Iohannis Erdely de dicta Somkerek in possessionibus Somkerek predicta, Zazberethe, Wdwarhel, Kayla,*) Zenthandras, Zekerberethe, Kaach, Magosmarth,**) Wyragosberek, Zaznemege, Olahnemege, Lwczka, Prezlop, Chepan, Nemethy in Zolnok interiori, necnon totalium possessionum Mezewzilwas alio nomine Waydazilwas et Sarmas in de Colos, ac similiter portionis possessionarie eiusdem condam Iohannis Erdely in possessionibus Zaah ***) et Lekencze in Thordensi comitatibus existentibus habitarum, alias per prefatum condam Iohannem Erdely dominum et maritum ipsius domine Petronelle eidem tum pro dote et rebus parafernalibus sed et aliis iuribus suis, tum vero ob amorem, quem idem condam Iohannes Erdely erga ipsam dominam habuisset, iuxta continentiam literarum fassionalium pariter et obligatoriarum regalium, sed et conventus ecclesie de Colosmonostra superinde statutoriarum eidem domine Petronelle pro mille et sexingentis florenis auri datarum et ascriptarum, necnon rerum aurearum et argentariarum sed et equorum equatialium, necnon aliarum pecudum et pecorum atque cunctarum aliarum rerum et bonorum mobilium, necnon perceptionum proventuum bonorum et iurium possessionariorum prefati Martini Cekey per ipsum condam Iohannem Erdely factarum certe lites et differentie ac controversionum materie mote fuerint et suscitate, tamen nunc eedem partes, sopitis prius et sedatis premissis litibus, differentiis et controversionum materiis, actibusque potentiariis per eos aut homines et familiares eorum contra alterutrum patratis, exindeque se se mutuo ac ipsos homines et familiares eorundem quitos et expeditos reddendo, dictis etiam literis fassionalibus pariter et obligatoriis ac statutoriis cassatis, prefatus Martinus Erdely sed et dicti sui filii et fratres eidem domine Petronelle pro

*) A *7442.* számuban *Kayalya* olvasható.
**) U. o. *Magosmarthon.*
***) U. o. *Zaz.*

prescriptarum *) domo et curia nobilitari, ac possessionibus portionibusque possessionariis ipsius condam Iohannis Erdely sed et equis equatialibus eiusdem mille et ducentos florenos auri, rerum estimatione qualibet seclusa, paratis in pecu-
nov. 11. niis prefate domine Petronelle in festo beati Martini episcopi et confessoris nunc venturo coram dicto conventu ecclesie de Colosmonostra plenarie persolvere teneatur, dicti autem equi equatiales totaliter dictis Martino Erdely filiisque et fratribus suis, alie vero res auree et argentarie sed et pecudes et pecora, cetereque res mobiles annotate domine Petronelle cedere et provenire debeant; isto etiam addito, quod testamentaria dispositio prefati condam Iohannis Erdely tempore ultime sue testamentarie dispositionis facta in omnibus suis punctis et articulis in vigore permaneat et per ipsas ambas partes inviolabiliter observetur; hoc etiam specificato, quod dicta domina Petronella usque prescriptum festum beati Martini episcopi et confessoris in dictis domo lapidea et lignea et curia nobilitari, necnon possessionibus et portionibus possessionariis pacifice et quiete permanere, fructusque et utilitates ac proventus, sed et servitia populorum et incolarum earundem iuridice, dempta dumtaxat taxa dicti festi sancti Martini, percipere possit et valeat; nec hoc pretermisso, quod ipsa domina ex hominibus et familiaribus, necnon ipsis populis et colonibus neminem in iobagionem seu aliter qualitercunque mittere habeat facultatem. Facta autem prescripta solutione dictorum mille et ducentorum florenorum aurii, psa domina Petronella prefatis Martino Erdely ac filiis et fratribus suis in prescripto festo beati Martini episcopi et confessoris coram ipso conventu superinde more solito literas expeditorias fateri atque dare, presciptas etiam domum et curiam nobilitarem, ac possessiones et portiones possessionarias predictis Martino Erdely ac filiis et fratribus suis pacifice et quiete remittere et resignare, manusque suas penitus et per omnia de eisdem excipere teneatur; isto etiam non obmisso, quod dicti Martinus Erdely ac filii et fratres sui dictas pecudes et pecora, demptis dictis equis equatialibus,

*) Így *prescriptis* helyett.

amodo infra octo dierum spatia iuxta veram datam rationem pastorum dictarum pecudum et pecorum super custodia earundem et eorundem fiendam dicte domine Petronelle aut hominibus suis per ipsam ad id deputandis illac, ubi ipse pecudes et pecora existunt, reddere et restituere, seu reddi et restitui facere debeat; adiuncto denique, quod dicti Martinus Erdely ac filii et fratres sui de prescripta perceptione fructuum et utilitatum ac proventuum dictorum bonorum et iurium possessionariorum prefati condam Iohannis*) Cekey per prefatum similiter condam Iohannem Erdely modo premisso facta quiti, expediti et per omnia absoluti permaneant; adiecto etiam, quod ipsa domina Petronella literas factum possessionis Zylwas in de Colos et Zah ac Lekencze in Thordensi comitatibus existentium et habitarum tangentes et concernentes, (et) quaslibet literas instrumentales, causales et alias quaslibet ipsos Martinum Erdely ac filios et fratres suos concernentes eisdem plenarie reddere debeat et restituere et super eadem plenaria restitutione, si iidem Martinus Erdely aut filii et fratres sui voluerint, in dicto festo beati Martini episcopi et confessoris coram ipso conventu sola sua in persona iuramentum prestare teneatur, et quod premissa etiam duo aut tres ex nobis in eorum sed et aliorum nostrorum personis in aliquo loco credibili, ubi partes ipse exinde pro earundem parte literas habere possint, per omnia fateri, locusque ille credibilis eisdem partibus literas dare valeat, tali obligaminis vinculo mediante, quod si dictus Martinus Erdely ac filii et fratres sui (in) premissis persistere et ea observare nollent, non possent seu non curarent quoquomodo, extunc ipsi contra prefatam dominam Petronellam in duobus millibus florenis auri convincantur, ipsa autem domina Petronella iuxta continentiam et vigorem dictarum literarum fassionalium regalium pariter et obligatoriarum ac statutoriarum in dictis domo lapidea et curia nobilitari, possessionibus et iuribus possessionariis literis in eisdem specificatis remanere possit; econverso autem, si similiter antelata domina Petronella modo simili in premissis persistere nol-

*) A másik példányban *Martini* javítás.

let, non posset seu non curaret quoquomodo, extunc similiter ipsa domina Petronella adversus eosdem Martinum Erdely ac filios et fratres suos consimiliter in duobus millibus florenis auri ac insuper in amissione dictarum domus lapidee et curie nobilitaris, ac dictarum possessionum et iurium possessionariorum literis (in eisdem) fassionalibus pariter et obligatoriis ac statutoriis specificatarum convincatur ipso facto; isto etiam declarato, quod si qua partium ipsarum prescripta vincula infringeret quovismodo, extunc pars premissa observans ipsa vincula coram dominis vayvodis aut eorum vicevayvodis nunc in his partibus Transsilvanis constitutis et constituendis extra octavas brevi evocatione mediante requirere possit et valeat. Ad que premissa partes se personalibus eorum astantiis sponte obligarunt coram nobis, huius nostri vigore et testimonio registri mediante. Datum in predicta possessione
1507. jun. 29. Somkerek, in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini Millesimo quingentesimo septimo.

Egykorú fogalmazványa két példányban papíron, *6659., 7442.*

CXCI.

Budán, 1508. maj. 25.

Perényi Imre nádor előtt Nyirbogdáni Mihály deák a somkereki Erdélyi Márton nevében az ellen, hogy a király Zsigmond nevű berétei szolgáját megnemesítette, tiltakozik.

Nos Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis, regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod Michael literatus de Nyrbogdan nostram veniendo in presentiam nomine et in persona egregii Martini Erdely de Somkerek per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo sicuti ipse Martinus revera percepisset, serenissimus princeps dominus Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. dominus noster gratiosissimus quendam Sigismundum in possessione prefati Martini protestantis Berethe vocata, in comitatu Zolnok interiori habita commorantem, familiarem utputa eiusdem Martini protestan-

tis in ipsa possessione Berethe, in cuius pacifico dominio idem protestans perstitisset persistitque in presentiarum, vigore certarum literarum suarum regalium nobilitasset in preiudicium iuris eiusdem Martini protestantis nobilitaris non modicum. Unde facta huiusmodi protestatione idem Michael literatus in persona eiusdem Martini prefatum dominum nostrum regem ab huiusmodi nobilitatione prefati Sigismundi, in quantum videlicet ipsa nobilitatio iuribus ipsius protestantis quoquomodo preiudicari possit, ipsum etiam Sigismundum ab huiusmodi illegitima impetratione quomodolibet palam vel occulte facta aut fienda prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, testimonio presentium mediante. Datum Bude, in festo beati Urbani pape anno domini Millesimo quingentesimo octavo. 1508. maj. 25.

Lecta.

Eredetije papíron, alján vörös viasz pecsét töredékeivel, *7296.*

CXCII.

Váczon, 1508. oct. 12.

II. Ulászló Erdélyi Gergely panaszára, mely szerint Erdélyi Márton a néhai Erdélyi Jánosnak őket örökségi jogon egyenlőképpen megillető javaiból az ő részét nem adta ki, megparancsolja az erdélyi vajdának és alvajdáknak, hogy a feleket idézzék meg s kihallgatván őket mondjanak itéletet.

commissio propria domini regis.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, spectabili et magnifico Petro comiti de Bozyn et de Sancto Georgio iudici curie nostre ac partium regni nostri Transsilvanensium vayvode et siculorum comiti, necnon vicevayvodis eiusdem salutem et gratiam. Nostre expositum est maiestati pro parte et in persona fidelis nostri egregii Gregorii filii condam Thome Erdely de Somkerek, quod licet post mortem et decessum egregii condam Iohannis Erdely de eadem Somkerek, fratris carnalis prefati condam Thome Erdely, patris ipsius exponentis, universa bona,

possessionesque ac portiones et quelibet iura possessionaria eiusdem condam Iohannis Erdely ubilibet et in quibuscunque comitatibus partium predicti regni nostri Transsilvanensium existentes et habita in ipsum exponentem ac egregium Martinum Erdely de predicta Somkerek, simili modo fratrem carnalem prefati condam Thome Erdely, patris ipsius exponentis communi et equali iure successorio devolvi debuerint, tamen idem Martinus Erdely incertum est quam ob causam de predictis bonis ac possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis eidem exponenti ad plurimas suas requisitiones nullam omnino portionem hactenus dare voluisset, prout neque in presentiarum vellet easdem et eadem sibi ipsi minus iuste et indebite usurpando in gravissimum preiudicium eiusdem exponentis iurisque derogamen manifestum, idem itaque exponens maiestati nostre humiliter supplicavit, ut sibi circa premissa de opportuno iuris remedio providere dignaremur. Et quia nos neminem subditorum nostrorum in suis iuribus ita indebite gravari permitti solemus, harum igitur serie fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus receptis presentibus partibusque predictis ad unum certum et brevem terminum vestri in presentiam convocatis, auditisque earundem partium propositionibus, responsionibusque et allegationibus, admissis etiam testibus et quibusvis probabilibus et evidentibus documentis causam huiusmodi partes inter easdem iusto iuris tramite revidere ac finaliter concludere atque id, quod iudicando decreveritis, debite exsecutioni demandare modis omnibus debeatis et teneamini, auctoritate nostra regia presentibus vobis in hac parte attributa et iustitia mediante, secus igitur nullo modo facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in civitate
1508. Waciensi, feria quinta proxima ante festum beati Galli con-
oct. 12. fessoris anno domini Millesimo quingentesimo octavo.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7502.*

CXCIII.

Tordán, 1508. nov. 6.

Losonczi Desewffy János és Sulyok Benedek tordavármegyei ispánok és szolgabíró társaik Tóth Miklóst a Barkó Tamás egy ökrének elhajtásában vétkesnek nyilvánítják s miután négyszeri idézésre sem jelent meg, tizenkét márka bírságban elmarasztalják.

Nos Iohannes Desewffy de Losoncz et Benedictus Swlyok de Zanchal comites, item Thomas Egressy de Pethlend, necnon Bernardus Sarossy de Zengel iudices nobilium comitatus Thordensis damus pro memoria, quod cum nos feria secunda proxima post festum beati Michaelis archangeli oct. 2.
una cum nobilibus comprovincialibus prefati comitatus hic in oppido Thordensi, loco scilicet sedis nostre iudiciarie pro tribunali consedissemus, tunc nobilis Iohannes Nagh de Chan legitimus procurator egregii Martini Erdeli de Somkerek e medio aliorum causantium nostram veniendo in presentiam contra et adversus nobilem Nicolaum Thoth de Mayos proposuerat eo modo, quod in anno proxime transacto prefatus Nicolaus Thoth cuidam iobagioni prefati Martini Erdeli videlicet Thome Barko in possessione Saromberek commoranti, quendam bovem ipsius Thome Barko valentem florenos quatuor in territorio possessionis Zenth Gewrgh per quosdam suos familiares recipere fecisset potentia mediante, qui quidem Thomas Barko ad solam fidem prefati Nicolai Thoth credidisset, quod ipse Nicolaus prefatum bovem per familiares suos in territorio possessionis Zenth Gewrgh recipere non fecisset potentia mediante; insuper retulit idem Iohannes Nagh, quod prefatus Nicolaus Tot ad premissam propositionem audiendam ad tres terminos relationis coram nobis venire neglexisset, sed semper se secundum consuetudinem sedis aggravari permisisset, et quarto ad totalem relationem eundem Nicolaum coram nobis evocari fecisset, qui non venisset neque misisset, sed se similiter in onere trium marcarum permisisset; his dictis prefatus Iohannes Nagh a nobis in premissis iudicium et (iustitiam) elargiri postulavit. Nos igi-

tur una cum nobilibus comprovincialibus nostris scilicet coassessoribus iudicando commiseramus, quod prefatus Nicolaus Tot in sede nostra iudiciaria proxime affutura coram iudicibus super eo, quod ipse predictum bovem Thome Barko valentem florenos quatuor recipere non fecisset potentia mediante, sacramentum deponere debeat et tandem liber permaneat; qui si huiusmodi suam fidem sola sua in persona deponere neglexerit, extunc prefatus Thomas Barko iobagio Martini Erdeli similiter sola sua in persona in eadem sede nostra iudiciaria proxime affutura super eo, quod predictus bos suus, quem prefatus Nicolaus ab eodem potentia mediante recipere fecisset, valuisset florenos quatuor, et quod idem Nicolaus illum bovem ab eodem potentialiter recipere fecisset, iuramentum deponere debeat, qui si iurare presumserit, extunc idem Nicolaus Toth in estimatione predicti bovis et insuper in actu potentie convincatur eo facto, faciente marcas quinquaginta. Termino igitur adveniente prefatus Nicolaus Thoth ut debebat super premissa sacramentum deponere neglexit et neque coram nobis venire curavit; in persona vero prefati Thome Barko venit coram nobis Stephanus Barko filius predicti Thome Barko, retulitque suum patrem Thomam Barko ab hac luce decessum esse, pro eo ipse loco et in persona prefati sui patris, in quem causa ipsa condescensa est, secundum priorem nostram adiudicationem fidem deponere promptus esset et paratus; qui quidem Stephanus Barko ex nostra annuentia secundum priorem nostram adiudicationem super eo, quod bos condam sui patris videlicet Thome Barko, quem Nicolaus Thot ab eodem patre suo in territorio possessionis Zenth Gewrgh recipere fecisset, valuisset florenos quatuor, et quod illum bovem idem Nicolaus ab eodem Thoma Barko potentialiter absque iure recipere fecisset, coram nobis sacramentum sola sua in persona deposuit. Facta igitur huiusmodi depositione iuramenti eundem Nicolaum Toth iuxta nostram priorem adiudicationem in estimatione predicti bovis et insuper in actu potentie, necnon pro quaterna non venientia coram nobis in duodecem marcis convictum et aggravatum fore permisimus eo facto, testimonio presentium mediante. Datum feria secunda post (festum)

. . . .

Emerici ducis, in die sedis iudiciarie anno domini Millesimo quingentesimo octavo. 1508. nov. 6.

Eredetije papíron, hátán három pecséttel, *7393.*

CXCIV.

Deésen, 1508. dec. 24.

Mészáros Tamás deési bíró és esküttt társai előtt Nagyszentmihályi Tamás a Herthó Péter által adóssága fejében neki lekötött földet egy bizonyos összegért Máté deáknak örökbe vallja.

Nos Thomas Mezaros iudex et iurati cives, consules ac universi cohospites de Dees memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod coram nostra veniendo in presentia circumspectus Thomas . . . . *) de Naghzenthmyhal et oraculo vive vocis proposuit in hunc modum, quomodo ipse quandam particulam seu medietatem terre Petri Hertzon intra extimatam sibi propter quoddam debitum ipsius Petri dicti post revolutionem anni et duobus diebus,**) cui a parte orientis locus castri seu terra civitatis, meridionali media pars illius terre aput Emericum Themeswary existens, occidentali vicus civitatis, australi vero eiusdem Mathie literati cum veris et iustis metis convicinantur, circumspecto Matheo literato concivi nostro pro quadam summa pecuniarum plene et integre ab eodem rehibitarum et persolutarum sibi et per eum suis successoribus dedisset et vendidisset, imo dedit et vendidit coram nobis in filios filiorum suorum iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente, tali nostro consveto vinculo mediantequo utimur, quod si quispiam temporum in processu prelibatum Matheum literatum aut suos posteritates pretxtu vel ratione huius medietatis terre intra vel extra iudicium quoquomodo impedire et molestare niteretur, extunc talis in facto

*) Az oklevélben is üresen van hagyva.

**) Így, hibásan *duorum dierum* helyett.

calumnie devincatur eo facto, harum nostrarum literarum et sigilli nostri autentici vigore presentium mediante. Ad cuius robor presentes literas nostras eidem duximus concedendas.
1508. dec. 24. Datum in Dees, in vigilia Natalis Domini anno domini Millesimo quingentesimo octavo etc.

Eredetije papíron, alján zöld viaszba nyomott pecsét töredékeivel, *jelzet nélkül.*

CXCV.

Vécs várában, 1509. mart. 24.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi Gergely a belsőszolnokvármegyei Udvarhelyen levő udvarházát, továbbá Százberetén és Szentandráson egy-egy jobbágytelkét szolgájának Madarasi Zsigmondnak és utódainak örökbe vallja.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus et siculorum comes memorie commendamus, quod egregius Gregorius filius egregii condam Thome Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina nobilium Gaspar et Balthasar filiorum eiusdem condam Thome Erdely, fratrum scilicet suorum carnalium et aliorum quorumlibet quoad infra scripta super se assumpmendo sponte et libere est confessus retulitque nobis in hunc modum, quomodo ipse debitum habens respectum ad virtuosa nobilis Sigismundi de Madaras familiaris sui multiplicium servitiorum merita, quibus ipse iuxta possibilitatis sue exigentiam cunctis in rebus suis fidei sue per eum creditis et commissis summa semper fidelitate et integerrima constantia eidem Gregorio adesse, per hocque gratum se sibi reddere studuisset et acceptum, quorum quidem servitiorum ipsius Sigismundi prefatus Gregorius non immemor esse, quin potius vicem gratitudinis aliquantisper eidem impendere cupiendo totalem domum seu curiam suam nobilitarem in possessione Wdwarhel in de Zolnok interiori, item unam sessionem iobagionalem in possessione Zenth Andras in

de Colos, preterea duas consimiliter sessiones iobagionales in possessione Zazberethe nominatis in eodem Zolnok interiori comitatibus existentes et habitas simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem curiam nobilitarem, necnon sessiones iobagionales de iure spectantibus et pertinere debentibus memorato Sigismundo de Madaras, suisque heredibus et posteritatibus universis sub conditionibus et clausulis infra declarandis dedisset, donasset et inscripsisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, imo dedit, donavit et inscripsit nostro in conspectu tali modo, quod idem Sigismundus de Madaras quousque in humanis egerit aut supervixerit, prefatis Gregorio ac fratribus suis predictis servitia prenarrata continuando more et instar ceterorum liberorum servitorum, qui prediales solent nuncupari, semper servire teneatur; casu vero, quo eundem Sigismundum Madarasy divina volente clementia ab hac luce decedere contigerit, extunc heredes et posteritates eiusdem Sigismundi prefatis Gregorio et fratribus suis prenotatis similia servitia prestare impendereque sint astricti; hoc expresse declarato, quod si idem Sigismundus aut eo decedente heredes et posteritates sui prefatis Gregorio et fratribus suis predictis modo antelato servire recusaverint seu renunciaverint, extunc presens collatio ipsius Gregorii eidem Sigismundo Madarasy aut heredibus suis in nulla parte suffragari valeat, quin potius irrita maneat et invigorosa, assumpmendo nichilominus idem Gregorius filius annotati condam Thome Erdely eundem Sigismundum de Madaras oneribus sub premissis in pacifico dominio prescriptarum domus et curie nobilitaris, ac sessionum iobagionalium successivis semper temporibus contra quosvis legitimos impetitores, causidicos et actores tueri, protegere et conservare propriis suis laboribus et expensis, quod si ipse Gregorius aut fra-

tres sui prenominati vel eorum heredes id facere non possent vel non curarent, aut forsitan per semet ipsos nollent quovismodo, extunc memoratus Sigismundus vel heredes eiusdem non aliter, nisi deposita primum eisdem paratis in pecuniis ducentorum florenorum summa de dominio pre tactarum domus et curie nobilitaris ac sessionum iobagionalium excludi valeant atque possint, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in castro Weech,
1509. in vigilia festi Annunciationis sacratissime virginis Marie
mart. 24. anno partus eiusdem Millesimo quingentesimo nono.

Lecta.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7312.*

CXCVI.

Beszterczén, 1509. jun. 23.

A beszterczei domokosrendüek Erdélyi Márton kértére és megnyugtatására kijelentik, hogy a testvére János által nekik és a kolosvári domokosrendüeknek legált kőteleni halastóra malmot soha sem építenek.

Nos fratres conventus sancte crucis civitatis Bistriciensis ordinis fratrum predicatorum memorie commendamus, quod quondam egregius dominus Iohannes Erdely in sua ultima egritudine constitutus quandam piscinam in territorio Keothely testamentaliter legavit duobus conventibus nostri ordinis, Coluszwariensi ac prefato nostro Bistriciensi, cuilibet medietatem. Demum nos fratres pre tacti conventus Bistriciensis rogati ab egregio domino Martino Erdely dicti quondam domini Iohannis germano pro se suisque heredibus, ne pronunc et futuris temporibus molendinum inibi faceremus, cum id sue dominationi vergere posset in non modicum dampnum. Volentes igitur sue dominationi condescendere in prefatis ac nostris nunc pro futurisque temporibus propter loci distantiam quieti providere promittimus, nunquam nos velle ibidem edificare aut edificari facere aliquod molendinum, etiam si molendinum illic faciendi ius aliquod nos concerneret. In quorum fidem ac testimonium presentes sigillo

nostri conventus duximus muniendas. Datum Bistricie in conventu nostro, anno domini Millesimo quingentesimo nono in vigilia Iohannis baptiste. 1509. jun. 23.

Eredetije papíron, alján pecsét töredékeivel, *7295*.

CXCVII.

Görgényben, 1509. jul. 12.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Erdélyi Márton a testvére János végrendeletébe, melylyel ez Kőtelen határában levő halastavát a beszterczei és kolosvári domokosrendüeknek hagyományozta, beléegyezését nyilvánítja.

Nos comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai regis Hungarie, Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus et siculorum comes memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod egregius Martinus Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est et retulit in hunc modum, quomodo ipse animadvertens, digna quoque mentis consideratione perpendens omnia terrena caduca, experientiaque teste transitoria et nichil eorum perpetue, nisi quod in dei laudem per quempiam collatum fuerit duraturum esse, cupiens preterea id seminare in terris, quod multiplicato cum fructu metere recolligereque posset in celis, et ut terrena ipsa in celestia transitoria in eterna felici valeat commercio commutare, sane ex singulari sincera animi sui devotione, quam ipse erga religiosos fratres ordinis predicatorum hactenus habuisset haberetque et in presentiarum, totum et omne ius suum, omnemque iuris et dominii proprietatem, quod et quam ipse in quadam piscina in territorio possessionis Kewthelen in comitatu de Kolos existentis et adiacentis ipsum iure successorio concernentis, quam videlicet alias condam Iohannes similiter Erdely frater suus carnalis ab egregio condam Stephano de Swk pretio competenti emisset, idemque in ultima sua voluntate prescriptis fratribus in claustris civitatum Bestriciensis et Coloswariensis degentibus testamen-

taliter legasset, pronunc habuisset vel se aut suos heredes in futurum quomodolibet habere sperasset, in prenotatos fratres eorumque successores universos pro sua ac prefati condam Iohannis Erdely fratris sui, consortisque et filiorum ac parentum eiusdem animarum salute in perpetuam eleemosynam transtulisset pleno cum effectu, illi siquidem testamentarie legationi prelibati condam Iohannis Erdely suum consensum prebuisset benivolum pariter et assensum, prout transtulit et per omnia consensit coram nobis, tali modo eaque conditione mediante, quod iidem fratres successivis semper temporibus decimas proventuum pre tacte piscine plebano possessionis Swk predicte in dicto comitatu de Colos existentis semper pro tempore constituto extradare et concedere administrareque deberent et tenerentur; hoc non pretermisso, quod prescripti fratres in pre tactis claustris Coloswariensi et Bestriciensi degentes in facie aggeris seu repleture ipsius piscine nullo unquam tempore molendinum aliquod pro se erigi preparareque valerent atque possint, si vero ausu temerario iidem fratres aliquod molendinum pro se preparari facere attentarent, extunc ipsi pre tactam ipsorum piscinam modo premisso eisdem collatam rursus et iterum resignare, manusque suas de eadem excipere, sicque eandem solum vigore presentium amittere possent atque deberent eo facto. Ad que premissa religiosi fratres Petrus de Cibinio prior claustri Bistriciensis et Anthonius de Segeswar in suis ac ceterorum fratrum personis sponte obligarunt coram nobis, harum nostrarum pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in
1509. Gergen, in profesto *) beate Margarethe virginis et martyris
jul. 12. anno domini Millesimo quingentesimo nono.

Lecta per magistrum Paulum
Barchay secretarium.

Egykorú másolata papíron, *7295*. Megvan még a kolosmonostori conventnek 1509. *in festo beati Luce euangeliste* (oct. 18.) somkereki Erdélyi Márton kérésére papíron kiadott átíratában, hátán pecsét nyomaival, *7452*.

---

*) Az átíratban csak *festo* olvasható.

CXCVIII.

(Gyulafehérváron) 1509. dec. 15.

A gyulafehérvári káptalan előtt Vásárhelyi János a Bethleni Miklós és Erdélyi Márton nevében Ulászló királyt Vingárt kastélynak és tartozékainak eladományozásától, ráczvajai Horváth János lippai és solymosi várnagyot pedig azoknak felkérésétől eltiltja.

Nos capitulum ecclesie Albensis Transsilvane memorie commendamus, quod honestus Iohannes de Wasarhel nominibus et in personis egregiorum Nicolai de Bethlen et Martini Erdely de Somkerek nostram veniendo in presentiam serenissimum dominum Wladislaum dei gratia regem Hungarie, Bohemie etc. dominum nostrum gratiosissimum a donatione, datione, collatione et quavis inscriptione, egregium vero Iohannem Horwath de Razwaya castrorum Lyppa et Solmos castellanum et alios quoslibet ab impetratione et obtentione, item occupatione, tentione, habitione, conservatione et quavis usurpatione castelli Wyngarth, item possessionum similiter Wyngarth, necnon Hennyngfalwa, Demetherfalwa, Byrbo, Wyfalw, Lengelkyrk, Benczencz, Kwthfalwa et Weres Eghaz vocatarum ad idem castellum Wyngarth pertinentium, omnino in comitatu Albensi existentium et habitarum, seque quovis quesito colore in dominium eiusdem et earundem intromissione ac sibi ipsis appropriatione, statui factione et perpetuatione, usuque fructuum et quarumlibet utilitatum eiusdem et earundem perceptione seu percipi factione quomodolibet factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum sabbato proximo post festum beate Lucie virginis et 1509.
martyris, anno domini Millesimo quingentesimo nono. dec. 15.

Eredetije papíron, hátán a lehullt pecsét helyén *coram domino custode et Colosii* följegyzéssel, *7294.*

CXCIX.

Kolosváron, 1512. dec. 24.

Zapolyai János erdélyi vajda megparancsolja Galaczi Tamásnak és társainak, hogy Barlabássy János fehérvári kanonokot és Mihályt az apjoknak mostoha anyjokkal, Magdolna asszonynyal együtt szerzett belsőszolnok-, fehér- és tordavármegyei birtokaiből az özvegyet s fiait Jánost és Ferenczet, a többi birtokokból pedig csak ez utóbbiakat megillető résznek kiadására szólítsák fel, ellenkező esetben idézzék ő elébe.

Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanus et siculorum comes etc. nobilibus Thome de Galacz, Stephano et altero Thome de Nema, Bartholomeo Makray de Zenth Gyewrgh, Osvaldo de Syle, Gaspar Rakosy de Abosfalwa, Georgio de Elekes, Benedicto de Beld et Petro de dicta Syle salutem et favorem. Exponitur nobis in personis generose domine Magdalene alias olim Francisci de Wyzakna, nunc vero egregii condam Iohannis Barlabassy de Chezthwe relicte ac Francisci et Iohannis filiorum eiusdem condam Iohannis Barlabassy ex eadem domina Magdalena progenitorum, quomodo ipsi cum venerabili Iohanne Barlabassy archidiacono et canonico (ecclesie) Albensis Transsilvane ac egregio Michaele similiter Barlabassy filiis dicti condam Iohannis Barlabassy de Chezthwe in totalibus oppido Alpreth ac domo et curia nobilitari in eodem oppido existentibus, necnon possessionibus Zynye, Zaprocz, Bwdos, Wasarhel, Wyfalw, Anthos, Zowaros, Kalna, Nagh Mezew et Thalasfalwa in de Zolnok interiori ac Mykloslaka, necnon portionibus possessionariis in possessionibus Chezthwe predicta ac Bekenzeg, Thathe, Bago, Chongwa, Zenthkyral, Thordas, Ozd et Ispanlaka in Albensi Transsilvanie, necnon Moch, Geres, Chehthelke, Bald, Kysczeg, Nagh Nywlas, Arankwth et Zenth Marthon in de Kolos ac Gerebenes, Kapws, Ikland, Lekencze, Kementhelke, Bodon, Zakal, Pakocha, Zah, Poka, Fywzkwth possessionibus vocatis in Thordensi comitatibus existentibus habitis, necnon equis equatialibus communibus videlicet et indivisis, usuum denique et fructuum ac quarumlibet utilitatum earundem possessionum et iurium possessionariorum per eosdem Iohannem archidiaconum et

Michaelem Barlabassy a tempore decessus prefati condam Iohannis Barlabassy perceptorum divisionem congruentem, antefata siquidem domina Magdalena universas et quaslibet res mobiles prefati condam Iohannis Barlabassy ad manus eorundem Iohannis archidiaconi et Michaelis Barlabassy deventas rehabere, domumque et curiam nobilitarem eiusdem condam Iohannis domini et mariti sui in dicta possessione Chezthwe habitas ab ipsis Iohanne archidiacono et Michaele Barlabassy liberas habere vellent iure admittente. Requirimus igitur vos et nichilominus regia in persona firmiter committimus, quatinus erga prefatos Iohannem archidiaconum et Michaelem Barlabassy accedendo ammoneatis eosdem, dicatisque et committatis eisdem verbo nostro, ut ipsi de prescriptis oppido, possessionibusque et portionibus possessionariis, que ex illis emptitie per eundemque condam Iohannem Barlabassy a tempore matrimonii cum eadem domina Magdalena exponente contracti acquisite existunt, eidem domine et ceteris prefatis exponentibus simul, de reliquis autem possessionibus et iuribus possessionariis hereditariis ac equis equatialibus communibus ut prefertur et indivisis prefatis dumtaxat Francisco et Iohanni exponentibus, de usu quoque et fructibus ac quibuslibet utilitatibus modo premisso perceptis portionem seu portiones congruentes extradare, res quoque quaslibet et universas mobiles eiusdem condam Iohannis Barlabassy ad manus ipsorum deventas eidem domine exponenti reddere et restituere, ac domum et curiam nobilitarem antefatas ipsi domine exponenti infra tempus debitum, quo videlicet ipsa nomen ipsius condam domini et mariti sui gestaverit, liberas pacifice relinquere debeant et teneantur, qui si fecerint, bene quidem, alioquin prohibeatis eosdem ab ulteriori detentione et conservatione portionum possessionariarum eorundem exponentium in prescriptis possessionibus et iuribus possessionariis habitarum, usuum fructuumque et quarumlibet utilitatum perceptione, necnon similiter detentione rerum et bonorum mobilium, domusque et curie nobilitaris ante dictarum, et nichilominus evocetis eosdem Iohannem archidiaconum et Michaelem Barlabassy contra prefatos exponentes ad dominicam Letare proxime affuturam nostram (1513.) mart. 6.

in presentiam rationem superinde reddituros, secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in
1512. civitate Koloswar, in profesto Natalis Domini anno eiusdem
dec. 24. Millesimo quingentesimo duodecimo.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7521.*

CC.

Bonyhán, 1513. jun. 21.

Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda előtt egyfelől Baládffy János és Sikesd Gáspár, másfelől Gerendi László a néhai kízdi Sándor János küküllő- és fehérvármegyei birtokait illetőleg a Sándor János özvegyének, utóbb Gerendi László nejének Hieronyma asszonynak halála után bizonyos feltételek alatt egyességre lépnek.

Nos Leonardus Barlabasy de Hederffaya vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecomes memorie commendamus, quod nos ac egregii Iohannes Baladffy de Kyskend et Gaspar Sykesd de Theremy ab una, ac Ladislaus de Gerend partibus ex altera coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quod quamvis alias ratione et pretextu iurium possessionariorum condam egregii Iohannis Sandor de Kyzdy iuxta continentiam efficacissimarum literarum spectabilis et magnifici comitis Petri, comitis de Sancto Georgio et de Bozyn iudicis curie regie alias vayvode Transsilvanie et siculorum comitis possessionalium *) obligatoriarum superinde confectarum statim post obitum ipsius olim Iohannis Sandor certa ordinativa compositio inter ipsas partes ac generosam dominam Ieronymam alias relictam ipsius olim Iohannis Sandor, expostque consortem prefati Ladislai Gerendy sub certis vinculis et obligaminibus literis in eisdem fassionalibus obligatoriis lucidius declaratis facta fuerit et conclusa, tamen nunc ipsa domina Ieronyma defuncta modo simili ordinativa compositione nonnullorum proborum hominum et nobilium virorum pro amenitate pacis inter eas laborantium interveniente in facto huiusmodi iurium possessionariorum iam fati olim Iohannis Sandor denuo et ex

---

*) Így, *fassionalium* helyett.

novo in talem pacis et concordie devenissent unionem prout concordarunt et unite exstiterunt nostro in conspectu eo modo, et nos quoque cum ipsis eo modo, quod prefatus Ladislaus Gerendi oppidum Zenthmarthon ac possessiones Chydewtelke, Kyralyffalwa, Zylkwth in de Kwkelew ac Peterffalwa in Albensi Transsilvanensi comitatibus existentes habitas nomine tutorio aput manus ipsius Ladislai Gerendi usque maturam etatem Gaspar filii condam prefati Iohannis Sandor nunc etate in tenera constituti tenendas atque possidendas, tali sub conditione mediante, quod idem Ladislaus Gerendy prescriptum oppidum Zenthmarthon et possessiones predictas prefato Gaspar puero duodecimo anno etatis adveniente eidem sub vinculis et obligaminibus (in) literis fassionalibus obligatoriis pre insertis expressis et denotatis pacifice et quiete remittere et resignare deberet et teneretur, et quod populos et iobagiones annotati Gaspar pueri libertate in ipsa, que literis in eisdem fassionalibus obligatoriis continentur, tenere conservareque et protegere teneretur. Ceterum voluerunt partes, ut possessio Zagor vocata in comitatu de Kwkelew predicto existens habita aput manus prefati Iohannis Baladffy similiter nomine tutorio remaneat terminum usque ad predictum possidenda, castrum vero Zenthlelek cum pertinentiis eiusdem in sede Kyzdy existens modo simili aput manus ipsius Iohannis Baladffy consimiliter nomine tutorio interim, quousque prefatus Gaspar puer ad tantam pervenerit etatem, ut solus ipse prescripta sua iura possessionaria absque tutorio protegere et conservare poterit remaneat possidenda, ita tamen, ut dum prefatus Gaspar puer ea etate adveniente huiusmodi castrum Zenthlelek a prefato Iohanne Baladffy pro se rehabere voluerit, mox idem Iohannes Baladffy litigionario processu absque omni sub vinculis et obligaminibus mille florenorum auri eidem puero pacifice et quiete remittere et resignare deberet et teneretur; hoc non pretermisso, quod si divina ex permissione terminum usque ad predictum annotatum Iohannem Baladffy ab hac luce decedere contingeret, extunc statim ipso defuncto annotatus Ladislaus Gerendi prescriptam possessionem Zagor solum vigore presentium annotato Gaspar puero ad prescriptum oppidum

Zentmarthon reoccupare et recaptivare valeat atque possit, per ipsum Ladislaum nomine tutorio terminum usque ad predictum possidendam, tali etiam obligaminis vinculo mediante, quod si qua partium predictarum premissa suo modo exsequi et ea omnia firmiter observare nollet, aut non curaret quovismodo, extunc talis pars contra partem alteram premissa exsequentem et observantem solum vigore presentium in vinculis et obligaminibus superius denotatis brevi evocatione mediante coram vayvoda vel vicevayvodis Transsilvanensibus acquirenda convinceretur et convinci deberet eo facto; insuper idem Gaspar Sandor huiusmodi sua iura possessionaria per aliquam partem modo quo supra resignare et remittere nolentem, ab eadem parte premissa confringente sub onere succubitus duelli facti potentialis consimiliter brevi evocatione mediante coram eisdem vayvoda vel vicevayvodis super eandem partem exigenda haberet acquirendi potestatis facultatem. Ad que premissa partes prenotate se se personalibus eorum astantiis sponte obligarunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in oppido Bohnya, feria tertia proxima ante
1513. jun. 21. festum Nativitatis beati Iohannis baptiste anno domini Millesimo quingentesimo tredecimo.

Eredetije papíron, alján papírral fedett zöld viasz pecséttel, *7771.*

CCI.

Héderfáján, 1513. maj. 4.

Héderfáji Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Suki Istvánt az apja, fiu- és leányágat egyformán illető javaiból a nővére özvegy Erdélyi Tamásné részének, a csak fiuágat illetőkből pedig a leánynegyednek kiadására szólítsa fel, ellenkező esetben idézze meg.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Leonardus Barlabassy de Hederfaya vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecomes amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona nobilis domine Ursule filie quondam Iohannis Santha de Swk, relicte videlicet con-

dam Thome Erdely de Somkerek, quomodo ipsa de universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis prefati quondam Iohannis de Swk ubivis et in quibuscunque comitatibus intra ambitum huius regni Transsilvanensis existentibus, que videlicet ex eisdem ius femineum veluti masculinum concernerent, portiones congruentes, de illis vero, que ex eisdem non ius femineum, sed dumtaxat masculinum sequerentur, quartam puellarem eiusdem domine exponentis sibi de prescriptis iuribus possessionariis prefati condam Iohannis Swky patris sui iuxta prescripti regni consuetudinem provenire debentem, et cum his paria literarum et literalium instrumentorum factum prescriptorum iurium possessionariorum prefati condam Iohannis Santha de Swk tangentium ab egregio Stephano de Swk predicta fratre carnali ipsius domine exponentis, aput cuius manus huiusmodi iura possessionaria dicti olim Iohannis Swky patris ipsorum haberentur de presenti, pro se habere vellet iure admittente. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus aut Salatiel Henke de Gyerghfalwa vel Philippus de Kerezthwr, sive Ladislaus Geztragy de Zenthkyral neve Iohannes Desev de Patha, seu Ambrosius literatus de Zwchak nam Abraham Geztragy, namque Anthonius similiter Desev de Mera aliis absentibus homo noster ad prefatum Stephanum Swky accedendo ammoneat eundem, dicatque et committat eidem verbo nostro, ut ipse de prescriptis universis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis prefati olim Iohannis Swky, que ut prefertur ex ipsis ius femineum sicuti masculinum concernerent, portiones congruentes simul cum paribus literarum et literalium instrumentorum factum eorundem iurium tangentium, que vero dumtaxat ius masculinum sequerentur, quartam puellarem eidem domine exponenti extradare debeat et teneatur, qui si fecerit, bene quidem, alioquin evocet eundem contra antefatam dominam exponentem ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas nostram in presentiam rationem superinde redditurum; et post hec huiusmodi ammonitionis et evocationis seriem cum ammoniti et evocati nomine, ut fue-

(1514.) jan. 13.

rit expediens, octavas ad predictas nobis suo modo rescribatis. Datum in possessione Hederfaya, feria quarta proxima
1513. maj. 4. post festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum anno domini Millesimo quingentesimo tredecimo.

Kivűl: Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra pro nobili domina Ursula filia quondam Iohannis Santha de Swk, relicta videlicet olim Thome Erdely de Somkerek contra egregium Stephanum filium dicti quondam Iohannis Swky ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas ammonitoria et evocatoria.

Eredetije papíron, záró zöld pecsét nyomaival, *7510.*

CCII.

Kolosváron, 1514. jan. 29.

Zapolyai János szepesi gróf és erdélyi vajda előtt egyfelől Erdélyi Márton a maga és fiai nevében, másfelől a néhai Erdélyi Tamás fiai Gergely, Gáspár és Boldizsár a néhai Erdélyi János belsőszolnok-, torda- és kolosvármegyei birtokain megosztoznak.

Nos Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanus et siculorum comes memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod egregii Martinus filius condam Stephani Erdely de Somkerek ab una, ac Gregorius filius condam Thome filii dicti olim Stephani Erdely ab altera partibus coram nobis personaliter constituti, idem etiam Martinus Iohannis, Francisci et Anthonii filiorum, ipse vero Gregorius Gasparis et Balthasaris fratrum carnalium suorum onera et quelibet gravamina negotio in subnotando per omnia super se se et cunctas eorum hereditates assumpmendo atque levando, per easdem partes sponte et libere confessum exstitit pariter et relatum nobis in hunc modum, quod quamvis inter ipsas partes ratione et pretextu totalium portionum possessionariarum egregii condam Iohannis filii prefati olim Stephani Erdely in possessionibus Somkerek predicta, necnon Wdwarhel, Zazberethe, Egres, Zeker Berethe, Kach, Magas-

marth, Wyragos Berek, Nemege hungaricali alio nomine Nemege saxonicali, Nemege volachali, Lwchka, Prezlop, Chepan et Nemethy nominatis in Zolnok interiori, necnon Zaah, Lekencze, Gerebenes, Nema, Kok et Bewl in Thordensi ac Thwsson, Mehes et Welker appellatis in de Kolos, item totalium possessionum eiusdem Gernyezeg, Saromberk, Saarpathak et Kewrthwelkapw in Thordensi predicto, necnon Saarmaas, Zylwas, Wyssa, Azzonfalwa et utraque Kallyan vocatarum in prescripto de Kolos, preterea portionum pariter eiusdem possessionariarum in possessionibus Swk in eodem de Colos ac Chanad et Zederyes nuncupatis in dicto Thordensi comitatibus partium Transsilvanarum existentibus habitarum et adiacentium varie lites et differentie, contentionumque materie mote, suborte et suscitate fuerint et huiusmodi differentie atque cause in presentibus octavis festi jan. 13.
Epiphaniarum Domini discuti etiam et adiudicari debuerint, tamen nunc eedem partes tum matura inter se se deliberatione prehabita, tum vero egregiorum magistri Stephani de Werbewcz nostri et iudicis curie regie prothonotarii ac Leonardi Barlabassy de Hederfaya vicevayvode nostri Transsilvanensis, necnon Michaelis de Zob, Nicolai de Bethlen, Iohannis de Thornallya, Francisci de Thorozko, Gasparis Sykesd de Theremy, Francisci Apafy de Apa Naghfalw, Michaelis Barlabassy de Chezthwe et Nicolai de Omboz aliorumque nonnullorum proborum et nobilium notabiliumque virorum partes inter easdem pro futura pacis amenitate diutius laborantium sano inducti consilio premissis litium, quarum eventus et exitus ut belli dubius et incertus est, processibus ac anfractibus finem imponere ab expensisque ulterioribus se se preservare, atque nexu et vinculo vere fraternitatis, quo etiam alioquin iure generationis et nature invicem iuncti et colligati existerent, de cetero se se prosequi et amplecti cupientes ad talem pacis et concordie devenissent unionem, prout nostri devenerunt in presentia tali modo, quod ex quo eo tempore, quo per serenissimum principem condam dominum Mathiam regem etc. nonnulli potiores harum partium Transsilvanarum domini et nobiles, quibusdam excessibus et demeritis eorum exigentibus, proscripti et nota perpetue infideli-

tatis condempnati fuissent ac inter illos prelibatus quoque Stephanus Erdely pater utputa prefati Martini, avus vero dicti Gregorii proscriptus pariter et nota ipsa infidelitatis irretitus atque innodatus exstitisset, tunc licet idem dominus Mathias rex prenarratas ipsius condam Stephani possessiones Gernyezeg et Saromberk, ac portiones eiusdem possessionarias in predictis possessionibus Chanad et Zederyes habitas magnifico condam domino Nicolao Chwpor de Monozlo per huiusmodi notam infidelitatis perpetuo contulerit possidendas, prescripte tamen possessiones Somkerek, Wdwarhel, Zazberethe, Egres, Zeker Berethe, Kach, Magas Marth, Wyragos Berek, Nemege hungaricalis alio nomine Nemege saxonicalis, Nemege volachalis, Lwchka, Prezlop, Chepan et Nemethy nominate pre manibus eiusdem Stephani Erdely ad intercessionem et humilimam supplicationem domine consortis sue salve remansissent et illese, et ex consequenti in heredes et posteritates eiusdem universos optimo iure fuissent devolute; propterea easdem totales possessiones Somkerek Wdwarhel, Zazberethe, Egres, Zeker Berethe, Kach, Magas Marth, Wyragos Berek, Nemege hungaricalem alio nomine Nemege saxonicalem, Nemege volachalem, Lwchka, Prezlop et Chepan, que etiam perprius inter prenominatos condam Iohannem et Thomam ac ipsum Martinum Erdely divise fuissent, excepta prenotata possessione Nemethy, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, utilitatumque et proventuum ac pertinentiarum ipsarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus per nostrum hominem de sede nostra iudiciaria per nos ad id specialiter transmittendum in duas rectas et coequales, demptis dumtaxat domo lapidea et curia nobilitari prenotati condam Iohannis Erdely in ipsa possessione Somkerek habita et altera domo ac curia pariter nobilitari dicti Martini propria ibidem consimiliter adiacentibus, que una cum terris arabilibus et pratis ac fenilibus ad easdem ab antiquo spectantibus et quodam novo molendino per eundem Martinum in fluvio Sayo in facie eiusdem possessionis decurrenti constructo, ac equorum (h)orto ex opposito dicte domus lapidee a parte sci-

licet possessionis Wdwarhel predicte adiacente soli ipsi Martino Erdely, suisque heredibus et posteritatibus universis perpetuo remansissent possidende, dividere et sequestrare deberent atque tenerentur partes et portiones, quarum una prelibato Martino suisque filiis prenominatis, altera vero recta pars seu equalis medietas earundem memoratis Gregorio ac Gaspari et Balthasari Erdely, ipsarumque partium cunctis heredibus et posteritatibus in perpetuam cedat portionem et hereditatem; hoc expressato, quod ipsi quoque Gregorius ac Gaspar et Balthasar in pre tacto fluvio Sayo in facie ut prefertur ipsius possessionis Somkerek decurrenti, ubi maluerint, unum molendinum pro se erigendi et construendi habeant facultatem, ita tamen, ut per aggeris repletionem et aquarum tumefactionem predictum molendinum antefati Martini Erdely non obruatur neque dampnum patiatur, et quod prescripta possessio Nemethy simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus totaliter prelibatis Gregorio ac Gaspari et Balthasari Erdely, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum remaneat possidenda.

Ceterum quia prescripte possessiones Gernyezeg et Saromberk, ac portiones possessionarie in possessionibus Chanad et Zederyes habite, que sepe fati condam Stephani Erdely prefuissent, una cum prescriptis possessionibus Saarpathak et Kewrthwelkapw, que Michaelis Zekel de Zenth Iwan exstitissent ac aliis possessionibus condam Michaelis de Swk Saarmas, Wyssa, Azzonfalwa et utraque Kaallyan, necnon portione eiusdem possessionaria in pre tacta possessione Swk habita per notam infidelitatis eorum pre declaratam per memoratum condam dominum Mathiam regem prefato olim Nicolao Chwpor de Monozlo primum donate et tandem via quadam compositionis ab eodem condam Nicolao Chwpor per ipsum condam dominum Mathiam regem ablate et per eundem generose condam domine Justine filie olim Osvaldi Zylagy de Horogzeg, relicte videlicet egregii condam Ladislai Pangracz de Zenth Myclos perpetuo collate fuissent, ac deinde medio eiusdem domine Justine, quam prenominatus Iohannes Erdely legitimam pro se postea duxisset in consortem, ma-

21*

nibus eiusdem Iohannis, expost vero eisdem domina Justina et Iohanne Erdely successive post se se decedentibus et e medio sublatis ad manus ipsius Martini Erdely devenissent, quas idem novissime de manibus nobilis domine Petronelle relicte videlicet seu secunde uxoris dicti Iohannis Erdely fratris sui carnalis gravibus expensis atque laboribus eliberasset, ob hoc eedem possessiones Gernyezeg simul cum castello ibidem constructo ac Saromberk, Saarpathak, Kewrthwelkapw, Saarmas, Wyssa, Azzonfalwa, Zylwas, cuius medietas egregiorum condam Iohannis et Benedicti Weres de Farnas prefuisset, sed pre [de]claratam per infidelitatis notam ab eisdem alienata exstitisset, altera v[er]o eiusdem medietas via concambialis permutationis ad manus dicti condam Iohannis Erdely devenisset, cum cunctis pariter ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, utilitatumque et pertinentiarum ac proventuum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus prenominatis Martino Erdely ac Iohanni, Francisco et Anthonio eiusdem filiis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis remansissent atque cessissent in sempiternum tenende, possidende pariter et habende. In quarum recompensam si quid iuris videlicet in eisdem prelibati Gregorius ac Gaspar et Balthasar Erdely se habere posse sperassent, quod totaliter in ipsum Martinum, suosque heredes et posteritates universos nostro in conspectu perpetuo transtulerunt, idem Martinus Erdely totales portiones tam suas proprias et filiorum suorum predictorum, quam etiam ipsius condam Iohannis Erdely fratris sui possessionarias in pre tactis possessionibus Zaah, Lekencze, Gerebenes, Nema, Kok, Bewl, Thwsson et Welker habitas simul cum universis earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, quocunque nomine censeantur, ac omni eo iure et iurisdictione, quo per ipsum Martinum hactenus tente fuissent et possesse, memoratis Gregorio ac Gaspari et Balthasari Erdely, eorumque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum dedisset, annuissetque er reliquisset possidendas, tenendas et habendas; et insuper ad domus et curie ipsorum nobilitaris in predicta possessione Somkerek habite reformationem ac prenotati novi

molendini preparationem et edificationem idem Martinus Erdely ipsis Gregorio, Gaspari et Balthasari mille florenos paratis in pecuniis dedisset atque superaddidisset; hoc non pretermisso, quod ex quo ipse Martinus Erdely quandam possessionem Wyfalw alias Thohath nuncupatam in terris et territorio ad pertinentias prescripte possessionis Somkerek spectantem de novo collocasset populosamque fecisset, ideo eadem possessio Wyfalw totaliter et integre prefato Martino Erdely, suisque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum consimiliter cessisset possidenda. Verum tamen quia ipsa eadem possessio metali adhuc distinctione a ceteris villis et prescriptis possessionibus ad Somkerek predictam pertinentibus nondum fuisset separata, propterea tempore divisionis et sequestrationis earundem possessionum, pertinentiarum scilicet ipsius possessionis Somkerek inter partes prenotatas modo pre allegato fiende prenominatus homo noster vayvodalis ad huiusmodi possessionariam divisionem per nos ut prefertur mittendus, presentibus aliis sex probis et nobilibus viris per ipsas partes ad id penes ipsum hominem nostrum equali numero eligendis, prescriptam possessionem Wyfalw alias ut premissum est Thohath appellatam ab aliis villis et possessionibus circumcirca illam adiacentibus metali distinctione et novarum metarum in locis necessariis erectione segregare, distinguereque et sequestrare, atque tot et tantum de terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis et silvis, quot videlicet et quantum ad usum incolarum et inhabitatorum eiusdem possessionis secundum deum et eius iustitiam competenter sufficere videbitur, eidem possessioni dare et relinquere debeat atque teneatur, dividendique et sequestrandi, ac dandi et relinquendi plenariam habeat potestatis facultatem; hoc quoque adiecto, quod piscina Soostho nuncupata in territorio possessionis Somkerek predicte adiacens simul cum pomerio in facie dicte possessionis Nemege hungaricali habito prelibato Martino Erdely, altera vero piscina Alsokystho dicta subtus scilicet piscinam prefatorum Gregorii, Gasparis et Balthasaris Nagtho vocatam existens una cum pomerio in facie ipsius possessionis Somkerek in latere videlicet montis situato eisdem Gregorio,

Gaspari et Balthasari, earundemque partium cunctis heredibus et posteritatibus cessisset in portionem perpetuo possidenda. Postremo eedem partes se se mutuo de et super premissis universis causis, differentiis, iniuriis, dampnis, nocumentis, actibus potentiariis et generaliter quorumlibet malorum generibus hactenus inter easdem partes et in alterutrum qualitercunque illatis, irrogatis, patratisque et commissis quitos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidissent et commisissent, imo reddiderunt et commiserunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Coloswar, die dominico proximo post festum Con-
1514. jan. 29. versionis beati Pauli apostoli anno domini Millesimo quingentesimo decimo quarto.

Lecta.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7446*.

CCIII.

Somkeréken, 1514. febr. 13.

Zapolyai János szepesi gróf és erdélyi vajda bizonyítja, hogy Komlósi Péter a belsőszolnokvármegyei Ujfalu alias Tóhát határát, az Erdélyi Márton s a Tamás fiai Gergely, Gáspár és Boldizsár közt a néhai Erdélyi János birtokait illetőleg létrejött osztály értelmében megjárta.

Nos Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanus et siculorum comes memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod cum nos iuxta continentiam aliarum literarum nostrarum fassionalium et compositionalium inter egregium Martinum filium condam Stephani Erdely de Somkerek ab una, ac nobiles Gregorium, Gaspar et Balthasar filios condam Thome filii dicti olim Stephani Erdely de Somkerek ab altera partibus super facto divisionis universorum bonorum et iurium possessionariorum egregii condam Iohannis filii eiusdem condam Stephani Erdely ubilibet intra ambitum harum partium Transsilvanarum existentium et adiacentium ac quocunque nomine nuncupatorum iam pridem confecta-

rum et emanatarum nobilem magistrum Petrum de Komlos curie regie et styli nostri vayvodalis notarium ad infra scriptam possessionis Wyfalw alio nomine Thohath appellate in comitatu Zolnok interiori existentis metalem reambulationem et ab aliis pertinentiis predicte possessionis Somkerek distinctione metali separatione(m) de sede nostra iudiciaria specialiter duxissemus transmittendum, tu[nc] idem ad nos exinde reversus nobis conscientiose retulit eo modo, qualiter ipse una cum nobilibus Nicolao et Petro Zalay de Czegew ac Iohanne et Andrea de Poka, Philippo ac Thoma de Kerezthwr et Stephano Chereny de Balasfalwa partes per prenominatas penes eundem magistrum Petrum secundum seriem et tenorem [pre] tactarum literarum nostrarum fassionalium equali numero deputatis et electis, aliis etiam nonnullis nobilibus sed et prelibatis Martino ac Gregorio Erdely presentibus in crastino festi beate Scolastice virginis proxime preteriti et febr. 11.
die immediate sequenti metas predicte possessionis Wyfalw hoc ordine reambulasset, quod primo incepisset in quodam monte Thohagoya Bercze appellato, ubi ab oriente duas metas terreas de novo accumulasset, quarum una possessioni Somkerek et altera possessioni Wyfalw alio nomine Thohath predictis deserviret; abhinc transeundo modicum per magnam viam ad plagam occidentalem, iuxta eandem viam inter duas arbores quercinas duas metas terreas de novo posuisset, quarum una prenotate possessioni Somkerek et alia predicte possessioni Wyfalw deserviret; deinde ad plagam septemtrionalem per predictam magnam viam reflectendo, et inde veniendo ad quendam monticulum Somkerekyay thetheye vocatum et ibidem duas metas terreas noviter erexisset inde per eandem plagam septemtrionalem descendendo ad quandam semitam, que ducit ad possessionem Wyragos Berek appellatam, ibique in vertice cuiusdam monticuli iuxta eandem semitam adiacentis duas metas terreas de novo confodisset, quarum una predicte possessioni Wyragos Berek et altera possessioni Wyfalw prenotate deserviret; abhinc descendendo per bonum et largum spatium terre ad prescriptam plagam septemtrionalem, ubi attigisset quandam semitam vulgo Zylasayfelethwalo ewswen et iuxta eandem duas metas similiter terreas ere-

xisset, quarum una eisdem Wyragos Berek et alia Wyfalw alio nomine Thohath possessionibus deserviret; item tendendo per eandem plagam in descensu prescripte semite consimiliter duas metas terreas noviter aggregasset, quarum una possessionibus Magasmarth et Wyragos Berek, alia vero predicte possessioni Wyfalw deserviret; abinde per prenominatam plagam descendendo fere ad iactum unius sagitte ad quandam vallem Zylasaythorka nuncupatam, ibique duas metas terreas aggregasset, quarum una prenominatis Magasmarth et Wyragos Berek, altera vero Wyfalw possessionibus deserviret; item ascendendo per eandem plagam ad quandam vallem vulgari ideomate Albyrthpesthywelge vocatam, ubi pariformiter duas metas terreas accumulasset, quarum unam predictis possessionibus Magasmarth et Wyragos Berek, alteram autem pre allegate possessioni Wyfalw reliquisset deserviendas; abinde ascendendo ad partem seu plagam orientalem per longum et largum spatium terre et perveniendo ad cacumen cuiusdam montis Albyrthpesthy Bercze nuncupati, ubi duas metas terreas erexisset, quarum unam eisdem Magasmarth et Wyragos Berek, alteram vero Wyfalw seu Thohath possessionibus pre allegatis commisisset distinguendas; item ascendendo quasi ad partem septemtrionalem per prenominatum cacumen montis Albyrthpesthy Berche ad verticem eiusdem, ubi duas metas terreas posuisset, quarum unam pre allegate Wyragos Berek et aliam prescripte Wyfalw alio nomine Thohath possessionibus reliquisset deserviendas; item descendendo ad partem orientalem ad unum pratum Sahman Mezeye appellatum ibique subtus unam arborem salicis iuxta fontem Monyoroskwth nominatum existentem duas metas terreas erexisset, quarum unam eidem possessioni Wyragos Berek et aliam ipsi possessioni Wyfalw reliquisset; abhinc ad monticulum Kapwsd vocatum ad plagam orientalem ascendendo quasi ad iactum unius sagitte ibique in vertice eiusdem monticuli duas metas terreas de novo confodisset, quarum unam possessioni Magyar Nemege, aliam autem annotate possessioni Wyfalw reliquisset; item per eandem plagam descendendo ad quendam fluvium, qui egreditur de magna piscina in parvam piscinam et iuxta eandem duas

metas terreas accumulasset, quarum unam predictis Magyar Nemege et aliam Wyfalw possessionibus reliquisset deserviendas; deinde veniendo ad partem seu plagam meridionalem per quandam viam magnam iuxta Naghtho habitam, que scilicet via ducit ad ripam Nemethyrethpathaka, ibique ipsam ripam a plaga meridionali prenotate possessioni Wyfalw, a parte vero septemtrionali eandem ripam possessioni Nemethy vocate pro signo metali reliquisset; abhinc transeundo modicum per cursum seu meatum predicte ripe et perveniendo ad locum, ubi ipsa ripa in aliam ripam Hozywthewwyzpathakawewlgye nuncupatam incidit, ibique eandem ripam Hozywthewwyspathakawewlgye ab oriente possessioni Nemethy et ab occidentali antefate possessioni Wyfalw pro signo metali commisisset; deinde iuxta predictam ripam Hozywthewwyspathakafeye per bonum spatium ad plagam meridionalem eundo, ubi iuxta eandem duas metas terreas aggregasset, item ad plagam orientalem transeundo per quandam viam magnam, que ducit versus possessionem Chepan vocatam, ibique iuxta eandem viam duas metas terreas accumulasset, dehinc ascendendo per predictam plagam orientalem ad montem Hozywberczoldala vocatum ibique a parte terre possessionis regie maiestatis Thewrpen vocate consimiliter duas metas terreas erexisset, quarum unam semper prenominate possessioni Nemethy et aliam pre allegate similiter possessioni Wyfalw reliquisset deserviendas; abhinc tendendo ad plagam meridionalem per bonum et longum spatium et usque metas antiquas possessionum Somkerek et Balasfalwa appellatarum perveniendo, ibique easdem metas eisdem possessionibus Somkerek et Balasfalwa pro signis metalibus reliquisset; deinde veniendo ad plagam occidentalem et perveniendo ad quendam montem Kys Januskepe Bercze vocatum ibique in vertice eiusdem montis duas metas terreas erexisset, quarum unam pre allegate possessioni Somkerek et aliam annotate possessioni Wyfalw alio nomine Thohath commisisset deserviendas; postremo transeundo per ipsum montem Kys Janoskepe Bercze per bonum spatium versus pre allegatam plagam occidentalem pervenisset ad prescriptum montem Thohagoya Bercze, lo-

cum scilicet prenarrate prime mete, ibique metas et cursus metales ipsius possessionis Wyfalw alio ut prefertur nomine Thohath vocitate predictis Martino et Gregorio Erdely in nulla parte repugnantibus seu contradicentibus, sed per omnia consentientibus terminassent. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras patentes ad relationem prefati magistri Petri, eisdem Martino et Gregorio personaliter nostro quoque in conspectu huiusmodi relationem sed et metalem reambulationem affirmantibus et acceptantibus, duximus concedendas, communi iustitia requirente. Datum in possessione Somkerek predicta, feria secunda in
1514. febr. 13. profesto scilicet beati Valentini martyris anno domini Millesimo quingentesimo decimo quarto.

Eredetije papíron, alján papírral fedett ép pecséttel, *7513.*

CCIV.

(Kolosmonostoron) 1514. apr. 24.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi Gergely a maga és testvérei Gáspár és Boldizsár nevében Erdélyi Mártonnak, miután ez az Erdélyi János birtokait illetőleg köztök létrejött osztály értelmében kikötött összeget megfizette, menedéket vall.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nobilis Gregorius filius condam Thome filii olim Stephani Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constitutus, idem Gregorius oneribus et quibusvis gravaminibus nobilium Gasparis et Balthasari fratrum germanorum suorum carnalium in subscriptis super se assumptis sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo egregius Martinus Erdely filius dicti condam Stephani Erdely de dicta Somkerek iuxta ordinativam compositionem ratione et pretextu universorum bonorum, necnon domorum atque sessionum nobilitarium ac possessionum, iurium quoque et portionum possessionariarum ubilibet et in quibuscunque comitatibus in his Transsilvanis partibus existentibus habitarum et aliarum cunctarum utilitatum et pertinentiarum earundem quocunque nominis vocabulo vocita-

tarum ad easdem spectantium, que alias egregii condam Iohannis Erdely filii annotati olim Stephani Erdely de prefata Somkerek prefuissent quomodocunque, et que post mortem eiusdem condam Iohannis Erdely in manus dicti Martini Erdely devenissent et nunc quoque erga eundem Martinum Erdely qualitercunque haberentur, inter eosdem Gregorium Erdely ac Gasparem et Balthasarum fratres eiusdem ab una, et prefatum Martinum similiter Erdely ab alia partibus factam de mille florenis in aliis literis spectabilis et magnifici domini Iohannis de Zapolya comitis perpetui terre Scepusiensis, vayvode Transsilvani et siculorum comitis fassionalibus pariter et compositionalibus expressatis trecentos florenos in paratis pecuniis eisdem Gregorio, Gaspari et Balthasaro in monetis hungaricalibus deposuisset et persolvisset, super quibus idem Gregorius Erdely per se in sua propria et dictorum Gasparis et Balthasari fratrum suorum personis memoratum Martinum Erdely et suos heredes universos quitos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, imo ut dixit eisdem plenarie persolvit et deposuit, eosdemque Martinum Erdely de Somkerek et suos heredes universos quitos, expeditos et per omnia absolutos reddidit et commisit in nostri presentia; isto tamen declarato, quod quia prelibatus Gregorius Erdely antefatos Gasparem et Balthasarum fratres germanos suos nunc certis et rationabilibus ex causis in nostri presentiam adducere nequivisset, ideo idem Gregorius Erdely hic nostro in conspectu ad fidem christianam ac humanitatem et honorem suos ad festum Nativitatis beati Iohannis baptiste proxime affuturum per se venire, dictosque Gasparem et Balthasarum fratres germanos suos una secum huc nostri in presentiam adducere assumpsit, annotatoque Martino Erdely et suis heredibus universis de et super totali solutione mille florenorum in dictis aliis literis prefati domini Iohannis de Zapolya comitis perpetui terre Scepusiensis, vayvode Transsilvani et siculorum comitis fassionalibus pariter et compositionalibus expressatorum ipse Gregorius Erdely de et super premissis ordinativa compositione atque fassione et totali solutione dictorum mille florenorum per se facta cum prefatis etiam Gaspar et Balthasaro

jun. 24.

fratribus suis carnalibus fassionem perpetuo duraturam fateri facere, nostrasque literas expeditorias superinde necessarias emanari facere debeat et teneatur; isto etiam expressato, quod prefatus Gregorius Erdely per se personaliter venire, dictos etiam Gasparem et Balthasarum fratres germanos suos carnales similiter personaliter in predicto festo Nativitatis beati Iohannis baptiste una secum in nostri presentiam inducere nulla alia ratione obmittere et negligere valeat, nisi si iidem Gregorius ac Gaspar et Balthasar Erdely de Somkerek talis modi gravi infirmitate fuerint aggravati, propter quam idem Gregorius per se venire, dictosque Gasparem et Balthasarum fratres germanos suos carnales huc in nostri presentiam inducere nullo modo valeret neque posset; ubi si ita fieri contingeret, extunc idem Gregorius Erdely ad prescriptas fidem christianam ac humanitatem et honorem suos in festo beate
jul. 13. Margarethe virginis et martyris nunc venturo sine et absque omni recusa modo simili per se personaliter venire et dictos fratres germanos suos una secum dictam nostram in presentiam inducere, ac de et super predictis ordinativa compositione atque fassione et totali solutione predictorum mille florenorum ipse Gregorius Erdely per se facere et per dictos fratres germanos suos fassionem perpetuo duraturam fateri facere, nostrasque literas expeditorias superinde necessarias modo premisso prelibato Martino Erdely et suis heredibus universis emanari facere assumpsit coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in
1514. festo beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quingen-
apr. 24. tesimo decimo quarto.

Eredetije papíron, hátán pecsét töredékeivel, *7326.*

CCV.

Budán, 1514. nov. 29.

II. Ulászló az erdélyi nemességnek az országgyűlésre küldött követei kérésére megparancsolja Zapolyai János vajdának és alvajdáinak, hogy a nemeseknek három éven belől a király birtokaira szökött vagy erőszakkal elhurczolt jobbágyait, viszont az övéit is, ha ilyenek volnának, kölcsönösen adassák vissza.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris spectabili et magnifico Iohanni comiti Scepusiensi, vayvode nostro Transsilvano ac siculorum comiti, capitaneo nostro generali eiusque vicevayvodis in partibus nostris Transsilvanis constitutis salutem et gratiam. Optabant a nobis fideles nostri universi nobiles predictarum partium nostrarum Transsilvanensium per nuncios et fratres eorundem ad dietam proxime preteritam huc ad nos nomine publico missos, ut iobagiones eorum, qui longo antea tempore de bonis ipsorum ad bona nostra in ipsis partibus Transsilvanis habita vel clam preter ipsorum nobilium voluntatem profugissent, vel per vim abducti fuissent, eisdem reddi facere dignaremur. Quorum supplicationem iam sepius apud nos pro eadem re iteratam exaudientes hoc statuim[us] et cum eisdem ad hoc devenimus, ut iobagiones ipsorum, qui ad bona nostra a triennio hucusque vel clam re[cess]issent vel violenter fuissent abducti, reddantur et de cetero n[u]llus abducatur, nostri quoque iobagiones, si qui ad bona eorum commigrassent, vicissim restituantur. Quam ob rem volumus et fidelitati vestre harum serie mandamus firmiter, quatinus acceptis presentibus admoneatis primum nomine nostro per literas vestras universos iudices et iuratos cives ac villicos in civitatibus, oppidis ac villis nostris, locisque camerarum nostrarum commorantes, ut ipsi iobagiones nobilium, qui a triennio ut premissum est hucusque in medium eorum se contulissent, prefixo eis ad hoc termino competenti restituant et vicissim qui ex nostris bonis profugissent, repetant, qui si huiusmodi profugos et abductos ultro et citro reddere nollent, eosdem utrinque, ut pari equitate res procedat, ad

restitutionem eorundem per remedia quecunque opportuna videbuntur compellere debeatis et teneamini, secus facere non ausuri; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum beate Katherine vir-
1514. nov. 29. ginis et martyris anno domini Millesimo quingentesimo decimo quarto.

Commissio propria regie maiestatis in consilio.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *8057.*

CCVI.

(Kolosmonostoron) 1515. mart. 24.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi Gergely, Gáspár és Boldizsár a néhai Erdélyi János belsőszolnok-, torda-, kolos- és dobokavármegyei birtokait illetőleg Erdélyi Mártonnal, a Zapolyai János vajda jelenlétében létrejött osztályt érvényesnek, s az az ellen fölmerülhető pert semmisnek nyilvánítván tizennyolczezer forint bírság alatt annak megtartására kötelezik magokat.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nobiles Gregorius ac Gaspar et Balthasar filii condam Thome filii olim Stephani Erdely de Somkerek coram nobis personaliter constituti sponte confessi sunt in hunc modum, quod dum et quandocunque temporis in processu iidem Gregorius ac Gaspar et Balthasar Erdely de et super illa ordinativa compositione atque fassione alias per prefatum Gregorium in sui ipsius propria ac dictorum Gaspar et Balthasar fratrum suorum carnalium, quorum onera et gravamina super se levando, nominibus et personis cum egregio Martino Erdely filio dicti olim Stephani Erdely de dicta Somkerek iuxta continentiam aliarum literarum spectabilis et magnifici domini Iohannis de Zapolya comitis perpetui terre Scepusiensis, vayvode Transsilvani et siculorum comitis compositionalium pariter et fassionalium inter ipsos Martinum Erdely ab una, necnon Gregorium ac Gaspar et Balthasar similiter Erdely ex altera partibus emanatarum ratione et pretextu portionum possessionariarum in Somkerek predicta ac Wdwarhel, Zaz Berethe,

Egres, Zeker Berethe, Kach, Magasmarth, Wyragosberek, Nemege hungaricali alio nomine Nemege saxonicali, Nemege volachali, Lwchka, Prezlop et Chepan vocatis, omnino in comitatu Zolnok interiori existentibus habitarum, necnon domus lapidee et curie nobilitaris et alterius domus et curie pariter nobilitaris in dicta Somkerek adiacentium, item terrarum arabilium, ac pratorum et fenilium ad easdem ab antiquo spectantium et cuiusdam novi molendini per prefatum Martinum Erdely in fluvio Sayo in facie eiusdem possessionis Somkerek decurrentis constructi ac equorum (h)orti ex opposito dicte domus lapidee a parte possessionis Wdwarhel predicte adiacentis, necnon piscine Sostho nuncupate in territorio possessionis Somkerek predicte pariter adiacentis ac pomerii in facie possessionis Nemege hungaricali habiti, item totalium possessionum Thohath alio nomine Wyfalw in eodem Zolnok interiori, necnon Gernyezeg ac castelli similiter Gernyezeg appellatarum in eodem constructi, nec non Sarromberek, Sarpathak, Kerthwelkapw in Thordensi ac Sarmas, Zylwas, utraque Kallyan, Wyssa et Azzonfalwa in de Colos, item similiter portionum possessionariarum in Chanad et Zederyes in dicto Thordensi, necnon Mehes et Swk in prefato de Colos, ac Kayla et Zenthandras in de Doboka comitatibus possessionibus vocatis existentibus habitarum, sed et utilitatum et pertinentiarum earundem facta contra prefatum Martinum Erdely aut suos heredes universos aliquas retractationes, revocationes et reclamationes in aliquibus locis credibilibus simul vel divisim fecissent vel fieri sive procurari fecissent, aut in futurum per se facere vel per eorum procuratores fieri facere procurarent, neve aliquas literas superinde sub quibuscunque formis verborum emanari fecissent vel emanari facere procurassent aut procurarent, tunc iidem Gregorius ac Gaspar et Balthasar Erdely universas huiusmodi retractationes, revocationes et reclamationes tam per ipsos, quam per eorum procuratores de facto iam factas vel in futurum quomodolibet fiendas, universas quoque et quaslibet literas sub quibuscunque verborum formis superinde emanatas vel emanandas vanas, cassas et viribus carituras reliquissent, ac insuper iidem Gregorius, necnon Gaspar et

Balthasar, ipsorumque heredes universi contra prefatum Martinum Erdely et suos heredes quoslibet in decem et octo millibus florenis solum vigore presentium convicti existant et habeantur mox eo facto, et superinde annotatus Martinus Erdely et sui heredes ac posteritates universi eosdem Gregorium, Gaspar et Balthasar, sed et heredes et posteritates eorundem quoslibet in presentiam vayvode vel vicevayvode harum partium regni Transsilvanarum brevi evocatione mediante vel in octavis in his Transsilvanis partibus celebrandis acquirendi, iidemque vayvoda vel vicevayvoda mox ex parte eorundem Gregorii, Gaspar et Balthasar Erdely et heredum ipsorum iudicium faciendi et iustitiam administrandi, prescriptosque decem et octo mille florenos per eosdem paratis in pecuniis, rerum quarumlibet estimatione exclusa, exigendi et recipiendi plenariam et omnimodam habeant potestatis facultatem, quorum quidem decem et octo millium florenorum due partes iudici, hoc est domino vayvode vel vicevayvode, tertia vero pars parti adverse cedant, harum nostrarum testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum sab-
1515. bato proximo ante dominicam Iudica, anno domini Millesimo
mart. 24. quingentesimo decimo quinto.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7454.*

CCVII.

(Kolosmonostoron) 1515. maj. 1.

A kolosmonostori convent előtt Ombozi Miklós a nejével, Erdélyi Magdolnával házasságakor kapott s általa eladott kétszáz forint értékű ezüstnemű fejében, a dobokavármegyei kisdevecseri birtokát tartozékaival együtt nejének vallja.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentes visuris salutem in domino salutis largitore. Ad universorum notitiam presentium serie volumus pervenire, quod egregius Nicolaus de Omboz personaliter accedendo in presentiam nostri sponte et libere confessus est eo modo, quod

quia ipse certas res et certa argenteria nobilis domine Magdalene consortis sue, filie videlicet nobilis quondam Thome Erdely de Somkerek ducentos florenos valentes eidem domine Magdalene ad maritationem de domo paterna datas et donata atque secum adducta ad nonnullas necessitates suas proprias exposuisset, nec haberet eandem unde superinde contentare posse, ob eo ipse matura intra se deliberatione prehabita totalem portionem suam possessionariam in possessione Kysdewecher appellata, in comitatu de Doboka existenti habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, aquis, fluviis et eorum decursibus, vineis et vinearum promontoriis, piscinis, piscaturis atque molendinis, necnon eorundem locis, generaliter autem cunctarum utilitatum et pertinentiarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus annotate domine Magdalene consorti sue pro prescriptis rebus et argenteriis per ipsum ut premittitur expositis in ducentis florenis auri hungaricalibus dedisset et inscripsisset, imo dedit et inscripsit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, utendam, possidendam simul et habendam cum omni plenitudine iuris. In cuius rei memoriam atque perpetuam firmitatem presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beatorum Philippi et Iacobi apostolorum, anno domini Millesimo quingentesimo decimo quinto. 1515. maj. 1.

Eredetije hártyán, vörös selyem zsinóron függő megkopott pecséttel, *7293.*

CCVIII.

Szentágotán, 1515. jun. 28.

Zapolyai János szepesi gróf és erdélyi vajda előtt Erdélyi Gergely és Gáspár, a Gergely által gyermekkorában a Szobi Mihály, Barlabássy Lénárt, Tornallyai János, Bethleni Miklós, Apaffy Ferencz, Ombozi Miklós és losonczi Bánffy István rábeszélése folytán, a néhai Erdélyi János kolos-, torda- és belsőszolnokvármegyei birtokait illetőleg Erdélyi Mártonnal kötött egyességet semmisnek nyilvánítják.

Nos Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanus et siculorum comes, necnon capitaneus generalis regie maiestatis etc. memorie commendamus per presentes, quod egregii Gregorius et Gaspar filii condam Thome filii olim Stephani Erdely de Somkerek nostram personaliter veniendo in presentiam per modum protestationis, reclamationis, revocationis et inhibitionis nobis significare curarunt in hunc modum, quod quamvis idem Gregorius superioribus annis in etate tenera adhuc constitutus ad nonnullas allocutiones, inductionesque et varias promissiones egregiorum Michaelis de Zob magistri Stephani de Werbewcz prothonotarii, Leonardi Barlabassy de Hederfaya vicevayvode nostri, Iohannis de Thornallya magistri curie nostre, Nicolai de Bethlen, Francisci Appafy de Apanaghfalwa, Nicolai de Omboz et Stephani Banffy de Lossoncz aliorumque nonnullorum nobilium et proborum virorum, mediantibus aliis literis nostris compositionalibus, sub certis conditionibus, clausulisque et articulis literis in eisdem declaratis in facto possessionum, portionumque et iurium possessionariorum egregii condam Iohannis filii dicti olim Stephani Erdely videlicet possessionum Alsoswk, Olahswk, Magyarkallyan, Olahkallyan, Wysa, Zylwas et Sarmas in de Colos ac Gernyezeg, Saromberek, Sarpathak et Kewrthwelkapw in Thordensi, necnon Thohath in Zolnok interiori, item portionum possessionariarum in possessionibus Mehes in dicto de Colos ac Chanad et Olahzederyes in pre allegato Thordensi comitatibus existentium habitarum, ac castelli in Gernyezeg et domorum, curia-

rumque nobilitarium in Swk et Somkerek predictis constructarum, molendinorumque ibidem adiacentium, terrarum etiam arabilium et fenetorum ad easdem domos et curias nobilitares pertinentium, necnon equorum equatialium ipsius condam Iohannis filii iam fati Stephani Erdely in ipsos protestantes et egregium Martinum filium prelibati olim Stephani Erdely equali iure condescensarum eidem Martino Erdely quandam fecerit fassionem perhennalem, tamen idem Gregorius Erdely propter imperfectam et iuvenilem etatem suam tempore fassionis sue cum prefato Martino Erdely modo antelato facte ad aliquam fassionem maxime perhennalem, confederationem etiam quovismodo faciendam inhabilis et impotens exstitisset, prout esset etiam modo, quapropter facta huiusmodi protestatione dictus Gregorius Erdely premissam suam fassionem modo premisso factam tanquam indeliberate et improvise, temporeque et etate imperfecta celebratam atque factam, prout de regni consuetudine in talibus observari solet, antefatus vero Gaspar annotati Gregorii fratris sui fassionem revocarunt et retractarunt, et nichilominus prefatum Martinum Erdely ipsiusque heredes ab occupatione, usurpationeque pre tactarum possessionum, portionumque et iurium possessionariarum, ac castelli, domorumque et curiarum nobilitarium, molendinorumque ac terrarum arabilium et fenetorum, necnon equorum equatialium iam fati olim Iohannis Erdely, usuque fructuum et quarumlibet utilitatum earundem perceptione seu percipi factione quomodolibet iam factis vel fiendis prohibuerunt contradicendo et contradixerunt inhibendo publice et manifeste coram nobis. Quibus sic habitis iidem Gregorius et Gaspar protestando nos instanter postularunt, ut visa etate eorundem literas nostras superinde dare et concedere dignaremur. Visa igitur etate ipsorum, quantum animo metiri et visu considerare potuimus, prefatum Gregorium viginti duorum, annotatum vero Gaspar viginti annorum fore et esse agnovimus. In quorum omnium premissorum testimonium presentes literas nostras patentes memoratis Gregorio et Gaspar protestantibus superinde duximus concedendas communi iustitia suadente. Datum in oppido Zenth Agotha, in vigilia festi

1515. jun. 28. beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini Millesimo quingentesimo decimo quinto.

Lecta.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *5086.*

CCIX.

(Gyulafehérváron) 1515. aug. 3.

Az erdélyi káptalan jelenti, hogy a Bogdán vajda küküllővári tisztje Száva a küküllővármegyei Vesszős határának megjárását fegyveres kézzel megakadályozta.

. . . . ad nos reversi concorditer nobis [retulerunt, quod ipsi] . . . . [ad] faciem possessionis Wezews vocate in [comitatu de Kykellew existentis] . . . . Kykellewar nuncupatum pertinentis . . . . Georgio et Gasparo de Elekes . . . . presente eandem possessionem Wezews . . . . obstante, antefatis Nicolao et Blasio . . . . ac deinde ad legitimam reambul[ationem] . . . . Bogdan vayvode convicti, ubivis . . . . et precise concernentis et alias quoque ad plenariam atque omnimodam . . . . [ad]iudicatorias et continentiam earundem procedere voluisset, tunc agilis Zawa castellanus dicti [castri] Kykellewar nomine et in persona prefati domini Bogdan vayvode, assumptis secum quampluribus equitibus et peditibus de pertinentiis dicti castri Kykellewar ac ipsis vestro scilicet et nostro hominibus more hostili in occursum veniendo, necnon evaginatis gladiis et frameis, vibratisque lanceis in et super annotatos vestrum et nostrum homines temere et violenter irruendo, prefatum nostrum testimonium diris et admodum enormibus vituperiis affecissent, et expost quoque ipsum per habenas equi sui hinc inde per plateas et vicos ipsius possessionis Wezews violenter trahendo et ducendo, novissime ipsum nostrum testimonium prefati equites et pedites eiusdem castellani cum dictis gladiis et frameis nudatis admo-

dum dire et acriter verberassent, ac tunicam ipsius in dorso per vehementiam ictus gladiorum ac framearum dilaniassent et perscindissent, ubi et prefatum quoque Osvaldum de Syle gravissimis verberibus affecissent, et sic eosdem vestrum et nostrum homines ad exsecutionem pre insertarum literarum vestrarum adiudicatoriarum etiam vice tertiarum non permisissent, sed ut premittitur ab huiusmodi exsecutione violenter et ignominiose repulissent, et eatenus iidem vester et noster homines frustra redire coacti exstitissent. Cuius quidem violente ac potentiarie repulsionis seriem, prout nobis relatum exstitit, ad octavas festi beati Iacobi apostoli proxime ventu- aug. 1.
ras legitime perdurandas una cum prescriptis literis eiusdem vestre magnificentie adiudicatoriis capite sigilli nostri consignatis eidem vestre magnificentie duximus rescribendam. Datum tertio die diei repulsionis prenotate, anno domini Millesimo 1515.
quingentesimo decimo quinto. aug. 3.

Kivűl: . . . . . . [Bogd]an vayvoda Moldaviense super quadam intra scripta vice tertiarie restatutionis etc. repulsione restatutionis etc. et repulsionis relatio.

Eredetije papíron töredékben, záró pecsét maradványaival s a hátán *1519. in octavis festi Epiphaniarum Domini* (jan. 13.) *pro actoribus Iohannes de Myskowcz, in causam attractus petat par protestatoriarum et adiudicatoriarum* följegyzéssel, *jelzet nélkül.*

CCX.

Szászsebesen, 1515. sept. 29.

Zapolyai János erdélyi vajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Erdélyi Mártont a közte s Erdélyi Gergely, Gáspár és Boldizsár között létrejött örökbevallásnál és egyességnél fogva ezeknek kolos- és tordavármegyei birtokaiba iktassa be.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanus et siculorum comes amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona egregii Martini Erdely de Somkerek, quomodo ipse in dominium totalium possessionum utriusque Kallyan, Wyssa, Azzonfalwa, Sarmas

et Zylwas in de Colos, necnon Gernyezeg, Sarpathak, Saromberek et Kerthwelkapw nominatarum in Thordensi, item totalium consimiliter portionum suarum possessionariarum in possessionibus Swk et Mehes in dicto de Colos, ac Chanad et Zederyes appellatis in ipso Thordensi comitatibus existentibus habitarum ipsum exponentem ex perennali fassione et concordia nobilium Gregorii, Gasparis et Balthasaris filiorum condam Thome Erdely de predicta Somkerek concernentium legitime vellet introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Benedictus aut Barnabas de Galthew alias de Tholdalag vel Salatiel de Fratha, sive alter Salatiel de Gyewrghfalwa aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum utriusque Kallyan, Wyssa, Azzonfalwa, Sarmas, Zylwas, Gyernyezeg, Sarpathak, Saromberek, Kerthwelkapu, Swk, Mehes, Chanad et Zederyes, consequenterque pre tactarum portionum possessionariarum in prenotatis possessionibus Swk, Mehes, Chanad et Zederyes habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Martinum Erdely, suosque heredes et posteritates universos in dominium earundem possessionum et portionum possessionariarum, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum exponentem ad terminum competentem nostram in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, nobis suo modo rescribatis. Datum in civitate Zazsebes, in
1515. festo beati Michaelis archangeli anno domini Millesimo quin-
sept. 29. gentesimo decimo quinto.

A kolosmonostori conventnek 1515. nov. 6-án hártyán kiadott jelentésében, *7460*. A jelentés a conventnek a király iktató parancsára ugyanezen a napon kelt s hátrább közölt jelentésével megegyezik.

CCXI.

(Kolosmonostoron) 1515. nov. 4.

A kolosmonostori convent jelenti II. Ulászló királynak, hogy parancsára Erdélyi Mártont az általa már régen birt s most a királyi jogokkal együtt újra neki adományozott Suk és bizonyos mezőségi faluk birtokába ellenmondás nélkül beiktatta.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra Christi fidelibus omnibus tam presentibus quam fututis presentes visuris salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. introductorias et statutorias nobis preceptorie sonantes et directas cum obedientia ac reverentia recepimus in hec verba:

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam. Cum nos debitum habentes respectum ad integerrimam fidem ac fidelium servitiorum gratissima merita fidelis nostri egregii Martini filii condam Stephani Erdely de Somkerek, que ipse sacre primum huius regni nostri Hungarie corone, deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum summa semper fidelitatis constantia exhibuit et impendit, totum et omne ius nostrum regium, si quod in totalibus possessionibus suis Azzonfalwa, utraque Kallyan, Wyssa, Sarmas et Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas appellatis in de Colos, item portionibus suis possessionariis in possessionibus Swk et Mehes nominatis in ipso de Colos comitatu partium regni nostri Transsilvanarum adiacentibus, existentibusque habitis, in quarum scilicet possessionum ac portionum possessionariarum dominio a certis annis idem Martinus Erdely se ipsum perstitisse et modo quoque persistere asserit, qualitercunque haberemus aut eedem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus, premis-

sis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum memorato Martino Erdely, suisque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum contulerimus velimusque eundem Martinum Erdely in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Salatiel de Fratha aut Barnabas de Tholdalag alias de Galthew, vel Salatiel de Gyewrghfalwa sin Stephanus Bamffy de Lossoncz, sive Ladislaus de Gerend aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies prescriptarum possessionum Azzonfalwa, utraque *) Kallyan, Wyssa, Sarmas et Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas, item portionum possessionariarum in pre tactis possessionibus Swk et Mehes habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Martinum Erdely de Somkerek et suos heredes universos in dominium earundem possessionum et portionum possessionariarum, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet prescripti iuris nostri regii titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Martinum Erdely ad terminum competentem vayvode predictarum partium regni nostri Transsilvanarum in presentiam rationem contradictionis eorundem reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicto vayvode nostro Transsilvanensi fideliter rescribatis. Datum Bude, in profesto beati Mar-
1514. nov. 10. tini episcopi et confessoris anno domini Millesimo quingentesimo decimo quarto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

Nos itaque premissis mandatis dicti domini nostri regis obedientes ut tenemur, una cum ante nominato nobili Sala-

*) Igy, hátrább is még egyszer *utriusque* helyett.

tiele de Fratha homine eiusdem domini nostri regis de curia sua regia ad id specialiter transmisso unum ex nobis videlicet religiosum virum fratrem Barnabam sacerdotem, ecclesie nostre custodem et socium nostrum conventualem ad premissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis pariformiter retulerunt eo modo, quod ipsi feria tertia, in festo scilicet beati Galli confessoris (1515.) oct. 16.
noviter preterito et aliis diebus immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies totalis possessionis Swk in dicto comitatu de Colos existentis, consequenterque portionis possessionarie, sed et domus et curie nobilitaris prefati Martini Erdely in eadem habitarum, item prescriptarum totalium possessionum Azzonfalwa, utraque Kallyan, Vyssa, Sarmas et Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas appellatarum, necnon portionis possessionarie in possessione Mehes vocata in eodem de Colos comitatu existentium habitarum, vicinis et commetaneis earundem, puta religiosis viris Blasio sacerdote, Petro diacono et Gervasio converso fratribus divi ordinis beati Dominici confessoris in claustro beate Marie virginis in civitate Coloswar fundato degentibus in universorum fratrum claustro in eodem similiter degentium, necnon Benedicto sacerdote, altero Benedicto converso similiter fratribus eiusdem ordinis beati Dominici confessoris in claustro sancte crucis in civitate Bistriciensi fundato degentibus consimiliter in universorum fratrum in eodem claustro degentium personis, item nobilibus Salatiele Nagh de Gyewrghfalwa, Stephano de Swk predicta, Petro de Bothhaza, Michaele de Kenderes officiale egregii Michaelis de Zob per eundem in Erked ac Sayo et suarum pertinentiis constituto, Sandrino de Waydakamaras similiter officiale magnifici domini Bogdan vayvode Moldaviensis in eadem Waydakamaras constituto, item providis Iohanne Gewre nobilis Ladislai Jakabffy de Kwssal in Korpad, Blasio magno Stephani Bamffy de Lossoncz, Dominico Nagh Petri similiter Bamffy egregiorum in Walazwth, Iohanne Fodor in Wylak, Michaele Zeeky in Wyzolya dominorum capitularium capituli ecclesie Albensis Transsilvane iobagionibus prenominatorum dominorum suorum in personis, aliis

etiam nonnullis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, ibique prelibatus homo prefati domini nostri regis dicto nostro testimonio presente introduxisset annotatum Martinum Erdely de dicta Somkerek et heredes eiusdem universos in dominium earundem possessionum ac portionum possessionariarum prescriptarum, statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet prescripti iuris regii titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, nemine contradictore apparente, legitimis tribus diebus in faciebus earundem, prout regni requirit consuetudo, permanendo et pausando. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum vigesimo die diei introductionis et sta-
1515. nov. 4. tutionis predictarum, anno domini Millesimo quingentesimo decimo quinto.

Eredetije hártyán, zöld selyem zsinóron függött pecsétje hijával, *7309.*, s hátán a következő két, egykorú és közelkorú följegyzéssel:

Introductoria ad pertinentias Swkienses et Mezewfewld.

Introductoria conventus de Colosmonosthra pro Martino Erdely de Somkerek in dominium Swk et bonorum Mezwsegh a Wladislao rege iure regio impetratorum.

CCXII.

(Kolosmonostoron) 1515. nov. 6.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy a II. Ulászló király parancsára Erdélyi Mártont az egész Gernyeszeg, Sárpatak, Körtvélykapu, Sáromberke, Asszonyfalva, mindkét Kalyán, Vissa, Sármás és Mezőszilvás s a csanádi, szederjesi, suki és méhesi részek birtokába ellenmondás nélkül beiktatta.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra Christi fidelibus omnibus tam presentibus quam futuris presentes visuris salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. introductorias et statutorias nobis preceptorie sonantes et directas cum obedientia ac reverentia recepimus in hec verba:

Wladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam. Cum nos debitum habentes respectum ad integerrimam fidem ac fidelium servitiorum gratissima merita fidelis nostri egregii Martini filii condam Stephani Erdely de Somkerek, que ipse sacre primum huius regni nostri Hungarie corone, deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum summa semper fidelitatis constantia exhibuit et impendit, totum et omne ius nostrum regium, si quod in totalibus possessionibus suis Gernyezeg, Sarpathak, Kerthwelkapw et Saromberek in Tordensi, necnon Azzonfalwa, utraque Kallyan, Wyssa, Sarmas et Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas appellatis in de Colos, item portionibus suis possessionariis in possessionibus Chanad et Zederyes in predicto Thordensi, ac Swk et Mehes nominatis in ipso de Colos comitatibus partium regni Transsilvanarum adiacentibus, existentibusque habitis, in quarum scilicet possessionum ac portionum possessionariarum dominio a certis annis et temporibus idem Martinus Erdely se ipsum perstitisse et modo quoque persistere asserit, qualitercunque haberemus aut eedem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum memorato Martino Erdely, suisque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum contulerimus, velimusque eundem Martinum Erdely in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Salatiel de Fratha aut Barnabas de Tholdalag alias de Galthew, vel Salatiel de Gyewrghfalwa sin Stephanus Bamffy de Lossoncz, sive Ladislaus de Gerend aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies prescriptarum possessionum Gernyezeg, Sarpathak, Kerthwelkapw et Saromberek, necnon

Azzonfalwa, utraque*) Kallyan, Wyssa, Sarmas et Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas, item portionum suarum possessionariarum in pre tactis possessionibus Chanad et Zederyes, ac Swk et Mehes habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Martinum Erdely de Somkerek et suos heredes universos in dominium earundem possessionum et portionum possessionariarum, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet prescripti iuris nostri regii titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Martinum Erdely ad terminum competentem vayvode predictarum partium regni nostri Transsilvanarum in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicto vayvode nostro Transsilvanensi fideliter rescribatis. Datum Bude, in profesto
1514. nov. 10. beati Martini episcopi et confessoris anno domini Millesimo quingentesimo decimo quarto, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

Nos itaque premissis mandatis dicti domini nostri regis obedientes ut tenemur, una cum ante nominatis nobilibus Salatiele de Fratha et Barnaba de Tholdalag alias de Galthew hominibus eiusdem domini nostri regis de curia sua regia ad id specialiter transmissis unum ex nobis videlicet religiosum virum fratrem Barnabam sacerdotem, custodem ecclesie nostre et socium nostrum conventualem ad premissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis pariformiter retulerunt eo modo, quod ipsi et primo prefatus Salatiel de Fratha et dictum testimonium
(1515.) oct. 16. nostrum feria tertia, in festo scilicet beati Galli confessoris noviter preterito et aliis diebus immediate sequentibus ad id

*) Igy, hátrább is még egyszer *utriusque* helyett.

aptis et sufficientibus ad facies totalis possessionis Swk predicte in comitatu de Colos existentis, consequenterque portionis possessionarie, sed et domus et curie nobilitaris prefati Martini Erdely in eadem habitarum, item prescriptarum totalium possessionum Azzonfalwa, utraque Kallyan, Wyssa, Sarmas et Mezewzylwas alio nomine Waydazylwas appellatarum, necnon portionis possessionarie in Mehes in eodem de Colos, tandem vero antefatus Barnabas de Tholdalag alias de Galthew cum testimonio nostro prefato feria secunda proxima post festum sanctarum Undecim millium virginum novissime preteritum et aliis diebus immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies totalium possessionum Gernyezeg, Sarpathak, Kerthwelkapw et Saromberek in Thordensi ac portionum possessionariarum in Chanad et Zederyes possessionibus vocatis in ipso Thordensi comitatibus existentium et habitarum, vicinis et commetaneis earundem, puta religiosis viris Blasio sacerdote, et Petro diacono ac Gervasio converso fratribus divi ordinis beati Dominici confessoris in claustro beatissime virginis Marie in civitate Coloswar fundato degentibus in universorum fratrum claustro in eodem similiter degentium, necnon Benedicto sacerdote et altero Benedicto converso similiter fratribus eiusdem ordinis beati Dominici confessoris in claustro sancte crucis in civitate Bistriciensi fundato degentibus modo simili in universorum fratrum in ipso claustro degentium personis, item nobilibus Salatiele Nagh de Gyewrghfalwa, Stephano de Swk predicta, Petro de Bothhaza, Michaele de Kenderes officiale egregii Michaelis de Zob per eundem in Erked ac Sayo et suarum pertinentiis constituto, Sandrino de Waydakamaras similiter officiale magnifici domini Bogdani vayvode Moldaviensis in eadem Waydakamaras constituto, Iohanne Kys de Poka, Blasio Zylagy, ac Paulo et Iohanne Nemes de eadem Poka, Francisco et Nicolao de Zengyel, Iohanne de eadem et Matheo de Jara, item providis Iohanne Gewre nobilis Ladislai Jakabffy de Kwssal in Korpad, Blasio magno Stephani Bamffy de Lossoncz in Walazwth, Dominico Nagh Petri similiter Bamffy egregiorum in eadem Walazwth, Iohanne Fodor in Wylak, Michaele Zeky in Wyzolya dominorum capitularium ecclesie

oct. 22.

Albensis Transsilvane, Vincentio Nagh nobilis Bernaldi Zekel de Naghernyew in Chanad possessionibus vocatis iobagionibus commorantibus prenominatorum dominorum suorum in personis, aliis etiam nonnullis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, ibique prelibati homines prefati domini nostri regis semper dicto nostro testimonio presente introduxissent annotatum Martinum Erdely de Somkerek et heredes eiusdem universos in dominium earundem possessionum ac portionum possessionariarum prescriptarum, statuissentque easdem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet prescripti iuris regii titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, nemine contradictore apparente, semper legitimis tribus diebus in faciebus earundem, prout regni requirit consuetudo, permanendo et pausando. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei
1515. nov. 6. ultimi termini introductionis et statutionis predictarum, anno domini Millesimo quingentesimo decimo quinto.

Eredetije hártyán, rózsaszín és kék selyem zsinóron függő pecsétje hijával, *5064.* Megvan még a somkereki Erdélyi Miklós, Lénárt és Gergely részére Kolosvár város tanácsának, mint a kolosmonostori convent requisitorának 1561. *feria tertia in die divi Felicis* (jan. 14.) kiadott átíratában, *5096.*

CCXIII.

Tordán, 1516. nov. 14.

Zapolyai János szepesi gróf és erdélyi vajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy a Haranglábi Zsigmond fiait Györgyöt és Miklóst jobbapjok, a néhai Suki János után örökségi jogon őket megillető magyar- és oláhkalyáni, asszonyfalvi, kőteleni, magyar- és oláhsármási, suki, szováti és vissai birtokokba iktassa be.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanus et siculorum comes etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis egregiorum Georgii et Nicolai filiorum condam Sigismundi de Haranglab

filii olim domine Veronice filie condam Iohannis de Swk, quomodo ipsi in dominium totalium portionum possessionariarum prefati condam Iohannis de Swk proavi ipsorum exponentium in possessionibus Magyarkallyan, Azzonfalwa, Kewthelen, Magyarsarmas et Olahsarmas, necnon Swk predicta ac Zowath, Wyssa et Olahkallyan vocatis, omnino in comitatu de Colos existentibus habitarum ipsos exponentes iure successorio concernentium legitime vellent introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente uterque Salatiel Henke de Gyewrghfalwa aut Nicolaus Henke de eadem, vel Gregorius Cheh de Rewd sin Iohannes Walkay de Gywla aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Magyarkallyan, Azzonfalwa, Kewthelen, Magyarsarmas et Olahsarmas, necnon Swk, Zowath et Wyssa consequenterque pre tactarum portionum possessionariarum prefati olim Iohannis de Swk [proavi] ipsorum exp[onentium in] eisdem habitarum, vicinis et comme[taneis earundem universis inibi] legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos exponentes in dominium earundem statuatque easdem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure et titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem nostram in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, nobis suo modo rescribatis. Datum in oppido Thordensi,*) beati Brictii 1516.
confessoris anno domini Millesimo quingentesimo decimo sexto. nov. 14.

Egykorú másolata papíron, *jelzet nélkül.*

---

*) Talán *in crastino festi* kimaradt. V. ö. erre nézve az orsz. ltár *Dl. 32,590.* számú oklevelével.

CCXIV.

1517. apr. 26.

Erdélyi Márton azon jogokért, melyeket Baládffy János Dicsőszentmártonban, Csüdőtelkén, Zágorban, Szilkuton, Királyfalván, Péterlakán, Feltorján, Peselneken, Kantafalván és Szépmezőn bír, az egész Zágort, Feltorját, Peselneket, Kantafalvát és szépmezei portióját bizonyos feltétel alatt Baládffy Jánosnak örökbe vallja.

Quod egregii Martinus Erdely de Somkerek ab una et Iohannes Baladffy de Kyskend ex alia partibus personaliter veniendo in nostri presentiam per prefatum Martinum Erdely sponte et libere confessum exstitit in hunc modum, quomodo ipse pro totali iure prefati Iohannis Baladffy, quod idem aut filii sive heredes et posteritates eiusdem in totali oppido Dychewzenthmarthon vocato in comitatu de Kykellew existenti ac domo et curia nobilitari in eodem oppido adiacentibus, necnon totalibus possessionibus Chydewthelke, Zagor, Zylkwth et Kyralfalwa in eodem de Kykellew, item Pethorlaka, Felthorya, Peselnek et Kanthafalwa in Albensi Transsilvanie, necnon totali portione possessionaria in possessione Zepmezew appellata in dicto de Kykellew comitatibus existentibus et habita qualitercunque habuissent, haberentque vel in futurum quomodolibet habere sperassent pre titulatas totales possessiones Zagor in de Kykellew ac Felthorya, Peselnek, et Kanthafalwa in Albensi, necnon portionem possessionariam in dicta possessione Zeepmezew in dicto de Kykellew comitatibus predictis existentes et habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus etc. prelibato Iohanni Baladffy de Kyskend ac filiis, necnon heredibus et posteritatibus eiusdem universis dedisset, donasset et contulisset, imo dedit, donavit et contulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas cum omni plenitudine iuris. Unde prenominatus Iohannes Baladffy superinde ad plenum contentus annotatum Martinum Erdely, ac heredes et posteritates eiusdem universos de et super iure suo premisso quitos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidit et commisit nostro

in conspectu, assumendo nichilominus memoratus Martinus Erdely prefatum Iohannem Baladffy et suos heredes in pacifico dominio pre tactarum possessionum ac portionis possessionarie solummodo eo iure, quod ipse Martinus Erdely in eisdem habere dinoscitur tenere, tueri et conservare, tali obligaminis vinculo per easdem partes assumpto mediante, quod si qua partium earundem in premissis persistere nollet aut non curaret, sed ea in toto vel in parte infringere niteretur quoquomodo, tunc talis pars in premissis non persistens contra partem alteram premissa observantem solum vigore presentium in duobus millibus florenis ac insuper in estimatione pre tactarum possessionum convicta habeatur. In cuius etc. Datum die dominico proximo post festum beati Marci 1517. apr. 26.
euangeliste, 1517.

Scriptum Iohannis Baladffy.

Egykorú másolata papíron, *6634.*

CCXV.

(Kolosmonostoron) 1517. jun. 25.

A kolosmonostori convent előtt a néhai Erdélyi János özvegye, most losonczi Bánffy Péterné Petronella asszony a néhai kízdi Sándor János küküllő- és fehérvármegyei birtokait iránta tanusított jóindulata viszonzásául Erdélyi Mártonnak örökbe vallja.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentes inspecturis salutem in Christo salvatore. Ad universorum notitiam presentium serie volumus pervenire, quod accedens in nostri presentiam personaliter generosa domina Petronella alias relicta egregii condam Iohannis Erdely de Somkerek, nunc vero consors egregii Petri Bamffy de Lossoncz, onera et quelibet gravamina nobilis puelle Anne filie, aliorum etiam filiorum et filiarum suorum in futurum nascriturorum super se assumendo sponte confessa exstitit in hunc modum, quomodo ipsa digna mentis consideratione perpendens multiformes et favorabiles complacentias egregii Martini Erdely de dicta Somkerek, quibus idem in cunctis

rebus et negotiis suis semper sollicite sibi studuit adesse pariter et prodesse, totum et omne ius suum, quod ipsa ex fassione egregii condam Iohannis Sandor de Kyzdy iuxta continentiam binarum literarum, unius scilicet nostrarum fassionalium contractionalium et alterius serenissimi condam principis et domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie consensualium emanatarum in totali oppido Dychewzenthmarthon ac domo et curia nobilitari oppido in eodem [habita], necnon totalibus possessionibus Chwdewthelke, Zagor, Kyralfalwa et Zylkwth in de Kykellew ac Pethorlaka, Felthorya, N[aghpeselnek et] Kanthafalwa vocatis in Albensi, item portionibus possessionariis in possessionibus Zepmezew et Waragya appellatis in eodem [comitatu Albensi] adiacentibus, existentibus et habitis qualitercunque haberet aut habuisset, vel in futurum quomodolibet se habere sperasset simul cum [cunctis suis utili]tatibus et pertinentiis quibusvis, utputa terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, [montibus, vallibus], vineis et vinearum promontoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, necnon molendinis, piscinarum etiam et [molendinorum] locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem et earundem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis [ad idem et] easdem de iure (et) ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus antefato Martino Erdely de predicta Somkerek, suisque heredibus et posteritatibus universis pro premissis favorabilibus complacentiis eiusdem dedisset, contulisset et annuisset, imo dedit, contulit et annuit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum tenendas, possidendas et utendas, tali obligaminis vinculo per eandem dominam Petronellam assumpto mediante, quod si ipsa domina Petronella vel sui heredes et posteritates in premissis persistere nollent, sed in toto vel in parte infringere aut retractare niterentur quoquomodo, extunc eadem domina Petronella, heredesque et posteritates eiusdem contra annotatum Martinum Erdely et suos heredes solum vigore presentium in duobus millibus florenis auri puri hungaricalibus veri et iusti ponderis ac insuper in perennali estimatione universarum possessionum, necnon

portionum possessionariarum prescriptarum convincantur et convicti habeantur eo facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria quinta proxima post festum Nativitatis beati Iohannis baptiste, anno domini Millesimo quin- 1517. jun. 25.
gentesimo decimo septimo.

A kolosmonostori conventnek a somkereki Erdélyi Márton részére 1517. *feria quarta proxima post festum castissime Conceptionis gloriosissime virginis Marie* (dec. 9.) papíron kiadott átíratában, *7301.*

CCXVI.

Budán, 1517. oct. 30.

II. Lajos király az Istenmezey János panaszára, mely szerint a míg ő többed magával az ország dolgában volt foglalatos, addig a néhai kízdi Sándor Gáspár küküllő- és fehérvármegyei birtokaiból, melyek a rokonság jogán őt illették volna, Gerendi László, Erdélyi Márton, Baládffy János és Barlabássy Lénárt kizárták, megparancsolja Zapolyai János erdélyi vajdának, hogy azokat a megnevezettek kezéből vegye ki s bizza érdektelenekre, az ügy eldöntése után pedig azt, a kit illetnek, azok birtokába iktattassa be.

Lodovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Iohanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepussiensis, et vayvode nostro Transsilvanensi et siculorum nostrorum comiti salutem et gratiam. Expositum exstitit maiestati nostre pro parte et in persona fidelis nostri egregii Iohannis de Istenmezeye, quod quamvis superioribus his diebus, dum videlicet ipse exponens cum aliis fidelibus aulicis nostris in nonnullis nostris ac dicti regni Hungarie servitiis fuisset occupatus, castrum Zenthlelek cum oppidis et villis, ceterisque iuribus possessionariis ad idem spectantibus in terra siculicali, necnon totales possessiones Zagor, Zenthmarthon, Kyralyfalwa, Chydetelke, Zylkwth et Peterlaka, ac portiones possessionarie in possessionibus Zephmezew, Olahzephmezew in de Kykellew, ac Varagia in Albensi comitatibus et Dewecher omnino in partibus Transsilvanie existentibus habite adiacentes per mortem et defectum

seminis condam Gasparis filii condam Iohannis filii olim Simonis Sandor de Kezdy in eundem exponentem iure affinitatis et generationis devoluta sint et condescense habeantur, tamen egregii Ladislaus Gerendy, Martinus Erdely de Somkerek, Iohannes Baladffy et Leonardus Barlabassy, ipso exponente ut premittitur in nostris et regni nostri servitiis existente, prescripta bona et iura possessionaria inter se dividendo de eisdem eundem penitus exclusissent in preiudicium et dampnum ipsius exponentis manifestum, cum autem prefatum exponentem linea consanguineitatis et iure generationis bona ipsa tangere et concernere dinoscerentur, pro eo supplicatum exstitit maiestati nostre pro parte et in persona ipsius exponentis, ut sibi circa premissa de condigno atque opportuno iuris remedio providere dignaremur. Et quia iuxta continentiam decreti huius regni nostri Hungarie universa bona dubia interim videlicet, donec iure mediante discernerentur, quem vel quos iure generationis concernerent, manibus communibus dari debent atque solent, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus acceptis presentibus prescripta bona et iura possessionaria per prefatos Ladislaum, Martinum, Iohannem et Leonardum inter se ut premittitur divisa de manibus eorundem excipere atque ad manus duorum proborum et nobilium virorum illorum comitatuum partium Transsilvanarum, in quibus eadem bona existerent, per vos ad id eligendorum veluti manus communes infra tempus revisionis per vos inter partes fiende dare et assignare, ac tandem vocatis coram vobis ipsis partibus ad unum brevem terminum eisdem prefigendum et exauditis eisdem partibus vel earum legitimis procuratoribus, visis etiam et diligenter examinatis universis literis et literalibus instrumentis per easdem exhibendis, admissis etiam legitimis probationibus ad id necessariis causam ipsam inter partes adiudicare et quam partium iure generationis efficaciora iura habere comperieritis, eandem in dominium eorundem bonorum et iurium possessionariorum statui facere debeatis auctoritate nostra regia vobis in hac parte per nos attributa, iureque et iustitia mediante, secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bwdee, feria sexta proxima post

festum beatorum Simonis et Iude apostolorum anno domini Millesimo quingentesimo decimo septimo. 1517. oct. 30.

Commissio propria
domini regis.

Egykorú másolata papíron, *6631.* Megvan még Barlabássy Lénárt alvajdának 1518. *feria secunda proxima post dominicam Reminiscere* (mart. 1.) a *Iohannes de Istenmezeye aulicus regie maiestatis* részére kiadott átíratában, *7381.*

CCXVII.

Budán, 1517. nov. 16.

II. Lajos az apja Ulászló három rendbeli levelének, melyek szerint ez a gernyeszegi kastélyt több torda-, kolos- és dobokavármegyei birtokkal Erdélyi Jánosnak és nejének horogszegi Szilágyi Jusztinának adományozta s azok egynémelyikére nézve a Suki Istvánnal kötött kölcsönös örökösödési szerződésbe beléegyezik; továbbá a hűtlen Erdélyi István belsőszolnok- és tordavármegyei birtokairól Erdélyi László nevére szóló, Mátyás király-féle adománylevélnek regestáját a tárnokmesteri házban őrzött királyi könyvekből, a pórlázadáskor elveszett levelei pótlására Erdélyi Gergelynek kiadatja.

Nos Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster egregius Gregorius Erdely de Somkerek maiestatis nostre veniens in presentiam nobis exponere curavit in hunc modum, qualiter alias serenissimus princeps condam dominus Wladislaus rex pie memorie, genitor noster charissimus illi dationi et ascriptioni, quas nobilis condam domina Justina consors similiter condam egregii Iohannis Erdely fratris eiusdem exponentis super castello suo Gernyezeg vocato ac possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis infra scriptis eidem condam Iohanni, ipsiusque heredibus et posteritatibus universis vigore literarum conventus ecclesie de Kolosmonostra fecisse dinoscitur, suum regium consensum prebuisset, et totum etiam ius suum regium castello et bonis in predictis habitum eidem condam Iohanni et per eum Thome et Martino fratribus suis carnalibus, ipsorumque heredibus universis in perpetuum contulisset; preterea eadem condam paterna ma-

iestas dictum castellum cum eisdem et aliis nonnullis bonis et iuribus possessionariis tandem nove etiam sue donationis titulo prefatis condam Iohanni Erdely et domine Justine simul cum iure suo regio in eisdem castello et bonis habito dedisset; ceterum ipsa condam paterna maiestas illis quoque mutue donationi et obligationi ac aliis omnibus dispositionibus, quas prefati condam Iohannes, Thomas et Martinus filii condam Stephani Erdely ac ipsa condam domina Justina consors eiusdem condam Iohannis ab una, parte vero ex altera Stephanus filius condam Iohannis de Swk mediantibus literis dicti conventus de et super possessionibus et portionibus ipsorum possessionariis similiter infra nominandis inter ipsos et eorum heredes fecisse dinoscebantur, pari modo suum regium consensum prebuisset, iusque suum regium bonis in eisdem habitum memoratis condam Iohanni, Thome, Martino, domine Justine et Stephano de predicta Swk, ipsorumque heredibus contulisset; et quod etiam serenissimus princeps condam dominus Mathias rex predecessor noster felicis memorie egregio Ladislao Erdely filio Nicolai Erdely de Somkerek, fratri et consanguineo eiusdem exponentis totales portiones possessionarias egregii condam Stephani Erdely de Somkerek infra scriptas per notam infidelitatis, quam idem modo infra scripto incurrisse dicitur, prefato condam Ladislao et eiusdem cunctis heredibus servitiorum eiusdem ob respectum dedisset et contulisset, super quibus omnibus idem exponens literas etiam sufficientes tam ipsius condam paterne maiestatis, quam etiam dicti domini Mathie regis habuisset, sed illas per populares et rusticos, qui anno superiori insurrexerant, a se ablatas et alienatas fuisse asserit, quibus ex quoad presens pro iurium suorum defensione summe esset necessarius, ob hoc supplicavit nobis, ut tenores signaturarum huiusmodi literarum eiusdem condam paterne maiestatis et dicti condam Mathie regis, in quibus scilicet litere tales de more consignari solent, in domo nostra thavernicali perquiri faceremus, atque paria huiusmodi tenorum sive signaturarum sine diminutione et augmento aliquali eidem exponenti pro iurium suorum defensione in transumpto literarum nostrarum extradari et emanari facere dignaremur. Nos igitur

supplicationem prefati Gregorii Erdely iustam fore cognoscentes, per fidelem nostrum magnificum Petrum de Korlathkw magistrum curie nostre et thavernicum nostrum prescriptum librum sive registrum in domo nostra thavernicali perquiri mandavimus, qui ex nostro mandato libris sive registris huiusmodi inventis diligenterque revolutis, signaturas predictas literarum dicte condam paterne maiestatis et dicti condam domini Mathie regis reperisset huiusmodi sub tenore, paterna videlicet signatura: 1·4·9·1. Consensus pro egregio Iohanni Erdely — — *sat., l. e regesta helyett II. Ulászló 1491. aug. 28-án kelt levelét elébb CXVIII. sz. a.* — Alterius vero tenor sequitur et est talis: 1·4·9·6. Anno domini quo supra — — *sat., l. e regesta helyett Ulászlónak 1496. jun. 9-én kelt levelét elébb CXLI. sz. a.* — Tertie vero tenor is est: 1·4·9·II.*) Anno domini quo supra — — *sat., l. e helyett Ulászlónak 1495. jun. 17-én kelt levelét elébb CXXXII. sz. a.* — Quarte siquidem tenor verbalis hoc modo sequitur: 1·4·6·8. Anno et loco quibus supra — — *sat., l. ezt a regestát elébb LXVII. sz. a.*, — quas nos de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali transcribi et transumi, presentibusque literis nostris privilegialibus inseri et inscribi facientes eidem Gregorio Erdely duximus concedendas iurium suorum ad cautelam communi iustitia suadente, harum nostrarum secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, communitarum testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria secunda proxima post festum beati Martini episcopi et confessoris anno domini Millesimo quingentesimo decimo septimo, regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. anno secundo. 1517. nov. 16.

Relatio magnifici domini Petri de
Corlathkew magistri curie regie maiestatis.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel s a bal alsó sarkában *Helias de Bucha* följegyzéssel, *5095.*

---

*) Így, helyesen *1495* lenne.

CCXVIII.

Budán, 1517. nov. 18.

II. Lajos király Erdélyi Gergely kérésére, a pórlázadáskor elveszett s egyfelől a kízdi Sándor János, másfelől Erdélyi János, testvérei és neje közt a Sándor János küküllő- és fehérvármegyei birtokaira vonatkozólag létrejött szerződés pótlására annak regestáját a tárnokmesteri házban őrzött királyi könyvből kiadatja.

Nos Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster egregius Gregorius Erdely de Somkerek maiestatis nostre veniens in presentiam nobis exponere curavit in hunc modum, qualiter alias serenissimus princeps condam dominus Wladislaus rex pie memorie, genitor noster charissimus illi mutue dispositioni et obligationi, quam alias egregius condam Iohannes filius condam Simonis Sandor de Kyzd ab una, ac egregii condam Iohannes Erdely ac domina Petronella consors eiusdem, necnon Thomas et Martinus similiter Erdely fratres eiusdem Iohannis carnales ab alia partibus de et super bonis et iuribus possessionariis infra nominandis, mediantibus literis conventus ecclesie de Kolosmonostra mutuo et in alterutrum fecisse dinoscuntur, suum consensum prebuisset, et totum etiam ius suum regium bonis in eisdem habitum eisdem Iohanni Erdely ac dicte domine Petronelle, et per eos prefatis Thome et Martino similiter Erdely fratribus eiusdem Iohannis carnalibus dedisset et contulisset, super quo etiam literas dicte condam paterne maiestatis ipse exponens apud se habuisset, sed illas hoc superiori rusticane insurrectionis tempore per eosdem rusticos una cum certis rebus et bonis suis a se ablatas deperditasque asserit, ob hoc supplicavit nobis, ut tenorem signaturarum huiusmodi literarum eiusdem condam paterne maiestatis super premissis confectarum in libro sive registro ipsius condam paterne maiestatis, in quo scilicet tales litere de more consignari solent, in domo nostra thavernicali perquiri faceremus, atque paria huiusmodi tenorum sive signaturarum sine diminutione et augmento aliquali

eidem exponenti pro iurium suorum defensione in transumpto literarum nostrarum extradare et emanari facere dignaremur. Nos igitur supplicationem prefati Gregorii Erdely iustam fore agnoscentes, per fidelem nostrum magnificum Petrum de Korlathkw magistrum curie nostre et thavernicum nostrum prescriptum librum sive regestrum in domo nostra thavęrnicali perquiri mandavimus, qui ex nostro mandato libro sive registro huiusmodi invento diligenterque revoluto, signaturas predictas literarum dicte condam paterne maiestatis reperisset huiusmodi sub tenore: 1504.*) Anno domini quo supra — — *sat., l. II. Ulászlónak e regestával tartalmára nézve teljesen megegyező, 1503. dec. 21-én kelt levelét elébb CLXVI. sz. a.,* — quas nos de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali transcribi et transumi, presentibusque literis nostris privilegialibus inseri et inscribi facientes eidem Gregorio Erdely duximus concedendas iurium suorum ad cautelam communi iustitia suadente, harum nostrarum secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, communitarum testimonio literarum mediante. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum beate Elizabeth vidue anno domini Millesimo quingentesimo decimo septimo, regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. anno secundo. 1517. nov. 18.

Relatio magnifici domini
Petri de Corlathkew
magistri curie regie maiestatis.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7361.*

---

*) Ez az évszám kétségtelenűl csak a protocollumba való beiktatás évét jenti.

CCXIX.

Budán, 1517. dec. 30.

II. Lajos király megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy a kízdi Sándor János és Erdélyi János között birtokaikra vonatkozólag létrejött szerződés bejegyzését, melyet ő a somkereki Erdélyi Gergely csalfa kérésére a királyi könyvből kiadatott, tőle vagy testvéreitől kijavítás végett kérje vissza, ellenkező esetben arról szóló oklevelét érvénytelennek nyilvánítja.

Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam. Quamvis nos his superioribus diebus ad supplicationem nobilis Gregorii Erdely de Somkerek paria certarum literarum paterne condam maiestatis, quibus mediantibus eadem illi mutue dispositioni et obligationi alias inter egregium Iohannem filium Simonis Sandor de Kyzd ab una, ac alterum condam Iohannem Erdely similiter de Somkerek et dominam Petronellam consortem eiusdem ab alia partibus de et super certis bonis et iuribus eorum possessionariis facte et habite suum consensum regium prebuisse dinoscitur, ex libro sive registro regio, ubi tales litere consignari consueverunt, transcribi et eidem Gregorio sub secreto sigillo nostro in transumpto literarum nostrarum extradari fecerimus, tamen quia nunc ex relatione nonnullorum fidelium nostrorum intelligimus, in registratione dictarum literarum paterne condam maiestatis in eodem libro regio conscriptarum et perinde in ipsis quoque literis nostris transumpti vitio scriptoris certum defectum et errorem parti adverse cum eodem litiganti valde nocivum commissum esse, et ipsum quoque Gregorium longe aliter rem et negotium in hac parte suum nobis exposuisse, quam se res ipsa haberet, propterea volentes communi equitate suadente unicuique partium ius suum tribuere, pariaque seu signaturam huiusmodi in ea parte, ubi talis error commissus exstitit, emendari et reformari facere, mandamus et committimus fidelitati vestre harum serie firmissime, quatinus statim visis presentibus vestrum mittatis hominem fidedignum, qui ad prefatum Gregorium Erdely

consequenterque fratres suos carnales, si quibus idem Gregorius iam de facto literas huiusmodi nostras transumpti assignasset, accedendo ammoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, quibus et nos serie presentium strictissime mandamus, quatinus semota omni ulteriori mora, dilationeque et excusatione prescriptas literas nostras transumpti per ipsum Gregorium modo premisso ad sinistram eius expositionem a nobis impetratas ad manus vestras, per vos ad cancellariam nostram pro reformatione necessaria transmittendas vobis per eundem hominem vestrum in specie transmittere debeant et teneantur, qui si fecerint, bene quidem, alioquin easdem literas nostras transumpti et paria ipsius registri exnunc cassandas, annullandas, eidemque Gregorio ac fratribus suis illas in iudicio exhibentibus nocituras et viribus per omnia carituras pronunciandas duximus prout cassamus, annullamus ac pronunciamus etiam per presentes. Ut autem id debita exsequutione presentium literarum nostrarum fiat, seriem exsequutionis huiusmodi vestre et quitquid idem Gregorius aut fratres eiusdem ad premissa dixerint vel in hoc fecerint, id totum maiestati nostre vestris in literis fideliter et quamprimum perscribatis, et secus facere nullatenus audeatis; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum Nativitatis 1517.
Christi anno domini Millesimo quingentesimo decimo septimo. dec. 30.

Relatio magistri Helie de Bwcha
secretarii regie maiestatis.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel s a bal alsó szélén *Dignetur dominatio vestra reverendissima has facere sigillari. Helias de Bucha* följegyzéssel, *7248*. Megvan még a kolosmonostori conventnek 1518. febr. 17-én kelt átíratában hátrább.

CCXX.

Debreczenben, 1518. febr. 4.

Zapolyai János erdélyi vajda levele Barlabássy Lénárt alvajdához, melyben megparancsolja, hogy a néhai Sándor Gáspár idegenek kezén levő javait azoktól vegye el s adja a rokon Istenmezey János kezébe.

Iohannes comes et vayvoda Transsilvanus etc. egregio Leonardo Barlabassy de Hederffaya vicevayvode nostro etc. nobis sincere dilecto.

Egregie nobis sincere dilecte.

Supervenit ad nos his (diebus) egregius Iohannes de Istenmezeye presentans nobis literas regie maiestatis domini nostri gratiosissimi preceptorie nobis sonantes pro parte scilicet bonorum condam Gaspar filii condam Iohannis Sandor, prout ex iisdem literis*) sue maiestatis cum presentibus vobis missis clarius intelligetis. Et quia idem Iohannes Istenmezey vult omnino iure consanguineitatis in causam hanc intrare et ipsam prosequi, cum eundem linea consanguineitatis et iure generationis ipsa bona tangere dinoscuntur, ipsa quoque regia maiestas nobis **) iuxta contenta literarum sue maiestatis ammoneatis omnes illos, aput quorum manus ipsa bona habentur, in vestri presentia***) ostendatisque ipsis ipsam literam sue maiestatis, bona ipsa de eorum manibus excipiatis et aput manus communes relinquatis. Preterea vobis committimus, ut portionem illam, que manibus vestris habetur, de vestris quoque manibus exmittatis et exmittere debeatis, cause huius revisionem †) differatis ad nostrum felicem ingressum; aliud igitur ne feceritis. Ex Debreczen, feria quinta proxima post
1518. febr. 4. festum beati Blasii martyris anno domini Millesimo quingentesimo decimo octavo.

Barlabássy Lénárt alvajdának 1518. mart. 1-én Istenmezey János részére papíron kiadott átíratában, *7381.* V. ö. a II. Lajos 1517. oct. 30-án kelt leveléhez írt jegyzettel.

---

*) Hibásan *exidem litere* az átíratban.

**) Valami innen kimaradt.

***) Hibásan *presentiam* az átíratban.

†) Az átíratban *revisionis* hibásan.

CCXXI.

Gernyeszegen, 1518. febr. 16.

Somkereki Erdélyi Márton a tapasztalt barátság jutalmáúl a küküllővármegyei Csüdőtelkét Barlabássy Lénárt erdélyi alvajdának örökbe vallja.

Nos Martinus Erdely de Somkerek memorie commendamus quibus expedit [univer]sis, quod nos attentis et consideratis fraternitatis et amicitie *) [eg]regii domini Leonhardi Barlabasy vicevayvode Transsylvanensis, necnon vicecomiti(s) siculorum, possessionem nostram Chewdetelke in comitatu Kykellew existentem et adiacentem una cum cunctis utili[tatibus et] pertinentiis quibuslibet ad ea(n)dem de iure spectantibus et pertinere [debentibus] eidem Leonhardo Barlabasy, suisque heredibus et posterit[atibus univ]ersis dedimus, annuimus et contulimus in perpetuum, null[um ius nulla]mve iuris et dominii (proprietatem) in eadem possessione nobis tenere . . . voluimus, ita tamen sub illa conditione promittimus, ut si ipsum nos aut successores nostri dominum Leonhardum Barlabasy vel suos heredes aut turbarent vel impedirent, extunc in duobus millibus florenorum convincant(ur) eo facto; hoc tamen adiecto, ut et ipse dominus Leonhardus Barlabasy in hoc sit, ut statutorie sine contradictione . . . debeant et valeant, ut ubicunque ipse dominus Leonhardus Barlabasy loco credibili vult, post statutoriam eidem domino Leonhardo literas super ista fassione dari non debeat, quousque literas manibus nostris et sigillo nostro consignatas non videbitis. Datum in Gernyezeg, feria tertia post (festum) Valentini 1518. 1518. febr. 16.

Elrongyolódott és sok helyen érthetetlen fogalmazványa papíron, *6661.*

*) Igy, *fraternitate et amicitia* helyett.

CCXXII.

(Kolosmonostoron) 1518. febr. 17.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy a király levelét, melylyel Sándor János és Erdélyi Jánosnak birtokaikra vonatkozólag kötött szerződését általírta, Erdélyi Gergelytől a király parancsára visszakérte s miután nem adta, érvénytelennek nyilvánította.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nos literas serenissimi principis et domini Ludovici dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri naturalis gratiosissimi nobis super infra scriptis mandatorie sonantes cum honore et obedientia quibus decuit recepimus in hec verba: Ludovicus dei gratia rex Hungarie — — *sat., l. Lajos királynak 1517. dec. 30-án kelt oklevelét elébb CCXIX. sz. a.* — Unde nos mandatis eiusdem domini nostri regis fideliter obedientes ut tenemur, mox acceptis literis ipsius domini nostri regis iuxta earundem continentiam unum ex nobis videlicet religiosum virum fratrem Barnabam sacerdotem, socium nostrum conventualem et ecclesie nostre custodem erga prefatum Gregorium Erdely duximus transmittendum, qui demum ad nos exinde reversus conscientiose nobis recitavit eo modo,
jan. 20. quod ipse in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum proxime preterito ad possessionem Somkerek appellatam, in comitatu Zolnok interiori existentem, locum scilicet solite residentie dicti Gregorii Erdely, consequenterque domum habitationis eiusdem possessione in eadem habitam accessisset, ibique eundem Gregorium Erdely facie ad faciem repertum ammonuisset, dixissetque et commisisset eidem verbo sue serenitatis regio, ut semota omni mora, dilationeque et excusa ulteriori prenarratas eiusdem domini regis literas transumpti per ipsum Gregorium modo premisso ad sinistram eiusdem expositionem ab eodem domino rege impetratas nobis per ipsum hominem nostrum in specie transmittere deberet et teneretur, qui id facere penitus recusasset et nichilominus dum prefatus homo noster inter alios continentiam pre insertarum literarum regiarum per expressum significasset et in-

terpretatus fuisset, ut dictus dominus rex dictas eiusdem literas transumpti et paria registri per ipsum Gregorium modo prenarrato impetratas cassandas, annullandas ac eidem Gregorio et fratribus suis illas in iudicio exhibentibus nocituras et per omnia viribus carituras pronunciando dixisset, tunc prelibatus Gregorius Erdely respondisset in hec verba, quod ipse videbit, qui domum tavernicalem prefati domini regis mentitam faciet. In cuius rei memoriam presentes literas nostras duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum beati Valentini martyris, anno domini Millesimo quin- 1518. febr. 17.
gentesimo decimo octavo.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7412.*

CCXXIII.

(Kolosmonostoron) 1518. febr. 25.

A kolosmonostori convent előtt Erdélyi Márton a maga és fiai nevében a királyt, Zapolyai János erdélyi vajdát, Barlabássy Lénárt alvajdát és Istenmezey Jánost a néhai kízdi Sándor János és fia Gáspár nemesi javainak elfoglalásától eltiltja.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod egregius Martinus Erdely de Somkerek accedens personaliter in nostri presentiam in sua propria, ac Iohannis, Francisci et Anthonii filiorum suorum personis serenissimum dominum regem, item spectabilem et magnificum Iohannem de Zapolya comitem perpetuum terre Scepusiensis, vayvodamque Transsilvanum et siculorum comitem, necnon egregios Leonardum Barlabasy de Hederffaya vicevayvodam Transsilvanum et siculorum vicecomitem, ac Iohannem de Ystenmezeye et alios quoslibet ab occupatione et occupari factione, detentioneque et conservatione, necnon sibi ipsis appropriatione bonorum egregii condam Iohannis Sandor de Kyzd et Gasparis filii eiusdem dumtaxat nobilitarium in quibuscunque comitatibus existentium, habitorumque et adiacentium, usuque fructuum et quarumlibet utilitatum eorundem perceptione seu percipi factione,

se etiam in dominium earundem intromissione et sibi ipsis statui factione quomodolibet publice vel manifeste iam factis vel in futurum fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo lege regni requirente, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum feria quinta proxima post festum
1518. febr. 25. beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo quingentesimo decimo octavo.

Eredetije papíron, hátán pecsét nyomaival, *7300.*

CCXXIV.

(Kolosmonostoron) 1518. febr. 25.

A kolosmonostori convent előtt losonczi Bánffy Péterné Petronella asszony megigéri, hogy az Erdélyi Márton kívánságára a néhai kízdi Sándor János neki inscribált javait illetőleg bármikor ügyvédeket vall.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod generosa domina Petronella alias relicta egregii condam Iohannis Erdely de Somkerek, nunc vero consors egregii Petri Bamffy de Lossoncz constituta coram nobis personaliter, oneribus et quibusvis gravaminibus nobilis puelle Anne filie, aliorum etiam filiorum et filiarum suorum universorum in futurum nascentium in subscriptis super se assumptis, sponte et libere confessa est in hunc modum, quomodo ipsa egregio Martino Erdely de dicta Somkerek, heredibusque et posteritatibus eiusdem universis ad honorem, fidemque christianam et humanitatem suas se obligasset et spopondisset eo modo, quod ipsa in causis ratione et pretextu bonorum alias egregii condam Iohannis Sandor de Kyzd et Gasparis filii eiusdem dumtaxat nobilitarium in quibuscunque comitatibus harum partium Transsilvanarum existentium, habitorumque et adiacentium, in quibus etiam ipsa domina Petronella vigore contractus dicti condam Iohannis Sandor et consensus regii superinde adhibiti optimum ius habuisse et huiusmodi ius suum prenominato Martino Erdely, heredibusque et posteritatibus eiusdem universis iuxta continentiam aliarum literarum nostrarum fassionalium, obligatoriarum superinde emanata-

rum iure perpetuo inscripsisse asserit, motis vel movendis, quamdiu ipsa supervixerit usque finalem decisionem huiusmodi causarum motarum vel movendarum, singulis annis dum et quandocunque ac quotienscunque et quoscunque prelibatus Martinus Erdely aut heredes eiusdem voluerint procuratores constituere atque fateri, literasque procuratorias suo nomine dare et emanari facere semper promta erit et parata, imo se obligavit et spopondit nostro in conspectu propria sua voluntate, et nichilominus quidquid unus vel plures procuratores per ipsum constituti suo nomine egerint vel fecerint, allegaverintque aut [res]ponderint, demptis allegationibus et responsis causis in pre assertis no[ci]turis per huiusmodi [procu]ratores fiendis, item [et] alias fassiones suas quaslibet prefato Martino Erdely et suis [here]dibus universis per ipsam factas literasque super fassionibus suis tam procuratorias, quam alias quaslibet in continentiis, clausulis etiam et articulis in toto vel in parte nunquam revocabit retractabitque, nisi dum annotatus Martinus Erdely vel heredes et posteritates eiusdem voluerint sub vinculo et obligamine pre assumpto, harum nostrarum testimonio literarum mediante. Datum feria quinta proxima post festum beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo quingentesimo decimo octavo. 1518. febr. 25.

Eredetije papíron, hátán megkopott viasz pecséttel, *7381*.

CCXXV.

1518. mart. 1.

Erdélyi Márton a küküllővármegyei Csüdőtelkét bizonyos föltétel alatt Barlabássy Lénártnak örökbe vallja.

Quod egregius Martinus Erdely de Somkerek oneribus et gravaminibus Iohannis, Francisci et Anthonii filiorum, necnon dominarum Katherine Gasparis de Machkas ac Clare Iohannis Dees de Themessel consortum, item puellarum Elizabeth et Sofie filiarum suarum in subscriptis super (se) assumptis sponte confessus est, quomodo ipse totalem possessionem Chydewthelke appellatam in comitatu de Kykellew existentem et

adiacentem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet etc. egregio Leonhardo Barlabasy de Hederfaya, suisque heredibus universis dedisset, donasset et inscripsisset, imo dedit, donavit et inscripsit in nostri presentia iure perpetuo in filios filiorum utendam, tenendam, possidendam pariter et habendam, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem sibi reservando, tali obligaminis vinculo assumpto mediante, quod si temporum in processu idem Martinus Erdely vel filii aut filie eiusdem prefati premissam fassionem ipsius Martini Erdely observare nollent aut non curarent, sed prefatum Leonhardum Barlabasy aut suos heredes iidem perturbare sive de dominio dicte possessionis Chydewthelke excludere pretenderent, tunc iidem solum vigore presentium contra prelibatum Leonhardum Barlabasy aut suos heredes in duobus millibus florenis convincantur et convinci debeant eo facto, ac superinde prefatus Leonhardus Barlabasy sed et sui heredes dictum Martinum Erdely, heredes etiam eiusdem in presentiam vayvode vel vicevayvode brevi evocatione mediante citare valeant in causam, qui quidem duorum millium florenorum in duabus parti adverse, in tertia vero partibus iudici solvendi habeantur, harum nostra-
1518. rum testimonio. Datum feria secunda proxima post domini-
mart. 1. cam Reminiscere, 1518.

Eredeti fogalmazványa papíron, *6658.*

CCXXVI.

(Kolosmonostoron) 1518. mart. 5.

A kolosmonostori convent jelenti Zapolyai János erdélyi vajdának, hogy a mikor Lajos király parancsára Erdélyi János özvegyét, most losonczi Bánffy Péternét, Petronella asszonyt, a közte és néhai kízdi Sándor Gáspár között létrejött egyességnél fogva ennek küküllő- és fehérvármegyei birtokaiba be akarták iktatni, annak többen ellene mondottak.

Spectabili et magnifico domino Iohanni de Zapoly(a) comiti perpetuo terre Scepusiensis, vayvode Transsilvano et siculorum comiti, amico eorum honorando conventus ecclesie de Colosmonostra amico eorum honorando amicitiam

paratam cum honore. Noverit vestra magnificentia, nos literas serenissimi et (excellentissimi) domini Ludovici dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri gratiosissimi introductorias et statutorias nobis mandatorie sonantes cum honore et summa obedientia recepimus in hec verba:

Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona generose domine Petronelle alias relicte egregii condam Iohannis Erdely de Somkerek, nunc vero consortis egregii Petri Bamffy de Lossoncz, quomodo ipsa in dominium totalium oppidi Dychewzenthmarthon appellati ac possessionum Chwdewthelke, Zagor, Kyralfalwa et Zylkwth in de Kykellew, necnon Pethorlaka, Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa nominatarum in Albensi Transsilvanie, item portionum possessionariarum in possessionibus Zepmezew et Waraggya nuncupatis in eodem Albensi comitatibus existentibus habitarum et adiacentium, que alias egregii condam Iohannis filii olim Simonis Sandor dicti de Kyzd, et tandem nobilis condam Gaspar filii eiusdem Iohannis Sandor prefuissent, ipsam dominam exponentem vigore cuiusdam contractus et regii consensus exinde adhibiti, dece(de)nte iam et in semine deficiente eodem condam Gaspar filio dicti Iohannis Sandor, concernentium legitime vellet introire. Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Alexius vel Franciscus de Kysfalwd aut Nicolaus de Wyzakna, sin Blasius seu Alexius sive Iohannes de Bethlen, neve Paulus Bordy de Zeeplak vel Martinus de Forro, nam Benedictus de Zylwas namque Laurentius aut Emericus Porkolab de Chapo, vel Gregorius Herepey de Beeld sin Marcus de Darlaz, seu Petrus Thabyasy de Ecczel sive Gaspar Sykesd de Theremy ne Michael filius eiusdem, ve Mattheus nam Sebastianus Kolos de Zengyel namque Franciscus de Thorozko, aut Blasius de Swk vel Stephanus Elekewsy de Bongarth aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies predicti oppidi Dychewzenthmarthon ac pre tactarum possessionum Chwdewthelke,

Zagor, Kyralfalwa et Zylkwth, necnon Pethorlaka, Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa nominatarum, item portionum possessionariarum in possessionibus Zeepmezew et Waragya nuncupatis, que alias egregii condam Iohannis filii olim Simonis Sandor dicti de Kyzd et tandem nobilis condam Gaspar filii eiusdem Iohannis Sandor prefuissent, in prescriptis comitatibus ut prefertur existentibus habitarum et adiacentium, vicinis et commetaneis eiusdem et earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatam dominam Petronellam in dominium eiusdem et earundem, statuatque idem et easdem eidem, suisque heredibus et posteritatibus universis simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure et titulo ipsi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatam dominam Petronellam exponentem ad terminum competentem vayvode partium regni nostri Transsilvanarum in presentiam rationem contradictionis eorundem reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, prefato vayvode nostro Transsilvano fideliter rescribatis. Datum Bude,
1518. in crastino festi Circumcisionis Domini anno eiusdem Mille-
jan. 2. simo quingentesimo decimo octavo.

Nos igitur premissis mandatis eiusdem domini nostri regis obedientes ut tenemur, una cum prenominatis Iohanne de Bethlen et Paulo Bordy de Zeplak hominibus regiis de curia regia ad id specialiter transmissis unum ex nobis videlicet religiosum virum fratrem Barnabam sacerdotem, socium nostrum conventualem et ecclesie nostre custodem ad premissas introductionem et statutionem faciendas pro nostro testimonio fidedignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis parili voce conscientiose recitaverunt eo modo, quod ipsi primo prefatus Iohannes de Bethlen et nostrum testimonium feria quarta proxima post festum
jan. 27. Conversionis beati Pauli apostoli nunc preteritum et aliis diebus immediate sequentibus ad id scilicet aptis et sufficien-

tibus ad facies totalium oppidi Dychewzenthmarthon ac possessionum Kyralfalwa, Zylkwth, Zagor, Chwdewthelke in de Kykellew, necnon Pethorlaka in Albensi Transsilvanensi, item portionum possessionariarum in Zepmezew et Waragya possessionibus vocatis in eodem Albensi comitatibus existentium adiacentiumque et habitarum; tandem in festo Purificationis febr. 2.
sacratissime virginis Marie noviter preteritum ac aliis diebus immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus idem testimonium nostrum cum prelibato Paulo Bordy de Zeplak ad facies similiter totalium possessionum Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa nuncupatarum in dicto comitatu Albensi Transsilvanensi existentium, que alias dicti condam Iohannis filii olim Simonis Sandor de Kyzd et tandem nobilis condam Gaspar filii eiusdem Iohannis Sandor prefuissent, vicinis et commetaneis eiusdem et earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent et dum ante nominati homines regii semper dicto nostro testimonio presente prelibatam dominam Petronellam alias relictam condam Iohannis Erdely de Somkerek, nunc vero consortem Petri Bamffy de Lossoncz in dominium totalium eiusdem oppidi et dictarum possessionum ac portionum possessionariarum introducere idemque et easdem eidem, ac suis heredibus et posteritatibus universis simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet statuere voluissent, tunc quidam Iohannes Kanthor dictus de Forro familiaris nobilis Georgii de Forro in eiusdem Georgii de Forro domini sui, necnon nobilium Petri Wancha de Chwla, Nicolai de Wyzakna ac Stephani, Osvaldi et Iohannis de Bogath, necnon alterius Iohannis Thoth de Zenthgyewrgh personis in facie possessionis Kyralfalwa predicte, item sabbato proximo ante festum Purificatio- jan. 30.
nis virginis Marie predictum quidam Stephanus Byro dictus de Waya in persona nobilis domine Drusiane filie agilis condam Nicolai Thoth de Zenthgyewrgh predicta, consortis videlicet agi[lis] Iohannis Marthon de eadem Waya in facie possessionis Zagor introductioni et statutioni pre tactarum oppidi Dychewzenthmarthon ac possessionum Kyralfalwa, Zylkwth, Zagor, [Ch]wdewthelke et Pethorlaka, necnon portionum possessionariarum in Zepmezew et Waragya pos-

sessionibus habitarum, tandem quidam Emericus Kadar de Nywythod familiaris Iohannis Janosy de eadem Nywythod in nobilium dominarum Barbare eiusdem Iohannis Janosy, Advige Georgii similiter Janosy de eadem Nywthod consortum et Dorothee relicte condam Ladislai Demyenffy de dicta Nywthod, necnon Iohannis, Nicolai et Michaelis Thoth de dicta Zenthgyewrgh, item quidam Valentinus Bybarczy de Felthorya familiaris Anthonii Kwn de Osdola in eiusdem Anthonii Kwn domini sui introductioni et statutioni prescriptarum possessionum Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa predicte statutionis earundem tempore contradictionis velamine obviassent; ob quas quidem contradictiones mox ibidem et diebus in eisdem pre memorati homines regii dicto nostro testimonio presente prenominatos Georgium de Forro, Petrum Wancha de Chwla, Nicolaum de Wyzakna, Stephanum, Osvaldum ac Iohannem de Bogath et alterum Iohannem Thoth de Zenthgyewrgh, necnon dominam Drusianam filiam dicti condam Nicolai Thoth consortem utputa prefati Iohannis Marthon de Waya, item dominas Barbaram Iohannis Janosy, Advigam Georgii similiter Janosy de Nywythod consortes ac Dorotheam relictam dicti condam Ladislai Demyenffy de Nywthod predicta, item Iohannem, Nicolaum et Michaelem Thoth de dicta Zenthgyewrgh ac Anthonium Kwn de Osdola contra annotatam dominam Petronellam alias relictam prefati condam Iohannis Erdely de Somkerek, nunc vero consortem Petri Bamffy de Lossoncz ad octavas festi
aug. 1. beati Iacobi apostoli nunc venturas in vestre magnificentie evocassent presentiam rationem contradictionis eorum reddituros.

Demum vero die dominico proximo ante dictum festum
jan. 31. Purificationis virginis Marie novissime preteritum quidam nobilis Lazarus Chygewd de Zewkefalwa familiaris nobilis Alexii de Haranglab in eiusdem Alexii de Haranglab domini sui ac egregiorum Gasparis Sykewsd de Theremy et Iohannis de Ystenmezeye personis, item feria quinta proxima post
febr. 4. festum beati Blasii episcopi et martyris proxime preteritum nobilis Iohannes de Wezzewd in vestre magnificentie persona,
febr. 8 item feria secunda proxima ante festum beate Apollonie vir-

ginis nunc preteritum quidam Iohannes Nagh de Kenderes familiaris prefati Iohannis Thoth de Zenthgyewrgh in eiusdem Iohannis Thoth domini sui ac Nicolai et Michaelis similiter Thoth de iam dicta Zenthgyewrgh, necnon dominarum Katherine agilis Michaelis Erdely de Samsond et Anne Petri Daczo de Sepsi Zenthgyewrgh consortum, filiarum videlicet dicti condam Nicolai Thoth de sepe dicta Zenthgyewrgh, item quidam Michael Nagh familiaris egregii Ladislai Dyenessy de Illye in festo beati Valentini martyris noviter preterito in febr. 14.
iam dicti Ladislai Dyenessy de Ylye domini sui personis hic nostra conventuali in presentia generaliter prescriptis omnibus introductionibus et statutionibus contradictione obviaverunt; propter quas quidem contradictiones nos annotatos Alexium de Haranglab, Gasparem Sykesd de Theremy, Iohannem de Ystenmezeye, alterum Iohannem, Nicolaum et Michaelem Thoth de sepe dicta Zenthgyewrgh ac dominas Katherinam et Annam filias dicti condam Nicolai Thoth de eadem Zenthgyewrgh, necnon Ladislaum Dyenesy de Ylye contra pre memoratam dominam Petronellam alias relictam dicti condam Iohannis Erdely, nunc vero consortem Petri Bamffy de Lossoncz in vestre magnificentie presentiam, sed et eandem vestram magnificentiam una cum eisdem tanquam contradictores ad dictas octavas festi beati Iacobi apostoli aug. 1.
proxime affuturas evocavimus rationem premissarum contradictionum reddituros. Datum vigesimo die ultimi termini introductionis et statutionis prenotatarum, anno domini su- 1518. mart. 5
pra dicto.

Kivűl: Domino vayvode Transsilvano pro generosa domina Petronella alias relicta egregii condam Iohannis Erdely de Somkerek, nunc vero consorte egregii Petri Bamffy de Lossoncz, contra nobilem Georgium de Forro et alios intra scriptos ad octavas festi beati Iacobi apostoli nunc venturas introductionis ac statutionis et contradictionis relatio.

Eredetije papíron, záró pecsét töredékeivel, *7300.*

CCXXVII.

Budán, 1518. mart. 16.

II. Lajos király az Erdélyi János özvegye panaszára újból megparancsolja Zapolyai János erdélyi vajdának, hogy a néhai kízdi Sándor Gáspár küküllő- és fehérvármegyei birtokai ügyét, melyeket a Gerendi László, Erdélyi Márton, Baládffy János és Barlabássy Lénárt kezéből kivenni s érdektelenekre bízni parancsolta, az özvegy és Istenmezey János joga szempontjából vizsgálja meg s a szerint mondjon ítéletet.

Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Ioanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepusiensis, vayvode partium regni nostri Transsilvanarum et comiti siculorum salutem et gratiam Expositum est nobis in persona generose domine Petronelle relicte condam Ioannis Erdely de Somkerek, nunc vero consortis egregii Petri Bamffy de Lossoncz, quod licet nos his exactis diebus ad instantiam nobilis Ioannis de Isthenmezeye per alias literas nostras quoddam oppidum egregii quondam Gasparis filii olim Ioannis Sandor de Kyzd Dychewzenthmarthon nuncupatum simul cum domo et curia nobilitari oppido in eodem adiacentibus, necnon totales possessiones eiusdem Chwdewthelke, Zagor, Kyralffalwa et Zylkwth in de Kykellew ac Petherlaka, Felthorya, Naghpeselnek et Kanthafalwa appellatas in Albensi Transsilvanensi, item portiones etiam possessionarias in possessionibus Zep Mezew et Waragya vocatis in eodem Albensi Transsilvanensi comitatibus existentes et habitas de manibus egregiorum Ladislai de Gerend, Martini Erdely de Somkerek, Ioannis Baladffy de Kyskend et Leonardi Barlabassy de Hederffaya ex causis et rationibus in eisdem aliis literis nostris clarius specificatis et denotatis ad quasdam manus communes interim, quoad per vos de iure negotium hoc revideri discutique posset, que partium ad eadem ipsa bona melius efficaciusque ius haberet tenendi, possidendi, dari, tradique et consignari fecerimus, quibus literis etiam mandaverimus vobis, ut partibus predictis ad unum certum et brevem terminum vestri in presentiam convocatis causam eiuscemodi bonorum iuris ordine observato inter eas-

dem partes, que scilicet earundem partium ad ea ipsa bona ius efficacius haberet, revideretis et adiudicaretis, tamen sicuti ex supplicatione eiusdem domine Petronelle exponentis intelleximus, nondum huiusmodi revisio et adiudicatio per vos facta exstitisset, ob hoc supplicatum exstitit maiestati nostre in persona eiusdem domine exponentis humiliter, ne suis iuribus, que in eisdem bonis habere pretendit, preter revisionem iurium et literalium quoque suorum instrumentorum destitui pateremur. Cuius supplicatione tanquam iusta exaudita et admissa, cum iustitia suadeat unicuique id, quod suum est reddi, fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatinus acceptis presentibus si nondum causa ipsa, prout per alias priores literas nostras vobis mandavimus, inter easdem partes in facto eorundem bonorum per vos revisa et adiudicata exstitit, extunc prescriptas partes utrasque ad unum certum et brevem terminum vestri in presentiam convocare et visis utrarumque partium iuribus, literis, instrumentis et immunitatibus negotio in premisso partes inter easdem verum et rectum iudicium, debitamque iustitiam impendere et administrare debeatis, et bona predicta in manibus illius partis relinquatis, cui magis iure competere videbuntur et eum in huiusmodi bonorum dominio tutare et defendere debeatis, auctoritate nostra regia presentibus vobis in hac parte attributa et iustitia mediante, secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria tertia proxima post dominicam Letare anno domini Millesimo 1518. mart. 16.
quingentesimo decimo octavo.

Commissio propria
domini regis.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7381.*

CCXXVIII.

(Gyulafehérváron) 1518. mart. 29.

Az erdélyi káptalan azt az oklevelét, mely szerint néhai kézdi Sándor Jánost Szentmárton, Királyfalva, Péterlaka, Szilkut és Csüdőtelke birtokába beiktatta, a héderfáji Barlabássy Lénárt alvajda parancsára Erdélyi János özvegyének, most losonczi Bánffy Péternének hiteles másolatban kiadja.

Nos capitulum ecclesie Albensis Transsilvane memorie commendamus per presentes, quod nos literas egregii Leonardi Barlabassy de Hederffaya vicevayvode Transsilvani et siculorum vicecomitis requisitorias pro parte nobilis domine Petronelle alias relicte quondam Iohannis Erdely, nunc vero consortis egregii Petri Banffy de Lossoncz emanatas nobisque amicabiliter loquentes et directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane Leonardus Barlabassy de Hederffaya vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecomes amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona nobilis domine Petronelle alias consortis *) quondam egregii Iohannis Erdely de Somkerek, nunc vero consortis egregii Petri Banffy de Lossoncz, quomodo quedam litere, que bona et iura possessionaria olim Iohannis Sandor de Kezdy ubique intra ambitum harum partium Transsilvanarum existentia et adiacentia concernerent, ipsam quoque exponentem in certa sui parte tangentes in sacristia vestra sive conservatorio ecclesie vestre more solito reposite haberentur et locate, quarum paribus idem **) exponens pro iurium suorum tuitione summe foret necessaria. Amicitias vestras igitur presentibus petimus diligenter, quatinus prescriptas literas ut premittitur bona et iura possessionaria olim Iohannis Sandor concernentes et ipsam exponentem in certa sui parte tangentes in prescripta sacristia sive conservatorio ecclesie vestre diligenter requiri et reinveniri faciatis, reinventarumque et requisitarum tenores

*) Igy, helyesen *relicte* lenne.

**) Igy, *eadem* helyett.

in transumpto literarum vestrarum eidem exponenti iuris sui ad cautelam extradare et emanari facere debeatis et teneamini, secus non facturi. Datum in possessione Hederfaya, secundo die (festi) Annunctiationis beatissime virginis Marie anno domini Millesimo quingentesimo decimo octavo. 1518. mart. 26.

Nos igitur amicabilibus petitionibus eiusdem domini vicevayvode annuentes, literas et literalia instrumenta, cunctaque regestra originalia in sacristia seu conservatorio ecclesie nostre predicte repositas et locata diligenter examinari et requiri facientes, inter quas et que paria quarundam literarum nostrarum statutoriarum privilegialium factum portionum possessionariarum in possessionibus Zenthmarthon, Kyralfalwa, Petherlaka, Zylkwth et Chedewthelke habitarum tangentia et concernentia reperimus et reinvenimus huiusmodi sub tenore: Capitulum ecclesie Transsilvane — — *sat., l. a káptalan 1425. jun. 14-én kelt levelét az I. köt. CCCLXIII. sz. a.* — Nos itaque prescripta paria dictarum literarum nostrarum statutoriarum privilegialium in sacristia seu conservatorio ecclesie nostre predicte modo premisso requisita et reinventa ad prefatam amicabilem petitionem dicti domini vicevayvode de verbo ad verbum presentibus literis nostris transscribi et transumpmi facientes, easdem dicte domine Petronelle iuris sui ad cautelam duximus concedendas, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo quingentesimo X. octavo. 1518. mart. 29.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét nyomaival, *7370.* Az alvajda hasonló tartalmú parancsot küld 1518. mart. 26-án a kolosmonostori conventhez is, a mely meg van ennek mart. 31-én papíron kelt átíratában, *7380.* V. ö. a convent 1492. maj. 6-án kelt leveléhez írt jegyzettel.

CCXXIX.

Budán, 1518. apr. 10.

II. Lajos király megparancsolja Zapolyai János erdélyi vajdának, hogy a néhai kízdi Sándor Gáspár küküllő- és fehérvármegyei birtokai ügyében, melyeket az Erdélyi Márton, Barlabássy Lénárt, Gerendy László, Baládffy János és az özvegy Erdélyi Jánosné kezéből az Istenmezei János kérésére kivett s érdektelen emberekre bízott, haladéktalanúl mondjon itéletet.

commissio propria domini regis.

Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Iohanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepusiensis, vayvode nostro Transsilvanensi et siculorum nostrorum comiti salutem et gratiam. Expositum est maiestati nostre in personis fidelium nostrorum egregiorum Martini Erdely de Somkerek, Leonardi Barlabasy de Hederfaya, Ladislai de Gerend ac Iohannis Baladfy de Kyskend et domine Petronelle alias relicte egregii condam Iohannis Erdely de Somkerek predicta, nunc vero consortis Petri Banfy de Lossoncz, quod quamvis ipsi Martinus Erdely, Leonardus Barlabasy, Ladislaus Gerendi et Iohannes Baladfy universa bona et quelibet iura possessionaria pueri Gasparis filii egregii condam Iohannis Sandor de Kyzd alias de Zenthmarthon ubilibet in partibus illis Transsilvanis adiacentia, presertim vero possessiones eiusdem condam Gasparis Zenthmarthon predictam ac Kyralfalwa, Zagor, Chydewthelke et Zylkwth in de Kykellew, necnon Petherlaka et Palos vocatas in Albensi comitatibus existentes et habitas eosdem exponentes omnis iuris titulo concernentes, mortuo et obeunte prefato Gaspar puero, inter se se diviserint et virtute eiuscemodi divisionis eadem et easdem certa etiam per tempora possederint fructus et utilitates suas percipiendo, vos tamen diebus exactis ad instantiam cuiusdam Iohannis de Isthen Mezew, qui se de sexu femineo prelibati condam Iohannis Sandor propagatum asserit, prenarratas possessiones una cum aliis iuribus possessionariis ipsius condam Gasparis Sandor de manibus eorundem Martini Erdely, Leonardi Barlabasy, Ladislai

Gerendy et Iohannis Baladfy simpliciter et de plano iuribus scilicet ipsorum nondum intellectis occupari et ad manus communes assignari fecissetis iudicium et iustitiam inter partes prenotatas in premissis facere velle allegando, hactenus tamen eiuscemodi iudicium et iustitiam facere distulissetis et modo quoque facere differetis in eorundem exponentium preiudicium et dampnum valde magnum. Unde nos accepta supplicatione ipsorum exponentium maiestati nostre propterea porrecta nolentes eos iustis ipsorum iuribus diu frustrari atque destitui, fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo committimus, quatinus acceptis presentibus omni mora et dilatione superflua postposita, vocatis partibus predictis vestri in presentiam, visisque et intellectis earundem iuribus bonum et rectum iudicium inter easdem in premissis facere et administrare debeatis et teneamini; et si aliqua partium prenotatarum super eiuscemodi forte iudicio vestro contentari noluerit, extunc vos causam eandem simul cum tota serie ipsius adiudicationis vestre et processibus suis in curiam nostram regiam, nostre scilicet maiestatis in presentiam ad brevem terminum per literas vestras ipsis partibus prefigendum modis omnibus transmittere debeatis et teneamini maturius revidendam atque finaliter terminandam, et secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, sabbato proximo post festum sacratissime Resurrectionis Domini anno eiusdem Millesimo quingentesimo decimo octavo. 1518. apr. 10.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7300.*

CCXXX.

Budán, 1518. apr. 12.

II. Lajos király Erdélyi Márton, Barlabássy Lénárt, Gerendi László és Baládffy János panaszára, mely szerint ő az Istenmezei János egyszerű kérésére a néhai kízdi Sándor Gáspár általok békében birt javait tőlök elvette és eladományozta, megparancsolja Zapolyai János erdélyi vajdának, hogy azokat a panaszlóknak adassa vissza.

commissio propria domini regis.

Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Ioanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepusiensis, vayvode nostro Transsilvano et comiti siculorum nostrorum salutem et gratiam. Exponitur maiestati nostre in personis fidelium nostrorum egregiorum Martini Erdely de Somkerek, Leonardi Barlabasy de Hederfaya, Ladislai de Gerend et Iohannis Baladffy de Kyskend, quod licet ipsi a tempore obitus egregii condam Gasparis filii olim Ioannis Sandor de Kyzd in pacifico dominio bonorum eiusdem Gasparis exstiterint, fructusque et utilitates eorundem perceperint, tamen his [di]ebus transactis eadem bona de manibus prefatorum exponentium vigore certarum literarum nostrarum prec[eptor]iarum ad simplicem querelam et expositionem egregii Ioannis de Istenmezeye emanatarum occupata et [ad m]anus communes locata et deputata exstiterint in preiudicium et damnum prefatorum exponentium va[lde m]agnum. Et quia iuxta consuetudinem huius regni nostri Hungarie, sed et partium nostrarum Transsilvanarum huiusmodi bona, in quorum videlicet pacifico dominio aliquis regnicolarum nostrorum exstiterit, fructusque et utilitates eorundem per certa tempora libere perceperit, non per simplicem occupationem, sed lege regni nostri perquiri solent, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus et rebus ita ut prefertur se habentibus, non obstantibus prioribus literis nostris preceptoriis ad supplicationem ut prefertur ipsius (Ioannis) de Istenmezeye emanatis, iam dicta bona annotati condam Gas-

paris Sandor de Kysd de dictis manibus communibus, in quantum iura et consuetudines partium istarum Transsilvanensium in similibus observate suadent et admittunt, reoccupare ac ad manus prefatorum exponentium dare et resignare debeatis et teneamini, et si quid iuris vel acquisitionis idem Ioannes de Istenmezeye vel quispiam regnicolarum nostrorum ad eadem bona se habere dixerit vel speraverit, requirat eadem de manibus prefatorum exponentium ordine iuris, secus nullo modo facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria secunda proxima post dominicam Quasi modo anno domini Millesimo quingentesimo 1518. apr. 12.
decimo octavo.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7300*.

CCXXXI.

Héderfáján, 1518. jun. 26.

Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda megparancsolja Bicsak Lőrincznek és Lázár Mihálynak, hogy az Erdélyi Márton sármási oláh jobbágyának felakasztatásáért a Marosszék assessorai által huszonnégy márka bírságban s negyven márka vérdíjban elmarasztalt Erdélyi Mihályt a fizetésre szólítsák fel, ellenkezőleg javaiból s ha szükség, székely örökségeiből is vegyenek eleget.

Leonardus Barlabassy de Hederffaya vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecomes egregiis ac agilibus viris Laurentio Bychak de Sard et Michaeli Lazar de Zenthgyergy debitam reverentiam cum honore. Noveritis, quod nobis sabbato proximo post festum beati Iohannis baptiste una cum jun. 26.
nonnullis harum partium Transsilvanarum nobilibus et siculis hic in possessione Hederffaya constitutis et existentibus circumspectus Elias Nagy in possessione Sarumberk commorans pro egregio Martino Erdely de Somkerek cum literis nostris procuratoriis ut actor ab una, ac agilis Michael Erdely de Samsond ut in causam attractus partibus ab alia modum et formam legitime transmissionis cause infra scripte observantes in figura nostri iudicii comparendo ac inter cetera allegabant eo modo, quomodo prefatus actor ipsum in

causam attractum in presentiam assessorum sedis Marus inprimis traxisset in causam, ibique contra eundem proposuisset eo modo, quod ipse in causam attractus nescitur unde motus quendam unum iobagionem valachum ipsius actoris nomine Iohannem in Sarmas commorantem minus licite et indebite ac preter omnem viam iuris et iustitie in terra siculicali, in officio alterius iudicis captivasset, captumque contra legem et consuetudinem regni, siculicali, non in loco sedis iudiciarie ipsorum alias more consueto, sed ibidem in possessione Samsond suspendere fecisset potentia mediante, quod idem exponens vel actor scilicet dampna et desertationem pro ducentis florenis auri et pro homagio illius dicti iobagionis sui pati noluisset. Quo audito memoratus in causam attractus respondisset exadverso, quod licet ipse antefatum iobagionem dicti actoris captivasset, sed cum eundem quidam causidici tanquam furem manifestum et cum iudice captivari et iure detineri fecissent, ipsi vero causidici iuxta legem huius regni et pre tacta sua demerita iuste et debite suspendissent, ipse autem in causam attractus non causidicus, sed tantum iudex in illa causa exstitisset, pro eo id, quod fecissent, dicti causidici peregissent et ipse in totali premissa actione et acquisitione dicti actoris innocens foret penitus et immunis. Quibus sic perceptis prefati assessores dicte sedis causam partium prescriptarum adiudicassent hoc modo, quod ex quo ipse in causam attractus annotatum iobagionem ipsius actoris in officio alterius iudicis captivasset, ob hoc in oneribus viginti quatuor marcarum, insuper quoque in homagio defuncti ipsius iobagionis dicti actoris florenos quadraginta faciente convictum et aggravatum fore decrevissent et commisissent, in causam vero attractus eo minime contentus in nostram acceptasset presentiam. Quibus sic habitis, partibusque predictis a nobis in premissis iudicium et iustitiam eisdem administrari postulantibus, eorundem igitur regni nobilium et siculorum nobiscum in iudicio et examine presentis cause existentium quesito et assumpto superinde consilio prematuro prescriptam iudiciariam deliberationem assessorum dicte sedis Marus in omnibus ea rundem continentiis, punctis et articulis confirmando et robo-

rando, in suoque vigore relinquendo, requirimus igitur vos et nichilominus vobis in persona spectabilis et magnifici domini Iohannis de Zapolia comitis et vayvode Transsilvanensis etc. domini nostri gratiosissimi sub oneribus sedecim marcarum irremissibiliter exigendarum firmiter committimus et mandamus, quatinus agnitis presentibus ad possessionem Samsond erga prefatum in causam attractum personaliter accedendo ammoneatis eundem dicatisque eidem verbo nostro et committatis, ut ipse de et super prescriptis, homagio iobagionis suspensi defuncti dicti actoris florenos quadraginta faciente parti adverse tantum, insuper quoque de ipsa potentia videlicet viginti quatuor marcis florenos viginti quatuor facientibus in duobus nostris iudiciariis, in tertia vero partibus parti adverse scilicet eidem actori plenariam atque omnimodam satisfactionem impendere debeat et teneatur, qui si fecerit, bene quidem, alioquin de rebus mobilibus et immobilibus ac etiam si opus fuerit de hereditatibus siculicalibus ipsum solum proprie et precise concernentibus modo premisso plenariam atque omnimodam impendere debeatis solutionem et satisfactionem, contradictione prefati in causam attracti et aliorum quorumlibet previa ratione non obstante, secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum loco et termino in prenotatis, anno domini Millesimo quingentesimo de- 1518. jun. 26.
cimo octavo.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *5089.*

CCXXXII.

(Kolosmonostoron) 1519. jun. 7.

A kolosmonostori convent előtt egyfelől szentiváni Székely Miklós, másfelől Erdélyi János a maga és testvérei nevében, amaz Sárpatakát és Körtvélykaput, ez faragói, némai és rücsi birtokrészeit illetőleg, bizonyos feltételek alatt, csereszerződésre lépnek.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus presentibus simul et futuris presentes visuris salutem in Christo Ihesu salutis largitore. Ad universorum notitiam presentium serie volumus perve-

nire, quod egregii Nicolaus filius condam Iohannis filii olim Michaelis Zekel de Zenth Iwan ab una et Iohannes filius egregii condam Martini Erdely de Somkerek ex alia partibus, idem Iohannes Erdely oneribus et quibusvis gravaminibus egregiorum Francisci et Anthonii fratrum, necnon dominarum Katherine Gasparis de Machkas et Clare Iohannis Dees de Themessel egregiorum consortum, item Elizabeth et Sophie puellarum, sororum suarum carnalium in subscriptis per omnia super se assumptis coram nobis personaliter constituti sponte et libere per eosdem confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quomodo ipsi matura in se ipsis deliberatione prehabita in bonis eorum subnotandis talem inter se fecissent concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo prefatus Nicolaus Zekel totales duas possessiones suas Sarpathak et Kewrthewelkapw vocatas in comitatu Thordensi existentes et adiacentes simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, necnon molendinis et eorundem locis, generaliter autem cunctarum utilitatum et pertinentiarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis ad easdem duas possessiones de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prenominato Iohanni Erdely de Somkerek et per eum prefatis Francisco et Anthonio fratribus, necnon dominabus Katherine et Clare, ac puellis Elizabeth et Sophie sororibus suis, eorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset, donassetque et in concambium contulisset; econverso etiam idem Iohannes Erdely totales suas et prenominatorum fratrum ac sororum suorum portiones possessionarias in possessionibus Farago in de Colos, ac Nema et Rwch vocatis in dicto Thordensi comitatibus existentibus habitas simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, necnon molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et

pertinentiarum earundem integritatibus quocunque nominis vocabulo nuncupatis ad easdem portiones possessionarias de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, ac insuper ducentos florenos in paratis pecuniis plene et integre, sicuti revera didicimus, in domo magistri Sebastiani notarii nostri hic in Colosmonostra persolutos ante nominato Nicolao Zekel suisque heredibus universis consimiliter dedisset, donasset et in concambium contulisset, imo partes predicte prescripta bona alter alteri vicissim dederunt, donaverunt et concambialiter permutaverunt in nostri presentia in filios filiorum iure perpetuo et irrevocabiliter utenda, tenenda, possidenda simul et habenda, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem in eisdem bonis in concambium datis et traditis sibi ipsis vel eorum heredibus reservando, sed totum et omne ius, omnem etiam iuris et dominii proprietatem, quod scilicet et quam hactenus in eisdem habuissent vel in futurum se habere sperassent, in alterutrum transferendo pleno iure, assumentes nichilominus partes prenotate se se mutuo in pacifico dominio prescriptorum bonorum modo premisso in concambium datorum contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et actores tenere et defensare propriis eorum laboribus et expensis; isto denique per prelibatum Nicolaum Zekel addito, quod si ipse de et super pre tactis duabus possessionibus Sarpathak et Kewrthewelkapw cuipiam homini aliquam fassionem in quocunque loco credibili fecisset, huiusmodi suam fassionem in omnibus clausulis et articulis retractasset et invalidasset, literas etiam fassionales, si que superinde forent in contrarium presentium emanate, annullasset et viribus carituras reliquisset, imo retractavit et invalidavit, annullavitque et viribus carituras reliquit nostro in conspectu, nichilominusque aliis literis nostris compositionalibus pariter et obligatoriis alias inter egregios condam Iohannem Erdely de dicta Somkerek et Nicolaum filium dicti olim Michaelis Zekel de prefata Zenth Iwan emanatis, quo ad omnes earundem continentias, articulosque et clausulas suum benivolum consensum prebuisset pariter et assensum, prout prebuit et coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et

autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus conce-
1519. dendas. Datum feria tertia proxima ante festum beati Barnabe
jun. 7. apostoli, anno domini Millesimo quingentesimo decimo nono.

Per Ambrosium Zwchaky
notarium.

Eredetije papíron, pecsét nélkül, *6630.*

CCXXXIII.

(Kolosmonostoron) 1520. mart. 23.

A kolosmonostori convent jelenti Barlabássy Lénárt alvajdának, hogy a midőn parancsára az elmarasztalt Székely Miklós vajdaszentiváni birtokának határát meg akarták járni, megbecsülni s egy részét bírság fejében elfoglalni, az exsecutorokat a Székely Miklós György nevű szolgája kivont karddal elkergette.

Egregio domino Leonardo Barlabasy de Hederffaya vicevayvode Transsilvano et siculorum vicecomiti etc. amico eorum honorando conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Noverit vestra egregietas, quod nos receptis debita cum reverentia literis eiusdem vestre egregietatis adiudicatoriis modum et formam cuiusdam possessionarie reambulationis, estimationis, occupationis ac titulo pignoris statutionis, rerumque et bonorūm ablationis in se denotantibus pro parte egregii Gregorii Erdely de Somkerek contra nobilem Nicolaum Zekel de Wayda Zenth Iwan, feria quarta proxima post dominicam
mart. 7. Reminiscere in generali congregatione universitatis nobilium Thorde celebrata in eadem Thorda emanatis nobisque amicabiliter sonantibus et directis, amicabilibus petitionibus eiusdem vestre egregietatis satisfacere volentes ut tenemur, una cūm nobile Barnaba de Tholdalak homine vestre egregietatis inter alios in eisdem literis vestris adiudicatoriis nominatim conscriptos specificato de sede vestra iudiciaria per vestram egregietatem ad id specialiter transmisso unum ex nobis videlicet religiosum virum fratrem Emericum sacerdotem, socium nostrum conventualem ad premissas possessionariam reambulationem, estimationem et occupationem suo modo per-

agendas nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi sub iuramento, more et consuetudine harum partium Transsilvanarum pariformiter nobis retulerunt eo modo, quod dum prefatus homo vestre egregietatis dicto nostro testimonio presente feria sexta mart. 16. proxima post dominicam Oculi noviter preteritam primo et principaliter ad facies predicte possessionis Wayda Zenth Iwan locum scilicet solite residentie dicti Nicolai Zekel de eadem Wayda Zenth Iwan, presentibus vicinis et commetaneis eiusdem universis et presertim nobilibus Paulo de Poka, Blasio Zylagy de eadem, item altero Blasio de Soma famulo egregii Iohannis Erdely de dicta Somkerek, necnon provido Francisco Kazdag iudice eiusdem Iohannis Erdely in Kewrthwelkapw commorante in eiusdem Iohannis Erdely domini ipsorum persona, ac aliis quampluribus inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, deindeque ad facies universorum iurium possessionariorum prefati Nicolai Zekel ubilibet intra ambitum harum partium Transsilvanarum existentium et habitorum, ipsum solum proprie et precise concernentium accedere eademque legitime reambulare ac estimare, portionesque aliorum quorumlibet de eisdem excludere ac tandem occupare, occupataque in duabus vestris iudiciariis, in tertia vero partibus prelibati Gregorii Erdely partis scilicet adverse manibus iuxta continentiam prenarratarum literarum ipsius vestre egregietatis adiudicatoriarum ex causis et rationibus in eisdem literis vestris adiudicatoriis clare et per expressum declaratis titulo pignoris statuere voluissent, tunc quidam Georgius familiaris prenominati Nicolai Zekel ex speciali commissione eiusdem Nicolai Zekel contra prenominatos vestrum et nostrum homines evaginato gladio insurgendo ab ulteriori processu et exsecutione predictarum literarum adiudicatoriarum vestre egregietatis eosdem vestrum et nostrum homines in persona dicti Nicolai Zekel domini scilicet sui vi et potentialiter repulisset, et eisdem huiusmodi exsecutionem ipsarum literarum vestrarum adiudicatoriarum facere et peragere minime permisisset. Seriem itaque premisse exsecutionis dictorum vestri et nostri hominum ad relationem eorundem eidem vestre egregietati ad quintum decimum diem

diei huiusmodi exsecutionis suo modo duximus rescribendam, prescriptasque literas eiusdem vestre egregietatis adiudicatorias capite sigilli nostri consignatas ipsi vestre egregietati in specie duximus remittendas. Datum octavo die termini exsecu-
1520. mart. 23. tionis prenotate, anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo.

Lecta et correcta per notarium.

Kivűl: Domino vicevayvode Transsilvano pro egregio Gregorio Erdely de Somkerek contra Nicolaum Zekel de Wayda Zenthywan, super quadam possessionaria reambulatione, estimatione et occupatione ad terminum intra scriptum repulsionis relatio.

Eredetije papíron, záró pecsét nyomaival, *7422.*

CCXXXIV.

Szentpéteren, 1522. aug. 18.

Zapolyai János erdélyi vajda az Erdélyi Gergely panaszára, mely szerint a záhi halastó jövedelme miatt közte s Barlabássy János főesperes és rokonai közt folyó perben nem szántszándékkal, hanem ügyvédje hanyagsága miatt nem jelent meg s ezért elmarasztaltatott, Tordavármegyét a per megújítására utasítja.

Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanus et siculorum comes etc. egregiis et nobilibus comitibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus Thordensis salutem et favorem. Exponitur nobis in persona egregii Gregorii Erdely de Somkerek, quod quamvis ipse superioribus transactis diebus ratione et pretextu proventus cuiusdam piscine intra metas possessionis Zaah vocate, in eodem comitatu Thordensi existentis habite adiacentis per egregios ac venerabilem Iohannem Barlabassy archidiaconum Albensem, necnon Osvaldum Bogathy de Radnolth ac nobiles dominas Sophiam consortem eiusdem Osvaldi, et Katherinam relictam egregii condam Iohannis Kereley de Zenthpal ut actores ad certum terminum vestri in presentiam evocatus exstiterit, ex quo tamen idem exponens ex

simplicitate et ignorantia sui factoris, cui videlicet in absentia sua evocatio ipsa intimata fuisset, ad dictum terminum coram vobis comparere nequivisset, aliquod onus iudiciarium sibi per vos impositum exstitisset eidem exponenti satis onerosum, unde pars adversa literas etiam vestras pro se extrahere procuraret, aut de facto iam extraxisset in preiudicium et dampnum dicti exponentis manifestum, cum tamen si prefatus exponens premisso defectu preventus non fuisset et prepeditus, ac in predicto termino comparere potuisset, sperasset se et causam suam contra partem alteram defacile defendere potuisse, prout posse speraret etiam modo, supplicatumque nobis exstitit pro parte annotati exponentis, ut sibi circa premissa de opportuno remedio, gratiaque et collatione novi iudicii providere dignaremur. Unde nos, qui talesmodi casus nocivos quorumlibet incolarum harum partium Transsilvanarum presertim in processu iuridico contingentes in melius restaurare soliti sumus, et ad hoc etiam de regni consuetudine admittimur, accepta premissa supplicatione iam fati exponentis nobis superinde porrecta id eidem gratiose annuendum duximus et concedendum, ut ipse non obstante priore iudicio vestro, defectuque exponentis et processibus exinde qualitercunque secutis causa in eadem iterum coram vobis novum iudicium recipere, novasque responsiones et allegationes facere ac omnia, que de iure agenda sunt, libere agere valeat atque possit, imo annuimus et concedimus presentium per vigorem. Quocirca requirimus vos et nichilominus vobis harum serie regia in persona firmiter committimus, quatinus agnitis presentibus in uno certo et brevi termino sedis vestre iudiciarie partibus predictis in eandem sedem vestram iudiciariam vestri scilicet convocatis in presentiam, auditisque earundem partium novis propositionibus ac allegationibus et responsis, admissis etiam quibusvis probabilibus documentis partes inter easdem, iuxta earundem nova proposita ac allegata et responsa probabiliaque documenta causam eandem secundum deum et eius iustitiam denuo et ex novo bono modo revidere, discutereque et adiudicare, interim vero literas vestras adiudicatorias contra prelibatum exponentem parti adverse superinde extra non dare,

si autem iam extradedissetis, ad terminum comparendi partibus per vos prefigendum importari facere debeatis, et si memoratus exponens super huiusmodi vestro novo iudicio contentari noluerit quovismodo, extunc vos causam eandem simul cum tota serie ipsius nove adiudicationis vestre absque omni dampno et gravamine eiusdem exponentis, difficultateque et renitentia aliquali per legitimum cursum illius sedis vestre, eo quo antiqua lex et consuetudo vestra requirit, transmittere modis omnibus teneamini mature revidendam, discutiendamque et fine debito terminandam, secus non facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in possessione Zenthpeter, feria secunda proxima ante festum beati
1522. aug. 18. regis Stephani anno domini Millesimo quingentesimo vicesimo secundo.

de comissione domini comitis
et vayvode.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *7389.*

CCXXXV.

Budán, 1524. dec. 22.

II. Lajos király bizonyos belsőszolnok- és dobokavármegyei birtokokat nova donatio utján dobokai Bessenyei Ferencznek és testvéreinek adományoz.

Nos Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime supplicationis instantiam per eos pro parte nobilium Francisci Bessenyey de Doboka filii, et dominarum Ursule Demetrii Dobay de Bazand *) ac Frusine Francisci Gwthy de Domanhyda nobilium consortum, ac puellarum Katherine et Sophie filiarum scilicet nobilis quondam Bernardi Bessenyey de eadem Doboka nostre propterea factam maiestati, tum vero ne temporum in processu ipsos

*) Talán a szatmármegyei *Wezend, Vezend* elferdítése. Vagy a biharmegyei *Barand* akar lenni ? — nem tudom.

dominos sub tectis contingat divagare alienis, totalem possessionem Egregh vocatam ac totales portiones possessionarias in possessionibus Losad, Nyarlo, Nywlas, Romloth et Ewrdewghkwth in Zolnok interiori, necnon Doboka predicta, Jenyew, Kajkos Nyires, Lona,*) Derse, Rakos, Fodorhaza in de Doboka ac Orozfaya, Fywzkwth vocatis in de Ozd comitatibus existentibus habitas, in quarum scilicet pacifico dominio idem Franciscus Bessenyey filius prefati quondam Bernardi de iam dicta Doboka et domine Ursula atque Frusina, ac predicte puelle Katherina ac Sophia filie similiter eiusdem Bernardi Bessenyey progenitores suos ab antiquo perstitisse seque ipsos persistere etiam de presenti, literasque et literalia instrumenta super (eis) sufficientes habuisse, sed eas et ea superioribus temporibus tempore scilicet insurrectionis cruciatorum, per eosdem rusticos cruciatos interfecto per eosdem prius prefato Bernardo Bessenyey patre scilicet eiusdem Francisci Bessenyey ac dictarum dominarum, utcunque conflagratas et dissipata et a manibus eorundem deperdita fuisse asserunt, simul cum omni iure nostro regio, (si) quod in predictis totali possessione ac portionibus possessionariis qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis (et) rationibus concernerent maiestatem, ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Francisco Bessenyey de dicta Doboka ac dominabus Ursule, Frusine, necnon puellis Katherine, Sophie ipsiusque ac ipsarum heredibus ac posteritatibus utriusque sexus universis sub nove nostre donationis titulo dedimus,

---

*) Tagányi Károly barátom szíves értesítése szerint Nyulas, Kajkos Nyíres és Lónya nem volt a Bessenyeieké, kik a Dobokaiak után örökölték. Kajkos Nyíres nevű falu különben is ismeretlen. Valószínűleg *Kekes Nyarlo* volt írva az eredetiben.

donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas (pariter) et habendas, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore (et) testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii (redigi) faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.
1524. Datum Bude, feria quinta proxima post festum beati Thome
dec. 22. apostoli anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quarto, regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie nono.

Relatio magistri Thome Nadasdy
secretarii regie maiestatis.

Egyszerű, XVII. századi másolata papíron, *5638*.

CCXXXVI.

Tordán, 1525. apr. 21.

Zapolyai János erdélyi vajda Péter czigány vajdát fiaival és összes szolgáival együtt Erdélyi Ferencznek adományozza.

Nos Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvoda Transsilvanensis et siculorum comes etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos cum ad supplicationem nonnullorum proborum familiarium nostrorum, tum vero singularem petitionem egregii Francisci Erdely de Somkerek quendam Petrum Wayvoda pharahonem simul cum filiis ac heredibus suis, cunctisque famulis eidem Francisco Erdely dedimus et contulimus, imo damus et conferimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum
1525. Thorde, feria sexta proxima post festum Pasce Domini anno
apr. 21. eiusdem Millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Ad relationem egregii
Petri Pethrowyth etc.

Eredetije papíron, alján pecsét maradványaival, *7473*.

CCXXXVII.

(Kolosmonostoron) 1525. jun. 9.

A kolosmonostori convent előtt mérai Dezső Antal és neje a kolosvármegyei Mérának felét s ingó javaikat bizonyos feltételek alatt a kolosvári szent Erzsébet templom szegényeinek örökbe vallják.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universitatis vestre harum serie volumus devenire notitiam, quod nobiles Anthonius Desew de Mera et domina Anna consors sua nostri personaliter venientes in presentiam sponte et libere confessi sunt retuleruntque in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se ipsos deliberatione diligentique discussione prehabita considerantes et animo sepius sedulo revolventes omnia mundi bona subito ruitura, nihilque ex eis eterna et permansura, volentes igitur omnibus rebus mundanis huiusmodi transitoriis et caducis renunciari, seque totum ad dei servitium exhibendum et salutem animorum ipsorum acquirendum dare et apponere, atque in perpetuum dei servitium ad hospitale ecclesie sancte Elizabeth vidue extra muros civitatis Koloswariensis fundatum causa mansionis perpetue conferre, idemque hospitale sive eandem ecclesiam iuribus ipsorum possessionariis atque aliis rebus infra notandis a deo ipsis collatis predotare, primo directam et equalem medietatem prefate possessionis Mera vocate in comitatu de Colos existentis et habite simul cum cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, fenilibus, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, aquis, fluviis, rivis aquarumque decursibus, molendinis, piscinis, piscaturis, molendinorumque et piscinarum locis, montibus, vallibus et vinearum promontoriis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum eiusdem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus, molendinum unum duarum rotarum super fluvio Nadas vocato habitum, vineas quinque in terri-

torio et intra metas dicte possessionis Mera vocate adiacentes, equos redales sex, tres autem succubitales sive supersessioni aptos, equos equatiales quadraginta, boves iugales sive aratro convenientes sedecim, vaccas maiores sex et totidem minores, oves ducentos et quinquaginta, porcos maiores cum minoribus centum et quinquaginta, apum alvearia triginta duo prefate ecclesie hospitalis sancte Elizabeth atque usui pauperum in eadem degentium dedissent, donassent, contulissent, inscripsissent et testamentali legatione simul cum ipsorum personis propriis perpetuassent iure perpetuo et irrevocabili tenendas, possidendas pariter et habenda, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem in eisdem sibi ipsis de cetero reservantes, sed totum et omne ius, omnemque iuris et dominii proprietatem in prefatam ecclesiam hospitalis sancte Elizabeth atque usum perpetuum pauperum in ea degentium transtulissent, iurique ipsorum ascripsissent, prout dederunt, donaverunt, contulerunt, inscripserunt, testamentali legatione perpetuaverunt, transtulerunt et ascripserunt coram nobis pleno cum effectu; tali conditione mediante, quod si temporum in processu sepe dictum Anthonium Desew divino nutu ab hac luce decedere et dominam Anna prefatam consortem suam superviventem contingeret, ipsaque in dicto hospitali manere nollet quoquomodo, extunc depositis sibi prius et persolutis florenis sexaginta sex ex dicto hospitali de et ex portionibus atque iuribus predicti Anthonii Desew pro dote et rebus parafernalibus eidem provenire debentibus iuxta regni consuetudinem, succedente tamen et devolvente sibi tertialitate rerum mobilium prescriptarum, puta equorum equatialium et aliorum, boum etiam vaccarum, ovium et porcorum atque apum, vinearum autem prescriptarum duas portiones, arabilium terrarum iugera sex, tria ex eis pro frugibus, tria autem pro avena aut aliis bladis seminandis in territorio et metis iam dicte possessionis Mera, in alia autem medietate eiusdem possessionis Mera suam propriam et hereditariam, necnon portionem, quam sepe dictus Anthonius Desew pecuniis emerat, pro se iterum rehabendi et quando voluerit, disponendi potestatis habeat facultatem, molendinum etiam prefatum vita sua durante tenere et pos-

sidere possit, ita tamen, quod post mortem suam idem iterum ad dictam ecclesiam atque usum perpetuum pauperum prefatorum, ut premissum est, perpetuo iure devolvatur et redundet; si vero ipsis deo propitio prolium generatio adveniret, aut ipsa domina Anna ex hoc seculo migrante dictus Anthonius Desew ab alia consorte per eum copulanda proles generaret, extunc idem Anthonius Desew huiusmodi prolibus certa sua vestimenta, que voluerit, dare et legare possit, nihil tamen de bonis mobilibus et iuribus possessionariis prescriptis eisdem conferre valeat, sed eosdem de suis bonis et iuribus possessionariis aliis, que habet, contentos reddere debeat; hoc denique per expressum declarato, quod si quispiam fratrum et consanguineorum ipsius Anthonii Desew et nemo alter predictam ecclesiam hospitalis sancte Elizabeth aut pauperes in ea degentes de dominio dicte medietatis possessionis pre tacte Mera vocate, pertinentiarumque et utilitatum eiusdem ejicere aut excludere niteretur et vellet, extunc non aliter, nisi depositis prius eidem ecclesie Elizabethe et pauperibus in ea degentibus florenorum tribus millibus, antiquarum monetarum hungaricalium bonarum et argentearum, eisdem ecclesie et pauperibus in ea degentibus per prefatum Anthonium Desew testamentalis legationis vinculo presentium per vigorem commissis, deputatis et legatis ejiciendi et excludendi habeat potestatis facultatem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus dandas et concedendas. Datum feria sexta proxima ante festum sancte et individue Trinitatis, anno domini Millesimo quin- 1525. jun. 9.
gentesimo vigesimo quinto.

A marosvásárhelyi királyi táblának 1778. maj. 23-án a Teleki Ádám részére kelt kiadványában, *5960*.

Kiadta *Jakab* E., Kolosvár története. Oklevéltár I. 363.

CCXXXVIII.

(Gyulafehérváron) 1526. apr. 29.

Az erdélyi káptalan előtt egyfelől csesztvei Barlabássy János főesperes a maga és testvérei s a Barlabássy Mihály, másfelől héderfáji Barlabássy János szintén a maga és testvérei s a kereszturi Nyujtódi Demeter gyermekei, és harmadik felől özvegy Barlabássy Lénártné a gyermekei nevében, a néhai Barlabássy János és Lénárt még megosztatlan küküllő-, torda-, kolos- és belsőszolnokvármegyei birtokain megosztoznak.

Capitulum ecclesie Albensis Transsilvane omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium largitore. Optime rationis industriosa provisio per hoc revera non immerito probatur, quod re ipsa rebus humanis succurrens oblivionis nubilo procul fugato mortalium gesta recordiis digniora literarum tradi mandavit testimonio. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod venerabilis dominus Iohannes filius condam Iohannis Barlabassy de Chezthwe archideaconus kathedralis, sociusque et concanonicus frater noster onera et quevis gravamina nobilium Francisci et Iohannis fratrum ac dominarum Katherine Sigismundi Sarwasdy et Sophie Osvaldi Bogathy de Radnolth consortum, sororum suarum carnalium, item Michaelis filii olim Michaelis similiter Barlabassy de prefata Chezthwe, necnon universorum et quorumlibet aliorum suorum propinquorum et consanguineorum suorum, quos infra scriptum tangit seu tangere possit negotium quomodolibet in futurum, in se penitus assumens ab una, et egregius Iohannes filius condam Leonardi consimiliter Barlabassy de Hederffaya alias vicevayvode Transsilvani et siculorum vicecomitis modo simili onera nobilium Leonardi et Volffgangi fratrum ac dominarum Magdalene Gregorii Erdely de Somkerek ac Sophie Nicolai de Wyzakna consortum et puelle Anne sororum suarum carnalium, necnon puellarum Barbare et Eufrusine filiarum dicti condam Leonardi Barlabassy, item Nicolai et Iohannis filiorum ac puelle Elizabet filie nobilis Demetrii Nywythody de Kerezthwr ex nobili olim domina Katherina filia dicti condam Leonardi Barlabassy progenito-

rum, cunctorumque aliorum fratrum, proximorum et consanguineorum suorum, quorum interest, si in subscriptis persistere nollent, super se levando ab alia, ac generosa domina Magdalena relicta dicti condam Leonardi Barlabassy consimiliter quevis gravamina prefatorum Volffgangi filii et puelle Anne filie suorum ex eodem condam Leonardo Barlabassy susceptorum in se recipiendo a tertia partibus nostri in medio et coram nobis personaliter adherentes et constituti oraculo vive vocis ac spontanea ipsorum voluntate sunt confessi libere et sponte in hunc modum, quod quamvis possessiones portionesque, necnon iura et bona possessionaria in possessionibus atque comitatibus infra scriptis existentes et habita partesque prenotatas tam scilicet iure avitico, quam etiam hereditario et emptitio, item impetrationis, obtentionisque et acquisitionis titulis ac alias quomodolibet et qualitercunque et ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus et fortune prosperitatibus tangentes et concernentia hactenus inter prefatos condam Iohannem et Leonardum Barlabassy progenitores partium earundem indivisa remanserint, tamen deinde partes prenotate in eisdem possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis rectam et equalem atque congruentem divisionem atque sequestrationem fieri cupientes, per ordinativam et amicabilem compositionem egregiorum Francisci Appaffy de Naghffalw, Blasii Was de Chege, Ioannis de Fewldwar et Ladislai de Kozarwar ad finalem amicabilem earundem possessionum, portionumque et iurium possessionariorum devenissent divisionem perpetuo duraturam, prout devenerint nostra in presentia tali modo, quod primo prelibatus dominus Iohannes archidiaconus totales possessiones Hederffaya prefata(m), necnon Kapolna et Mykeffalwa vocatas, portionesque possessionarias in possessionibus Chydewthelke, Zylkwth, Chergewd, Somosthelke et Bessenyew nuncupatis in de Kykellew, item totalem quoque possessionem Petherfalwa dictam atque portionem possessionariam in possessione Marthonthelke in Albensi, necnon directam et equalem medietatem totalium portionum possessionariarum in possessionibus Ikland, Gerebenyes, Zakal, Kementhelke, Kapws et Zengyel in Thordensi ac Arankwth appellatis in de Kolos comitatibus exi-

stentibus habitas, que videlicet dicto quondam Iohanne Barlalabassy rebus ab humanis exempto erga manus prelibati condam Leonardi Barlabassy habite fuissent, alia siquidem directa et equali medietate earundem portionum possessionariarum in eisdem possessionibus Ikland, Gerebenyes, Zakal, Kementhelke, Kapus, Zengyel et Arankwth cum expressis et designatis nominibus et cognominibus iobagionum possessionibus in predictis residentium eisdem domino Iohanni archidiaconi, et dictis suis fratribus et eorundem fratrum suorum heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter ad habendum, tenendumque et possidendum salva remanente, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, aquis, fluviis et aquarum decursibus, piscinis, piscaturis piscinarumque ac molendinorum locis, vineis ac vinearum promontoriis, generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem possessiones, portionesque ac iura possessionaria de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus memorato Iohanni filio dicti condam Leonardi Barlabassy, fratribusque et heredibus ipsorum universis; econverso vero idem Iohannes filius eiusdem condam Leonardi similiter totales possessiones, portionesque et iura possessionaria in possessionibus Chezthwe prefata, item Ozd, Thordas, Espanlaka, Chonghwa, Mykloslaka, Bay,*) Zenthkyraly, Thathe et Lonffalwa in Albensi, necnon Arankwth in de Kolos, Chehthelke, Baald, Zakal et Moch in eadem aliasque ubilibet et in quibuscunque comitatibus existentibus habitas, que videlicet per generosam dominam Magdalenam, relictam dicti condam Iohannis Barlabassy iuxta continentiam privilegiorum et literarum superinde emanatarum pacifice possidebant(ur) et que quidem portiones possessionarie in dictis possessionibus Arankwth et Zakal habite ex antiquo iure eundem reverendum dominum Iohannem archidiaconum dictosque suos fratres tangentes et concernentes

*) Ilyen nevű falu Alsófehérvármegyében ismeretlen. A vele együtt elsorolt faluk fekvéséből bizonyosnak látszik, hogy a mai *Magyar-Bagó* értendő alatta.

ab aliis portionibus possessionariis distincte et separate forent; item preterea totale oppidum Alpreth nuncupatum in comitatu Zolnok interiori habitum et consequenter totales quoque possessiones Zaprocz, Zwnye, Zowaros, Vyfalw, Anthws, Talasfalwa, Bwdos, Kalna, Naghmezew et Vassarhely appellatas omnino in eodem Zolnok interiori existentes habitas, totalem quoque portionem possessionariam in possessione Kecheth in de Doboka comitatibus et ad idem oppidum Alpreth ab olim pertinentes dictosque condam Iohannem et Leonardum Barlabassy concambialis permutationis titulo ac alias quomodolibet tangentes et concernentes similiter cum omnibus et singulis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, spinetis, arundinetis, virgultis, aquis, fluviis et aquarum decursibus, piscinis, piscaturis piscinarumque et molendinorum locis, vineis ac vinearum promontoriis et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad idem et easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus prelibato domino Iohanni archideacono, dictisque suis fratribus et eorundem fratrum suorum heredibus et posteritatibus universis per modum et viam recte et equalis amicabilis divisionis, fraterneque et amicabilis finalis compositionis titulo dedissent, contulissent et inscripsissent, imo dederunt, contulerunt et inscripserunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter (et) habendas, totum et omne ius et dominii proprietatem in se ipsos vicissim et alternatim in prenarratis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis existentem transferendo et transumendo pleno iure; ex quo preterea quedam portio possessionaria in possessione Bodon vocata in dicto comitatu Thordensi existenti habita extraque sortem divisionis remansisset, tandem eedem partes matura intra se deliberatione prehabita, nichilominus dictus Iohannes filius prefati condam Leonardi Barlabassy portionem suam ac dictorum suorum fratrum possessione in predicta habitam, demptis dumtaxa

quibusdam tribus sessionibus iobagionalibus, ipsum videlicet ac prefatos suos fratres ex impignorativa obligatione nobilis Georgii Mochy tangentem et concernentem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet prefato domino Iohanni archideacono et annotatis suis fratribus eorundemque fratrum suorum heredibus iure perpetuo et irrevocabiliter per viam concambialis permutationis titulo relinquisset possidendam, nullum ius nullamque iuris ac dominii proprietatem in eadem sibi ipsi ac dictis suis fratribus reservando, sed totum et omne ius ac dominii proprietatem, quod et quam ipse et dicti sui fratres in eadem ac in aliis quoque predictis possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis haberet aut se vel dictos suos fratres habere speraret in futurum quovismodo, in eundem dominum Iohannem archideaconum et prefatos suos fratres eorundemque fratrum suorum heredes et successores universos transferendo et transfundendo pleno iure; dictus vero dominus Iohannes archideaconus in recompensationem et parifactivam satisfactionem prefate portionis possessionarie et in sortem quoque iobagionum ibidem residentium quasdam novem sessiones iobagionales, in quibus videlicet singillatim et distincto modo providi Michael Agosthon, Botha, Rysco et Balatriff vocati in Ikland, item Hanczya, Petrus Bwda et Nicolaus Boia in Kemendthelke, necnon Anthonius Chyorbaynteth Vopra et Sorban Daan in Zakal possessionibus predictis speciales facerent residentias, eidem Iohanni filio condam Leonardi Barlabassy dictisque suis fratribus consimiliter iure perpetuo et irrevocabiliter tradidisset et commisisset possidendas, prout partes prenotate dicta quoque domina Magdalena relicta consentiendo reliquerunt, tradideruntque et commiserunt nostro in conspectu. Ceterum partes sepe dicte quandam piscinam in territorio dicte possessionis Iklandh adiacentem tanquam indivisam communi usui relinquerunt possidendam, ita tamen et tali modo, quod posteaquam altera partium predictarum, cui scilicet voluntas ad id commodius accesserit, in suo apto loco et convenienti aliam piscinam territorio in predicto propriis suis expensis edificaverit, extunc eadem piscina de novo edificata parti edificanti, dicta

vero piscina ad usum partis alterius perpetuo possidenda proveniat omni cum effectu. Atque preterea dictus dominus Iohannes archideaconus omnia iura, literasque et privilegia, cunctaque munimenta erga manus suas existentes et habita factum scilicet dictarum possessionum, portionumque et iurium possessionariorum tangentes et concernentia prenominato Iohanni filio dicti condam Leonardi realiter et cum effectu restituisset, ab omni onere defensionis, tuitionisque et protectionis eiusdem Iohannis contra suos impetitores fiende se exemptum et exoneratum fieri voluit, huiusmodique defensioni, tuitionique et protectioni palam coram nobis renunciavit, tali obligaminis vinculo per easdem partes parili beneplacito assumpto mediante, quod si qua partium in premissis aut aliquo premissorum perseverare et ea perficere nollet aut ea in toto vel saltem in aliqua parte temporum (in processu) infringere, litemque seu lites superinde movere et suscitare vellet, extunc talis pars contra partem alteram in premissis persistentem et ea perficientem in mille florenis auri puri hungaricalibus, necnon in perennali quoque estimatione possessionum, portionumque et iurium ac bonorum possessionariorum possessionibus in predictis existentium habitorum et adiacentium convincatur et convinci debeat ipso facto, et extunc ipsa eadem pars in premissis perseverans partem alteram ratione premissorum extra omnes octavales terminos brevi dumtaxat iudiciorum evocatione mediante in presentiam vayvode vel vicevayvodarum tunc in his partibus Transsilvanis constitutorum in causam convenire, idemque vayvoda vel vicevayvoda servata equitate ad exsecutionem obligationis huiusmodi procedendam plenariam atque omnimodam habeat potestatis facultatem. Ad que premissa omnia et singula firmiter observanda se eedem partes personaliter, alios autem superius nominatos ad onera et gravamina in se assumpta spontanea voluntate obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas partibus utrisque prenotatis iurium suorum uberiorem ad cautelam duximus concedendas communi iustitia et equitate suadentibus. Datum die dominico proximo ante festum beato-

1526. rum Philippi et Iacobi apostolorum anno domini Millesimo
apr. 29. quingentesimo vigesimo sexto, venerabilibus dominis Francisco preposito, Gregorio cantore, Sigismundo custode et Valentino Makray decano aliisque concanonicis eiusdem ecclesie nostre salubriter existentibus, regique sempiterno in dei ecclesia devote famulantibus.

Átírata János Zsigmondnak 1560. junius 24-én kelt levelében, *5171.*

PÓTLÉK.

I.

(1299. oct. 19.)*

Vajasd határjárása.

Meta autem distinguens terram Wayosd, que est capituli, a terra hospitum de Crokow incipit in loco, ubi rivus Vayosd cadit in fluvium Gald et ab illo loco ab oriente ascendit per eundem fluvium Vayosd contra occidentem usque ad arborem salicis magnam, supra quam sunt molendina magistri Elie, e[t] . . . [con]tra meridiem ad duas metas terreas, quas capitulum et dicti hospites . . . . ad a[lia]s duas . . . . currentes, q[uas partes] renovarunt, inde ad plagam australem per [i]dem berch venitur ad unam metam, quam partes renovarunt, inde ad duas metas terreas, inde ad unam metam terream, inde ascendit ad metam renovatam, inde descendit in eodem berch contra meridiem ad metam ex novo erectam, deinde flectitur contra austrum iterato in eodem berch et descendit ad metam renovatam, inde ad aliam metam similiter renovatam, inde venitur ad duas metas terreas per sulcum divisas et per ipsum sulcum descenditur contra aquilonem versus Crakoviam, inde descendit ad duas metas per eundem sulcum, inde ad duas metas per eundem sulcum, deinde descendit ad planitiem per eundem sulcum ad duas metas, inde venitur ad duas metas super eandem pla-

*) E töredék keltének évére nézve l. az I. kötet 15. és 21. ll. levő jegyzeteket.

nitiem, inde descendit per sulcum sepe dictum per prata ad duas metas, hinc transit unum potok et cadit in fossatum novum, quod per partes est fossatum pro meta et venitur ad arborem salicis, ubi relicto fossato itur per spinetum et venit ad duas metas iuxta viam positas contra septemtrionem prope Telkwta, inde recta via venitur ad aliud spinetum in terris arabilibus ad duas metas, inde venit ad tres metas terreas, quarum una est ecclesie, altera dictorum hospitum, tertia nobilium de Gald, ubi incipit tenere metas cum eisdem nobilibus et venit ad orientem ad duas metas terreas, inde ad duas metas terreas inter sata positas, hinc ad duas metas similiter inter sata, inde ad duas metas iuxta viam positas, inde ad duas metas, hinc ad tres metas, quarum una est antiqua directe contra orientem, hinc per singulas duas metas venit ad viam lapideam ad duas metas in ipsa via per partes ex novo constructas, per quam viam flectitur directe contra septemtrionem et per ipsam via[m e]undo supra quendam monticulum, qui holm dicitur, [c]adit in fluvium Gald, qui fluvius descendens separat terram Wayosd sepe dictam a terra nobilium de Gald naturalem per meatum.

Nagy Lajos 1369-ben kelt leveléből János Zsigmondnak 1570. jul. 7-én a Szentmihályi Lőrincz számára kelt átíratában, *4633.*

II.

(Váradon) 1346. jun. 28.

A váradi káptalan előtt az erdélyi káptalan jegyzője Mihály clericus Bocsárd határának Járai Péter alvajda által Kecskés várához való elfoglaltatása és elpusztíttatása ellen tiltakozik.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod Michael clericus, notarius ecclesie Transsilvane coram nobis constitutus vice et nomine honorabilis capituli ecclesie Transsilvane oraculo vive vocis perorans dixit et proposuit ac per modum protestationis nobis significare curavit, quod Petrus filius Michaelis nobilis de Jara vicevayvoda Transsilvanus, postquam factus

fuit vicevayvoda, metas et terminos cuiusdam ville dicti capituli ecclesie Transsilvane Buchard vocate, in comitatu Albensi existentis ad castrum Kechkes vocatum occupasset et applicasset, ac per populos villarum ad ipsum castrum Kechkes vocatum pertinentium et in vicinitate eiusdem Bochard existentium fecisset occupari et eandem villam capituli Bochard vocatam ab eodem tempore vicevayvodatus sui tenuisset et teneret in magna miseria et penuria, nec homines nec pecora seu iumenta ipsius ville Buchard vocate ad duas metas et terminos dicte ville capituli Bwchard vocate exire et utilitates eius uti ac percipere more ab antiquo consueto permisisset et permitteret, imo eandem villam capituli Bwchard vocatam, que est una de melioribus villis dicti capituli ecclesie Transsilvane, idem Petrus vicevayvoda iam omnino annullasset et desolasset, nichilominus intra metas et terminos antiquos eiusdem ville capituli Buchard vocate quandam aliam villam olachalem pro dicto castro Kechkes servientem collocasset et quandocunque et quotiescunque iobagiones dicti capituli in eadem Buchard commorantes ad silvas eiusdem ville Bwchard vocate pro lignis et virgis ad usum eorum recipiendis exivissent et exirent, statim per vicecastellanos et alios famulos ipsius Petri vicevayvode fuissent captivati et captivarentur, et rebus ac bonis eorum privati et spoliati fuissent ac spoliarentur, et nonnulli ex eis in captivitate et vinculis detenti fuissent; nam anno proxime nunc preterito plus quam viginti homines, iobagiones ipsius capituli de eadem Bochard propter usum et fruitionem proprie silve eiusdem ville Buchard per vicecastellanos dicti Petri vicevayvode et alios famulos suos fuissent et essent verberati et vestibus ac aliis rebus eorum spoliati; et quod anno in presenti cum iobagiones eiusdem capituli de villa Wayasd cum in sedecim curribus de silva dicte ville Buchard vocate ex mandato dicti capituli ligna ducerent, quidam famulus eiusdem Petri vicevayvode nomine Zak eosdem iobagiones dicti capituli de Wayasd hostiliter insequendo eosdem in campo male pertractasset et quosdam ex eis graviter vulnerasset, et circa equum huc et hac per crines traxisset et sic cum curribus et bobus eorum ad villam Karako vocatam duxisset, ex qui-

bus omnibus et aliis multis illicitis factis et dampnis ac iniuriis, que tedium esset enarrari, per ipsum Petrum vicevayvodam et de ipsius commissione per famulos suos et specialiter vicecastellanos suos de Kechkes dictis iobagionibus capituli de Buchard illatis et perpetratis eadem villa capituli Buchard vocata ut premittitur iam esset annullata et desolata. Quare predictus Michael clericus verbo et nomine predicti capituli ecclesie Transsilvane dixit protestando coram nobis, quod quia idem capitulum ecclesie Transsilvane super omnibus premissis ad presens propter potentiam magnifici viri Stephani vayvode Transsilvani et comitis de Zolnok, et per consequens Petri vicevayvode sui iustitiam suam prosequi non potest, per hoc ipsi capitulo ecclesie Transsilvane nullum debeat vel possit preiudicium generari, quin idem capitulum suo loco et tempore superveniente totum ius et iustitiam suam de premissis recuperare possit in iudicio vel
1346. extra iudicium. Datum crastino die festi beati regis Ladislai,
jun. 28. anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

Báthori Zsigmondnak 1589. *feria sexta proxima post dominicam Iudica* (marı. 24.) a mihályi Csáky Gábor részére kiadott háromszoros átíratában, *8243.*

III.

Apahidán, 1405. oct. 28.

Frátai Péter és Szomordoki László kolosvármegyei szolgabírák jelentik Laczk Jakab erdélyi vajdának, hogy a Szilváson Bolgár Miklós, Dátosi János és István s Szentpéteri László által elkövetett hatalmaskodás ügyében vizsgálatot tartottak.

Magnifico viro domino Iac[obo] Lachk vayvode Transsilvano domino ipsorum honorando Petrus filius Galli de Fratha et Ladislaus de Z[omor]dok iudices nobilium comitatus de Clus servitium promptitudinis cum salutatione. Noveritis, non literas v[estras] honore quo decuit recepisse in hec verba:

Iacobus Lachk vayvoda Transsilvanus et comes de Zolnok nobilibus viris iudicibus nobilium comitatus de Clus

salutem cum dilectione. Dicit nobis nobilis vir . . . . de Zylwas, quod nobiles viri Nicolaus dictus Bolgar, Iohannes et Stephanus de Dathws, necnon Ladislaus de Zenthpeter in anno, cuius iam preteriisset revolutio annualis, ex preconcepta rancoris malitia manu armata et potentiarie super suam possessionem Zylwas vocatam populis destitutam irruendo ibique domos desertas reperiendo, silvas etiam ipsius lignis privando, piscinam suam piscari faciendo, pisces [in] eadem repertos auferendo deportassent et deportari fecissent, in quibus factis mille florenos auri dampna [sibi] intulissent in preiudicium ipsius et dampnum satis grande. Vestram igitur presentibus requirimus n[obilit]atem, quatenus unus vestrum ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, [quam] tandem nobis suo modo rescribatis. Datum in Cybinio, quarto die festi beati Mathei apostoli [et eu]an- 1405.
geliste anno domini Millesimo quadringentesimo quinto. sept. 24.

Nos igitur mandatis vestris (obedire) cupientes uti [tene]mur, unum ex nobis videlicet eundem Petrum filium Galli ad premissa duxissemus destinandum [peragenda], qui ad nos exinde reversus nobis retulit tali modo, quod ipse feria sexta proxima post fes[tu]m Undecim millium virginum nunc oct. 23.
preteritum ab omnibus quibus decuisset et licuisset *) nobilibus et ignobilibus, ac aliis hominibus comprovincialibus talem in premissis scire potuisset verita[tem], quod omnia premissa et quevis premissorum singula sic et suo modo acta fuissent et perpetrata exstitissent, pro[ut ea]dem tenor continet literarum vestrarum predictarum, excepto numero dampnorum exinde sibi evenientium. Datum in Apathyda, sexto die diei 1405.
inquisitionis prenotate anno domini supra dicto. oct. 28.

Eredetije papíron, hátán két viasz pecsét töredékeivel, *3227b.*

---

*) Az *et licuisset* kétszer írva.

IV.

(Kolosmonostoron) 1422. maj. 26.

A kolosmonostori convent jelenti Lépes Loránt erdélyi alvajdának, hogy a szakáliak által Záh falu kárára felállított új határok ügyében Kolosvármegyében vizsgálatot tartott.

[Nobili viro Lora]ndo [Lepes de Varaskezy vicevayvode Transsilvano, amico eorum honorando conventus ecclesie beate Marie virginis de Clusmonostra a]micitiam paratam [cum honore. Nove]ritis, n[os literas vestras recepisse in hec verba:

Amicis suis honorandis, conventui] ecclesie de Clusmono[stra Lorandus Lepe]s de [Varaskezy vicevay]voda T[ranssilvanus amicitiam paratam cum honore.] .... Anthonii de So[mkerek] .... Nicolaus et P ...., necnon filii .... et iobag[ionibus] in dicta Zakal possessione residentibus his novissimis diebus quasdam sex metas inter veras et an[tiquas metas] possessionis Zaah vocate non per nostrum nec vestrum aut alicuius loci credibilis, sed propria eorum potentia et auctoritate mediante contra consuetudinem regni in novo loco, ubi alias nunquam mete fuissent, elevari et erigi fecissent in sui iuris preiudicium valde magnum. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius de Balay aut Iohannes de Jara, vel Blasius de Zenthiwan aliis absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Benchench, feria tertia proxima ante festum Ascensionis
1422. maj. 19. Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.

Nos enim amicabilibus vestris petitionibus annuentes, una cum prefato Iohanne de Jara homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Michaelem presbyterum unum ex nobis ad premissa exsequenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo
maj. 25. beati Urbani pape proxime preterito in comitatu de Clus

simul procedendo a nobilibus et ignobilibus, ac alterius cuiusvis status et conditionis eiusdem comitatus hominibus, a quibus decens et opportunum fuisset, palam et occulte diligenter inquirendo de premissis talem scire potuissent veritatem, quod omnia premissa et quevis premissorum singula suo modo sic acta, facta et perpetrata fuissent, sicuti vestre dictum fuisset nobilitati et quemadmodum per omnia tenor vestrarum contineret literarum predictarum. Datum secundo die diei inquisitionis ante dicte, anno domini ut supra. 1422. maj. 26.

Eredetije papíron töredékben, hátán pecsét maradványaival, *3227b.*

V.

*1460 körül.**)

Geszthi János egy részről, szentiváni Székely Mihály több erdélyi nemessel más részről a hatalmaskodásból származó pereknek véget vetnek s bizonyos feltételek alatt békességre lépnek.

Nos etc. memorie commendamus, quod inter egregium Iohannem de Gezth ab una, parte vero ab altera Michaelem Zekel de Zenthiwan et alios nobiles Transsilvanenses infra nominatos talis est dispositio facta, prout in registro infra scripto manu magistri Martini de Vylyam facta et alphabeto de partium voluntate interciso continetur, sub hac forma, quod licet inter ipsum Iohannem de Gezth ab una ac nobiles Transsilvanenses partibus ab altera ratione et pretextu nonnullorum actuum potentiariorum diverse lites ac controversionis materie mote fuerint et suscitate, contra ipsosque Transsilvanenses idem Iohannes de Gezth sententiam pro sui parte reportavit diffinitivam, vigore cuius eosdem nimium voluit aggravare, tamen ipsi plus pacis amatores quam zymarum, discordie seminatores esse cupientes, ut fomes invidie e medio ipsorum fondibus eradicaretur et eorum successiva posteritas in pacis pulchritudine valeret gratulari, de compositione nonnullorum proborum et nobilium virorum pacem partium zelantium et inter ipsos laborantium ad talem pacis et concordie devenis-

*. V. ö. a II. kötet LX. számú oklevelével.

sent unionem, ut tam ipsi nobiles de Transsilvania quam etiam idem Iohannes de Gezth universas et quaslibet ipsorum causas et acquisitiones contra alterutrum habitas et existentes arbitrio octo proborum virorum nobilium pacem partium zelantium et inter ipsos laborantium *) per ipsas partes equaliter eligendorum submisissent imo submiserunt etc. tali modo, ut quitquid octo probi et nobiles viri equali numero eligendi in civitate Gwla vocata domini Mathyws de Maroth in die medii Quadragesime proxime venturi, ipsi Transsilvanenses coram testimonio capituli ecclesie Varadiensis ac annotatus Iohannes de Gezth coram testimonio capituli Chanadiensis per partes illac producendi secundum deum et eius iustitiam prestitis prius per easdem iuramentis disponerent, ordinarent seu arbitrarentur, id ambe partes pro rato, grato et accepto habere deberent et tenerentur, tali vinculo mediante, quod si qua partium prescriptarum suos arbitros et testimonium ad prescriptum diem et locum non duceret aut arbitrium dictorum proborum iuxta eorum literas causales non acceptaret, extunc talis pars contra partem alteram premissa acceptantem actionem et acquisitionem suam in ipsorum literis expressatam amittere deberet et insuper in succubitu duelli facti potentialis convinceretur et convinci deberet eo facto; hoc non pretermisso, quod idem Iohannes de Gezth huiusmodi arbitrationis tempore cum suis literis sententionalibus contra ipsos nobiles Trarssilvanenses procedere non possit; in casu vero, quo iid(em) Transsilvanenses arbitrium dictorum proborum non acceptarent, extunc idem Iohannes de Gezth contra eosdem nobiles Transsilvanenses cum dictis suis literis sententionalibus procedere possit et valeat contradictione quorumlibet previa ratione in aliquo sibi obviare non valente.

Voluerunt etiam eedem partes, quod postquam ipse ad prescriptos locum et diem convenerint ac acquisitionem ipsarum ad manus eorundem proborum submiserint immediate,**) Stephanus Erdely ac Michael Appafy et Marcus de Bethlen,

*) Itt, az *ad talem pacis* — — sat. szavaktól eddig terjedő rész ismétlődik.

**) Az eredeti fogalmazványban *immedietate* hibásan.

qui alias pro ipso Iohanne de Gezth fideiussores fuissent, de ipsorum fideiussoria liberi essent et supportati haberentur et ulterius ad nichil obligati essent, prescriptumque capitulum Chanadiense ad fassionem dicti sui testimonii superinde eisdem literas necessarias dare deberet et teneretur; hoc specialiter declarato, quod si prescripti nobiles de Transsilvania per dictum Iohannem de Gezth in causam attracti omnes et simul ad locum communem venire non possent, extunc quatuor nobiles persone ex eisdem videlicet Michael Zekel et Stephanus de Hederffaya et alii duo cum eisdem pro se ipsis personaliter et pro aliis infra scriptis cum procuratoriis literis alicuius capituli vel conventus et plena auctoritate venire deberent, ut pro ipsis valeant respondere, ne ordinatio ipsorum per absentiam aliquorum dissolvatur.

Item voluerunt eedem partes, ut prescriptam ipsarum fassionem per utrasque partes in diversis locis capitularibus vel conventualibus sibi invicem premisso modo fiendam ad quintum decimum diem festi Epiphaniarum Domini nunc venturum ad Keressek coram magnifico domino Francisco de Chaak aut domina consorte vel castellanis eiusdem adducere debeant, quam homo Iohannis de Gezth.

Item fiat tam ex parte nobilium Transsilvanensium, quam etiam ex parte Iohannis de Gezth una litera salvi conductus, ita quod ipse partes respondeant pro se ipsis et pro aliis fratribus, consanguineis et ad ipsas pertinentibus, et ipse Iohannes de Gezth ex parte domini Nicolai de Vylaak domini sui sibi ipsis invicem et ad ipsos pertinentibus sub sigillo alicuius capituli aut conventus fide ipsarum christiana mediante, quod una pars alteri fraude vel dolo quibuslibet semotis ipsum salvum conductum observare vult sub fide christiana ac amissione honoris, humanitatis et omnium bonorum ipsarum.

Item nomina nobilium Transsilvanensium in lite existentium: item Michael Zekel de Zenthivan, domina Potentiana consors eiusdem, Stephanus de Hederffaya, Katherina consors eiusdem, Emericus et Petrus fratres ipsius Stephani, Iohannes et Franciscus de Zenthiwan, Barbara Iohannis et Katherina dicti Francisci consortes, Ladislaus et Petrus Alard

de Megesfalwa, Elyws de Thorosko, Michael de Gerend, Benedictus Weres de Farnas, Nicolaus Farkas de Harynna et Benedictus de Iklod, premissa fassio fiat per istos.

Eredeti fogalmazványa papíron, alján *A.*, *B.*, *C.*, *D.* és *E.* betükkel, *3581.*

VI.

Budán, 1464. apr. 14.

Mátyás király a vizaknaiak kiváltságait megerősíti.

de commissione domini regis.

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fidelis noster Iohannes Cheh iudex oppidi nostri Vizhakna personaliter veniens in conspectum maiestatis nostre suo ac universorum populorum, civium et inhabitatorum in eodem oppido nostro commorantium et commoraturorum maiestati nostre exponere curavit hoc modo, quoniam ipsi a dudum ex concessione predecessorum nostrorum, regum Hungarie ac etiam condam illustrissimi principis domini Iohannis de Hwnyad comitis Bistricziensis alias gubernatoris prefati regni nostri Hungarie, genitoris nostri carissimi felicis memorie ab omnibus censibus, taxis, collectis ac contributionibus ab antiquo exonerati et exempti essent, unde supplicavit maiestati nostre idem Iohannes iudex in suo ac aliorum pre tactorum nominibus, ut eosdem in huiusmodi concessione ac dispositione relinqueremus et conservare dignaremur. Nos igitur tum huiusmodi supplicationi inclinati, tum vero consideratis fidelibus servitiis ipsorum eosdem in omnibus illis dispositionibus et concessionibus ac libertatibus, quas a prefato genitore aut regibus Hungarie predecessoribus nostris habent, relinquimus presentium per vigorem volumusque conservare mandantes vobis nostris fidelibus vayvodis ac vicevayvodis partium Transsilvanarum regni nostri, necnon universis dicatoribus et exactoribus huiusmodi cen-

suum, taxarum ac collectarum, necnon contributionum cunctisque aliis sollicitatoribus quarumcunque solutionum presentibus et futuris presentes visuris firmiter precipimus, quatenus amodo deinceps prefatos cives et inhabitatores dicti oppidi nostri contra premissas dispositiones et concessiones ac libertates, in quantum eas habent, in aliquo eosdem vel impedire et molestare nullatenus presumatis; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, in festo beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno septimo, coronationis vero primo. 1464. apr. 14.

Az erdélyi káptalan requisitorainak 1678. nov. 6-án a Haller Pál részére kiadott átíratában, *4548*. Megvan az orsz. ltár gy.-fehérvári kápt. osztályában *XIX. Lib. Reg. Georgii Rakoczi fol. 170a.*

VII.

Budán, 1464. apr. 14.

Mátyás király megparancsolja a vizaknai sókamarásoknak, hogy a vizaknai plebanusnak, bírónak és sóvágoknak szokásos fizetéseiket adják meg.

commissio propria domini regis.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. fidelibus nostris camerariis salium nostrorum in camera nostra de Vizhakna nunc constitutis et in futurum constituendis presentes visuris salutem et gratiam. Exposuit maiestati nostre fidelis noster circumspectus Iohannes Cheh iudex dicti oppidi nostri in sua ac proplebani, necnon villici et universorum excisorum salium nostrorum in eodem oppido nostro commorantium et commoraturorum personis, quod licet ab antiquo prefatus plebanus eorum ratione cuiusdam misse, item dictus villicus pro servitiis suis, que circa sollicitationem excisionis salium nostrorum et etiam alias continue facere haberet, certa salaria ac etiam prefati excisores eorundem salium quosdam pannos ex dispositione predecessorum nostrorum regum singulis annis a vobis habuerint et habere debeant, tamen vos sepius huiusmodi salaria ipsorum

proplebani et villici, ac pannos dictorum excisorum salium sepius eis reddere denegaretis in dampnum eorundem, unde supplicavit prefatus Iohannes maiestati nostre suo ac aliorum predictorum nominibus, ut eisdem superinde opportune providere dignaremur. Et quia nos prefatos proplebanum et villicum, excisoresque salium nostrorum presentes et futuros in dispositionibus ab antiquo per dictos predecessores nostros reges eisdem factis conservare volumus, ideo fidelitati vestre firmiter committimus et precipimus, quatenus amodo deinceps antefatis proplebano et villico salaria, necnon et pannos antefatis excisoribus salium nostrorum, prout ab antiquo solitum est, singulis annis reddere debeatis et aliud facere non audeatis; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude,
1464. apr. 14. in festo beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno septimo, coronationis vero primo.

Az erdélyi káptalan requisitorainak 1678. nov. 6-án kelt átíratában, *4548*. Megvan az orsz. ltár gy.-fehérvári kápt. osztályában *XIX. Lib. Reg. fol. 170b.*

VIII.

Palota várában, 1491. aug. 28.

II. Ulászló megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Erdélyi Jánost és testvéreit a neje, Jusztina asszony által nekik örökbe vallott gernyeszegi kastély s ennek torda-, kolos- és dobokavármegyei tartozékai birtokába iktassa be.

(W)ladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris, conventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam. Cum nos illis donationi et ascriptioni, quas nobilis domina Justina vocata consors egregii Iohannis filii quondam Stephani Erdely de Somkerek de et super castello suo Gernyezegh vocato ac possessionibus Sarpathak, Kewrthwelkapu, Wnoka, necnon portionibus possessionariis in possessionibus Saromberk, Gernyezegh, Illye, Chanad, Zederyes, Zenth Iwan, Farago, Rych, Nema, Dethreh, Myndzenth, Kok, Bewl, Mezewzengyel, Dathos, Gerebenes in Thordensi

ac Zylwas, Thomb, Thwson, Welker, Mehes in (de) Colos, necnon Sombor, Dewecher in Doboka comitatibus, item Azzonfalwa, utraque Kallyan, Wysa et utraque Sarmas possessionibus, portionibusque possessionariis in possesionibus Swk, Bare, Zowath et Kewthelen appellatis in dicto comitatu de Colos existentibus habitis eidem Iohanni Erdely marito suo, suisque heredibus et posteritatibus universis mediantibus literis vestris fassionalibus sub certis clausulis et conditionibus fecisse dignoscitur, vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum nostrum regium consensum prebuerimus, demptis solummodo prenominatis possessionibus Sarpathak et Kewrthwelkapu, necnon portionibus possessionariis in possessionibus Zenth Iwan et Mezewzengyel habitis, que nobilium Nicolai et Iohannis Zekel filiorum scilicet quondam Michaelis Zekel fore dinoscuntur; et nichilominus pro fidelibus servitiis eiusdem Iohannis per eum inprimis sacre corone et deinde maiestati nostre cum omni fidelitatis perseverantia exhibitis totum et omne ius nostrum regium, si quod in prescriptis castello ac possessionibus, portionibusque possessionariis, demptis ut prefertur possessionibus Sarpathak et Kewrthwelkapw, necnon portionibus possessionariis in possessionibus Zenth Iwan et Mezewzengyel habitis, qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memorato Iohanni Erdely et per eum Thome et Martino fratribus suis carnalibus, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis contulerimus, velimusque eosdem in dominium dicti castelli ac possessionum et portionum possessionariarum, iurisque nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Franciscus Mykola de Zamosfalwa aut Salatiel de Moch, vel Gregorius Kemery de Kewzeplak sive Matheus Sandor de Zwchak de comitatu de Colos, item Benedictus de Zengyel aut Valentinus de Tholdalagh, vel alter Valentinus de Hadrew seu Nicolaus Bancza de Fratha de comitatu Thordensi aliis ab-

sentibus homo noster ad facies prescripti castelli ac possessionum, necnon portionum possessionariarum, vicinis et commetaneis eiusdem et earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Iohannem Erdely et alios predictos in dominium eiusdem castelli et earundem possessionum, necnon portionum possessionariarum et dicti iuris nostri regii in eisdem habiti, statuatque idem ac easdem eisdem premisso titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Iohannem et alios predictos ad terminum competentem in presentiam vayvode nostri illarum partium regni nostri Transsilvanarum rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato ut fuerit expediens eidem vayvode vel vicevayvode nostro fideliter rescribatis. Datum in castro Palotha, in festo
1491. aug. 28. beati Augustini episcopi et confessoris anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno secundo, Bohemie vero vigesime primo.

A kolosmonostori conventnek 1493. jul. 22-én kelt átiratában, hátrább.

IX.

Budán, 1493. jan. 25.

II. Ulászló a vizaknaiakot az erdélyi vajdák beszállása alól fölmenti.

ad relationem reverendi domini Luce
episcopi Chanadiensis thezaurarii.

Wladislaus dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris magnificis Ladislao de Lossoncz et Bartholomeo Dragfy de Belthewk vayvodis nostris Transsilvanis eorumque vicevayvodis, item capitaneis seu belliductoribus quorumlibet exercituantium earundem partium Transsilvanarum quo-

-cunque tempore contra quoscunque hostes instaurandorum presentes visuris salutem et gratiam. Quia nos oppidum nostrum Wyzakna in comitatu Albensi habitum in nostram recepimus regiam protectionem et tutelam specialem, volumusque idem ab omni impetitione et turbatione vestra et ab omni item descensu vestro salvum et securum permanere, quare volumus et fidelitati vestre et vestrum cuilibet presentium serie firmissime precipiendo committimus et mandamus aliud habere nolentes, quatenus amodo (deinceps) nullus vestrum in prescripto oppido nostro Wyzakna cum gentibus suis descendere seu descensum facere, aut a civibus in eodem commorantibus eis invitis aliqua victualia auferre seu quoquomodo eisdem dampna seu iniurias ullo unquam tempore inferre presumat, nec sit ausus modo aliquali; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, in festo Conversionis beati Pauli apostoli anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. 1493. jan. 25.

Az erdélyi káptalan requisitorainak 1678. nov. 6-án kelt átíratában, *4548*. Megvan az orsz. ltár gy.-fehérvári kápt. osztályában *XIX. Lib. Reg. fol. 170a.*

X.

(Váradon) 1493. jun. 27.

A váradi káptalan előtt Illyei István özvegye Zsuzsánna asszony Illyei Miklósnak, miután ez őt a férje Illye, Csömek és Kengyelszeg nevű birtokaiból jegyajándéka és nászhozományát illetőleg kielégítette, menedéket vall.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis memorie commendamus per presentes, quod nobilis domina Susanna relicta quondam Stephani de Illye coram nobis personaliter constituta sponte et libere confessa est in hunc modum, quod quia sibi nobilis Nicolaus de Illye de et super dote et rebus suis parafernalibus eidem domine Susanne de universis portionibus possessionariis dicti quondam Stephani de Illye domini et mariti sui in possessionibus eadem Illye, necnon Chewmek et Kengyelzeg vocatis in comitatu Bihoriensi exi-

stentibus habitis, iuxta regni consuetudinem provenire debentibus omnimodam impendisset satisfactionem, ob hoc ipsa domina Susanna tam superinde quam etiam super aliis quibusvis iniuriis factis, actibus et debitis memoratum Nicolaum de Illye quietum, expeditum et modis omnibus absolutum reddidisset et commisisset, imo reddidit et commisit coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum me-
1493. diante. Datum in festo beatissimi regis Ladislai, anno domini
jun. 27. Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

Az erdélyi káptalannak 1700. nov. 1-én a csömeki Farkas László részére kelt átíratában, *8157.*

XI.

(Kolosmonostoron) 1493. jul. 22.

A kolosmonostori convent jelenti Losonczi László és Drágfi Bertalan erdélyi vajdáknak, hogy Erdélyi János iktató levelet a gernyeszegi kastélyról és tartozékairól a Suki Mihály utódai ellenmondása folytán csak az asszonyfalvi, mindkét kallyáni és sármási, visai, suki, szováti és kőteleni birtokok kivételével kapott, s nem vevén ki a megnevezett birtokokra vonatkozó idéző levelet az iktató levelet elébök terjeszti.

Magnificis viris dominis Ladislao de Lossoncz tavernicorum regalium magistro et Bartholomeo Dragfy de Belthewk vayvodis Transsilvanensibus et comitibus siculorum, dominis et amicis ipsorum honorandis conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra amicitiam paratam cum honore. Vestre noverint magnificentie, nos literas vestrarum magnificentiarum nobis pro parte nobilium domine Helene filie quondam Michaelis filii Iohannis de Swk et Alexii filii quondam Sigismundi filii domine Veronice filie dicti quondam Iohannis de dicta Swk nobis sonantes et directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Ladislaus de Lossoncz tavernicorum regalium magister et Bartholomeus Dragfy de Belthewk vayvode Transsilvanenses et siculorum comites amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium domine Helene filie con-

dam Michaelis filii Iohannis de Swk et Alexii filii quondam Sigismundi filii domine Veronice filie dicti quondam Iohannis de eadem Swk, quod cum superioribus diebus egregius Iohannes Erdely ac Thomas et Martinus fratres eiusdem carnales vigore quarundam literarum statutoriarum regiarum se in dominium totalium possessionum Azzonfalwa, Wysa, Magyar Kallyan, Olah Kallyan, Magyar Sarmas, Olah Sarmas, item portionum possessionariarum prefati quondam Michaelis filii dicti Iohannis in possessionibus Kewthelen, Zowath et Swk predicta, omnino in comitatu de Colos existentibus habitarum se per regium et vestrum homines introduci et statui facere voluissent, extunc licet prefati exponentes ob contradictoriam inhibitionem statutionis dictarum possessionum et portionum possessionariarum ad octavas tunc quamprimum occurrentes contra prefatos Iohannem ac Thomam et Martinum legitime evocati exstiterint, nichilominus tamen annotati Iohannes ac Thomas et Martinus nescitur quibus respectibus transactis in ipsis octavis, ad quas iidem exponentes contra eosdem evocati exstitissent, hactenus dictas literas evocatorias a vobis extrahere nequi(vissent), vosque favore forsitan ipsorum inducti paria huiusmodi literarum evocatoriarum dictis exponentibus sepius petentibus extradare noluissetis et nolletis etiam de presenti communem iustitiam eisdem in hac parte abnegando. Cum tamen communis iustitia nemini est deneganda, requirimus igitur amicitias vestras, quatenus habitis presentibus et rebus sic ut prefertur (stantibus et) se habentibus, nisi aliquod aliud legitimum obsistat impedimentum, prescriptas literas evocatorias sub sigillo vestro solito modo et consueto prefatis exponentibus extradare et emanari facere velitis et debeatis iurium eorundem exponentium uberiorem ad cautelam, caventes tamen, ne fraus aut dolus in hac parte interveniat aliqualis. Datum in Coloswar, die dominico proximo post festum Divisionis apostolorum anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. 1493. jul. 21.

Nos igitur petitionibus vestrarum magnificentiarum obtemperare cupientes ut tenemur, prescriptas literas introductorias et statutorias in sacristia dicte ecclesie nostre perquiri

et inveniri fecimus habentes hunc tenorem: (W)ladislaus dei gratia rex Hungarie et Bohemie — — *sat., l. II. Ulászló 1491. aug. 28-án kelt levelét elébb a pótlás VIII. sz. a.* — Unde nos mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus fideliter obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Gregorio Kemery de Kewzeplak homine regio in pre insertis literis preceptoriis ipsius domini nostri regis inter alios nominatim conscripto nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Ladislaum sacerdotem et custodem, sociumque nostrum conventualem unum ex nobis ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retule-
(1492.) runt isto modo, quod ipsi feria tertia proxima post festum
febr. 7. beate Dorothee virginis et martyris tunc proxime preteritum ad facies prescripti castelli ac possessionum, necnon portionum possessionariarum, vicinis et commetaneis eiusdem et earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, ubi prefatos Iohannem Erdely et alios fratres suos premisso titulo ipsis incumbenti in dominium eorundem introduxissent et statuissent nullo protunc inibi in facie eorundem contradictore apparente; verum nondum diebus sedecim elapsis, priusquam scilicet de regni consuetudine litere n tre super ipsa statutione emanate exstitissent, in personis nobilium domine Helene filie quondam Michaelis filii Iohannis de Swk ac Iohannis filii et puellarum Anne et Dorothee, filiarum prefate domine Helene huiusmodi statutioni coram nobis contradictionis velamine exstitit obviatum, ob quam quidem contradictionem eosdem ad octavas festi beati Iacobi
aug. 1. apostoli nunc *) venturas in presentiam magnifici domini comitis Stephani de Bathor iudicis curie regie et tunc vayvode Transsilvani evocavimus rationem contradictionis eorundem reddituros.

Unde licet super annotatis castello ac aliis possessionibus et portionibus possessionariis, Sarpathak et Kewrthwelkapu, Zenth Iwan et Mezewzengyel demptis dumtaxat premissis, modo simili per prefatum Valentinum de Hadrew regium et

*) Így, *tunc* helyett.

nostrum homines exsecutio facta exstitit et prefatus Iohannes Erdely una cum prenominatis fratribus suis superinde pure et simpliciter, eo quod in hac parte a nemine ipsi statutioni contradictum exstitit, literas privilegiales a nobis extraxerint, ex quo tamen propter contradictionem prenotatam super predictis possessionibus Azzonfalwa, utraque Kallyan, Wysa et utraque Sarmas, necnon portionibus possessionariis in possessionibus Swk predicta, necnon Zowath et Kewthelen appellatis sibi pure et sine aliquali contradictione et evocatione literas statutorias extradare nequimus, ob hoc idem Iohannes Erdely ac alii fratres eiusdem prenominati hactenus easdem literas evocatorias a nobis extrahere neglexerant, nos tamen ad requisitionem vestrarum magnificentiarum seriem huiusmodi introductionis et statutionis vestris magnificentiis suo modo duximus rescribendam. Datum in festo beate Marie Magdalene, anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. 1493. jul. 22.

Drágfi Bertalan erdélyi vajdának 1496. jan. 31-én kelt átíratában, hátrább.

XII.

Kolosváron, 1493. aug. 7.

Losonczi László és Drágfi Bertalan erdélyi vajdák Erdélyi Jánost és testvéreit, mivel a Suki Mihály utódai által bizonyos kolosvármegyei birtokok miatt ellenök indított perben megidéztetvén meg nem jelentek, elmarasztalják.

Nos Ladislaus de Lossoncz tavernicorum regalium magister et Bartholomeus Dragfy de Belthewk vayvode Transsilvanenses et siculorum comites damus pro memoria, quod Iohannes de Petherd pro nobilibus domina Helena filia quondam Michaelis filii Iohannis de Swk et Alexio filio quondam Sigismundi filii domine Veronice filie dicti quondam Iohannis de eadem Swk cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Colosmonostra contra egregios Iohannem Erdely de Somkerek, ac Thomam et Martinum fratres eiusdem carnales ab

aug. 1. octavis festi beati Iacobi apostoli proxime preteriti quinque diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continentiam literarum magnifici quondam comitis Stephani de Bathor alias vayvode Transsilvanensis et comitis siculorum prorogatoriarum et prefati conventus de Colosmonostra introductoriarum et evocatoriarum super facto contradictionis statutionis quarundam totalium possessionum Azzonfalwa, Wysa, Magyar Kallyan, Olah Kallyan, Magyar Sarmas et Olah Sarmas, item portionum possessionariarum prefati quondam Michaelis filii dicti Iohannis in possessionibus Kewthelen ac Zowath et Suk predicta, omnino in comitatu de Colos existentibus habitarum, ac totius iuris regii in eisdem habiti actionem ipsorum exsecuturi actores existendo nostram in presentiam non venerunt neque miserunt, unde ipsos in iudiciis regalibus sex marcarum commisimus fore convictos et aggravatos, si se rationabiliter non poterunt excusare. Datum in Coloswar, tertio die termini prenotati anno
1493. aug. 7. domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

Drágfi Bertalan erdélyi vajdának 1496. jan. 31-én kelt átíratában, hátrább.

XIII

Kolosváron, 1496. jan. 31.

Drágfi Bertalan erdélyi vajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy a Suki Mihály utódaival bizonyos torda-, kolos- és dobokavármegyei birtokok felett folyó perben elmarasztalt Erdélyi Jánost és testvéreit az ügy bevégzésére s a reájuk rótt bírság megfizetésére idézze ő elébe.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Bartholomeus Dragfy de Belthewk vayvoda Transsilvanus et siculorum comes amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod Iohannes de Petherd pro nobilibus domina Helena filia quondam Michaelis filii Iohannis de Swk et Alexio filio condam Sigismundi filii domine Veronice filie (dicti) quondam Iohannis de eadem Swk in octavis festi beati Iacobi
1493. aug. 1. apostoli, in anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio cum procuratoriis literis vestris nostram et ma-

gnifici Ladislai de Lossoncz tavernicorum regalium magistri ac in officio vayvodatus socii nostri veniens in presentiam (exhibuit nobis) quasdam duas literas, unam vestram in papyro patenter emanatam nobis et eidem Ladislao de Lossoncz ad nostram literatoriam petitionem rescriptam, sigillo vestro a tergo impressive consignatam, factum cuiusdam possessionarie statutionis in se exprimentem, aliam autem nostram et dicti Ladislai de Lossoncz iudicialem clause confectam, quarum prime videlicet vestre litere tenor is est: Magnificis viris dominis Ladislao de Lossoncz tavernicorum regalium magistro et Bartholomeo Dragfy de Belthewk vayvodis Transsilvanensibus — — *sat., l. a kolosmonostori conventnek 1493. jul. 22-én a vajdákhoz intézett levelét a pótlás XI. sz. a. elébb,* — alterius vero videlicet nostre et prelibati domini Ladislai de Lossoncz iudicialis tenor sequitur in hec verba: Nos Ladislaus de Lossoncz tavernicorum regalium magister et Bartholomeus Dragfy de Belthewk vayvode Transsilvanenses — — *sat., l. a vajdáknak 1493. aug. 7-én kelt itéletlevelét a pótlás XII. sz. a. elébb,* — quibus presentatis annotatus Iohannes de Petherd legitimus procurator dictorum domine Helene et Alexii in personis eorundem allegarat eo modo, quod si iuri consonaret et equitati videretur, extunc ipsi memoratos Iohannem Erdely de Somkerek, ac Thomam et Martinum fratres eiusdem contra se legitime facere voluissent evocari. Et quia allegatio annotati procuratoris dictorum domine Helene et Alexii iusta et iuri consona fore videbatur, pro eo amicitias vestras literatorie petieramus diligenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster infra declarandus evocaret prefatum Iohannem Erdely et alios predictos contra annotatos Alexium et dominam Helenam in premissis responsuros, ac de iudiciis sex marcarum iudici et parti adverse satisfacturos ad octavas festi Epiphaniarum Domini tunc venturas nostram et annotati Ladislai de Lossoncz in presentiam; et post hec huiusmodi evocationis seriem cum evocatorum nominibus octavas ad predictas nobis suo modo rescribatis. Unde vos premissis petitionibus nostris annuentes ut tenemini, una cum Sigismundo Was de Zenthgothard homine (1494.) jan. 13.

nostro vestrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Paulum, socium vestrum conventualem unum ex vobis ad premissam exsecutionem faciendam vestro pro testimonio fidedignum duxissetis destinandum, qui tandem exinde ad vos reversi vobis uniformiter retulissent isto modo, quod ipsi
(1493.) dec. 26. in festo beati Stephani prothomartyris tunc proxime preterito idem homo noster prefato vestro testimonio presente prelibatos Iohannem Erdely de Somkerek, ac Thomam et Martinum fratres eiusdem carnales in Mehes, quemlibet videlicet eorum in dicta possessione portionibus scilicet ipsorum possessionariis in eadem habitis contra nobiles dominam Helenam filiam quondam Michaelis filii Iohannis de Swk et Alexium filium quondam Sigismundi filii domine Veronice filie dicti quondam
(1494.) jan. 13. Iohannis de eadem Swk ad dictas octavas festi Epiphaniarum Domini tunc venturas nostre magnificentie evocassent in presentiam in premissisque responsuros ac de iudiciis sex marcarum iudici et parti adverse satisfacturos efficacem.*)

A quibus quidem octavis festi Epiphaniarum Domini causa partium prescripta partes inter easdem serie literarum no-
(1496.) jan. 13. strarum prorogatoriarum presentes octavas festi Epiphaniarum Domini dilative attigisset, ad quas quidem octavas festi Epiphaniarum Domini memorati Iohannes, Thomas et Martinus Erdely de Somkerek per Albertum de Syle legitimum procuratorem dictorum domine Helene filie condam Michaelis et Alexii filii quondam Sigismundi in personis eorundem congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis exspectati nostram in presentiam non venerunt neque miserunt, nec persolverunt iudicia prenotata, sed se mediantibus aliis literis nostris iudicialibus exinde confectis pro ipsorum non venientia in iudiciis regalibus et pro non solutione dictorum iudiciorum in duplo eorundem aggravari permittendo, postulans prefatus procurator dictorum domine Helene et Alexii in personis eorundem eisdem ex parte prelibatorum Iohannis, Thome et Martini Erdely per nos in premissis iuris equitatem elargiri.

Et licet prefati Iohannes, Thomas et Martinus Erdely de more alias consueto adhuc ad premissa in tribus foris pro-

---

*) Igy, helyesen *satisfactionem impensuros efficacem* lenne.

vincialibus proclamari debuerint, tamen quia huiusmodi trine forenses proclamationes per generale decretum regni abolite esse censentur, iidemque in causam attracti loco ipsarum trine forensium proclamationum insinuatione mediante evocandi fore videbantur, pro eo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes Was de Zenth Egyed aut Georgius literatus de eadem, sin Laurentius Zekel de eadem Zenth Egyed aliis absentibus homo noster memoratos Iohannem, Thomam et Martinum Erdely actionem ipsorum prosecuturos ac de iudiciis quadraginta marcarum nobis et parti adverse satisfacturos contra annotatos dominam Helenam et Alexium ad octavas festi beati Iacobi apostoli nunc aug. 1. venturas nostram evocet in presentiam litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut si venerint et si de premissis bono modo emendaverint ac de dictis iudiciis nobis et parti adverse satisfecerint, bene quidem, alioquin non obstante eorum absentia et rebellione finem faciemus decisivum causa in premissa, prout dictabit ordo iuris; et post hec huiusmodi evocationis et insinuationis seriem cum evocatorum et insinuatorum nominibus ut fuerit expediens octavas ad predictas nobis suo modo rescribatis. Datum in Coloswar, decimo nono die octavarum festi Epiphaniarum Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. 1496. jan. 31.

Báthori Zsigmond erdélyi vajdának 1590. *die sabbato proximo post festum beati Emerici ducis* (nov. 10.) az Erdélyi Gergely részére kelt átíratában, *5674.*

XIV.

Dobokán, 1505. jun. 3.

Szentgyörgyi Péter országbíró és erdélyi vajda előtt Bánffi Ferenczné Dobokai Katalin asszony gyermekeinek torda-, doboka- és kolosvármegyei birtokait huszonöt arany forintért Erdélyi Jánosnak zálogba veti.

Nos comes Petrus comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai

dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc., necnon vayvoda Transsilvanus memorie commendamus, quod nobilis domina Katherina filia egregii quondam Nicolai de Doboka, consors vero egregii Francisci Banffy de Lossoncz oneribus et quibuslibet gravaminibus egregii Christophori filii et nobilis domine Sophia vocate filie suorum, consortis scilicet egregii Ladislai Lancz dicti de Karoly in se assumptis coram nobis personaliter constituta sponte et libere confessa est in hunc modum, quomodo ipsa pro quibusdam suis scilicet ipsorum filii et filie suorum necessitatibus ipsos ad presens sumpme (urgentibus) evitandis totales portiones suas scilicet dictorum filii et filie suorum possessionarias in possessionibus Dathos, Poka, Lekencze, Zenthmyklos, Zaah, Sospathak, Pakocha, Gerebenes, Rywch, Farago et Nema in Thordensi ac Kysbwdak in Doboka, necnon Thwson, Orozfaya, Kysczeg, Domb, Septher, Zenth Marthon et Kysnywlas in de Colos comitatibus existentibus habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis egregio Iohanni Erdely de Somkerek pro viginti quinque florenis auri ab eodem ut dixit iam plene receptis et levatis pignori duxisset obligandas, imo impignoravit coram nobis, tali modo, quod dum et quandocunque dicta domina Katherina et filius et filia sui predicti vel ipsorum heredes antefatas ipsorum portiones possessionarias in dictis possessionibus habitas a prefato Iohanne Erdely redimere vellent, extunc ipse Iohannes Erdely aut heredes sui, rehabitis prius a prefata Katherina seu filio et filia suis prescriptis viginti quinque florenis auri pecuniis scilicet suis, easdem eisdem domine Katherine ac filio et filie eiusdem pacifice et quiete remittere et resignare debeant et teneantur, assumpmendo nichilominus prefata domina Katherina in suis scilicet dictorum filii et filie suorum nominibus et personis et oneribus sub premissis in se assumptis memoratum Iohannem Erdely in pacifico dominio predictarum portionum possessionariarum eorundem infra tempus redemptionis earundem contra quoslibet impetitores legitimos, causidicos et actores protegere, tueri et defensare propriis suis laboribus et expensis. testimonio presentium mediante. Datum in possessione

Doboka predicta, feria tertia proxima post festum Inventionis Dextre beati Stephani regis anno domini Millesimo quingentesimo quinto. 1505. jun. 3.

János Zsigmondnak 1569. *feria quinta, in festo beati Michaelis archangeli* (sept. 29.) a drági Károlyi László részére kelt átíratában, *7534.*

XV.

Deésen, 1507. dec. 24.

Nagy János deési bíró és esküttársai előtt Hertzon Péter egy városbeli telkét bizonyos összeg pénzért Mátyus Máté deáknak örökbe vallja.

Nos Iohannes magnus iudex et iurati cives, consules et universi hospites incole Dees memorie commendamus per presentes quibus expedit universis, quod coram nostri veniens in presentiam circumspectus Petrus Hertzon et propria sua voluntate proposuit in hunc modum, quomodo ipse pro plurimis suis necessi[tat]ibus evitandis quendam fundum seu domum in vico Malomwlcza existentem, cui a parte orientali castrum desolatum, meridionali terra Petri Hertzon, occidentali vicus civitatis, australi vero parte terra relicte condam Stephani Zywos cum veris et iustis metis convicinantur, circumspecto viro Matheo literato Mathyws certis pro pecuniis ab eodem plene et integre levatis et receptis dedisset et vendidisset, imo dedit et vendidit coram nobis in filios filiorum suorum iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum, nullo penitus contradictore apparente, tali nostro consueto vinculo mediante quo utimur, quod si quispiam temporum in processu prefatum Matheum literatum au[t s]uas posteritates ratione vel pretextu huius fundi vel domus intra vel extra iudicium quovis[modo] impedire et molestare niteretur, extunc talis in facto calumnie devincatur eo facto, harum nostrarum [litera]rum et sigilli nostri autentici vigore et t[es]timonio presentium mediante. Datum in Dees, in vigilia Natalis [Domi]ni 1507.
anno domini Millesimo quingentesimo septimo etc. dec. 24.

Eredetije papíron, alján barna viasz pecsét maradványaival, *3269.*

XVI.

Vásárhelyen, 1511. febr. 1.

Marosszék közgyűlése a szent-lélekről nevezett székely-vásárhelyi kórháznak a szegények és elvetett gyermekek táplálására a marosszéki elpusztult Sóspatakon bizonyos feltételek alatt egy udvarházat, egy vagy két ekényi gazdasághoz szükséges szántóföldet, kaszálót és erdőt adományoz.

Nos Michael Gyvlakvthy de Zenth Anna summus iudex et Laurentius Bychak de Saard summus capitaneus sedis Maros significamus quibus expedit universis, quod generalis universitas trium generum siculorum sedis prefate Maros attente considerans defectus et penuriam hospitalis sancti spiritus de Zekelvasarhel, quibus ipsum hospitale plus in annihilationem tendit quam in edificationem, quodque pauperes et proiecti infantes in eodem existentes commode non possent nutriri per simplicem mendicationem, nisi ipsis aliter subveniretur per aliquam specialem provisionem, more igitur priorum patronorum maturo consilio superinde prehabito generalis universitas prefata dictum hospitale providit et dotavit cum uno lato fundo curie in villa desolata Sospathak vocata, in prefata sede Maros existenti et habita pro domo allodiali ad nutritionem pecorum et pecudum, proque exercitio agricultorio ad conservationem pauperum et infantium proiectorum simul cum terris arabilibus, fenilibus falcabilibus, silvis, aquis, nemoribus et pratis ad negotium agricultorium prefate domus allodialis necessariis et ad ipsam agriculturam pro uno aratro aut duobus vel citra sufficientibus, ita quod si temporum in processu villa ipsa Sospathak multiplicatis inhabitatoribus pro tanto repleatur, quod terre arabiles et fenilia sorte dividi debeant, nichilominus tamen ipse terre arabiles et fenilia non sorte, sed quantum sufficit ut premittitur una cum pascuis ovilium tribua(n)tur iuxta exigentiam necessitatis et status hospitalis prefati, imo universitas ipsa dedit, donavit et contulit premissum fundum curie simul cum cunctis necessariis predictis hospitali prefato perpetue et irrevocabiliter coram nobis tenendum, possidendum pariter et habendum, tali conditione interposita, quod si hospitale prefatum

desolari contingat, quod deus avertat, extunc ipsum allodium iterato ad generalem universitatem dicte sedis descendat, egregiis dominis Andrea Lazar de Gergyo, Iohanne Desew de Madaras, Iohanne Marthon de Waya, Bernaldo Zekel de Nag Erne, Gasparo Barchay de Zenthgergy, Francisco Thamasy de Zenthkyral et Bernardo Thamasy de Naznanfalva aliisque quampluribus sedem ipsam fideliter procurantibus. Datum in Wasarhel, sabbato proximo ante festum Purificationis beate Marie virginis anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. 1511. febr. 1.

Eredetije papíron, alján két gyűrűs pecséttel, *jelzet nélkül.* Kiadta *Szabó* K., Székely Oklevéltár III. 177.

XVII.

(Kolosmonostoron) 1514. mart. 19.

A kolosmonostori convent előtt Suki István és testvére Potentiana, Hoszszuaszai Ferenczné az apjok suki, szováti, oláhsuki és kőteleni birtokaiból az utóbbit megillető leánynegyed miatt folyt pernek véget vetnek s mindennemű perfolyta leveleiket érvényteleneknek nyilvánítják.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nobilis Stephanus de Swk filius condam Iohannis de eadem Swk ab una, necnon domina Potentiana consors nobilis Francisci de Hozzwazo, filia vero dicti condam Iohannis de Swk ab alia partibus coram nobis personaliter constituti sponte per easdem partes confessum exstitit pariter et relatum in hunc modum, quod quamvis dicta domina Potentiana ratione et pretextu iuris sui quartalitii sibi de totalibus portionibus possessionariis dicti condam Iohannis Swky patris sui in possessionibus Swk predicta ac Zowath vocata, necnon etiam de totalibus possessionibus Olahswk et Kewthelen appellatis, omnino in comitatu de Colos existentibus, nunc ad manus prefati Stephani Swky fratris sui habitis, iuxta regni consuetudinem provenire debentis eundem Stephanum Swky ad octavas evocaverit, item alias etiam pretextu cuiusdam testamentarie dispositionis in sedem spiritualem ecclesie Albensis Transsil-

vane citaverit in causam, idem etiam Stephanus Swky ratione certorum negotiorum prelibatos Franciscum Hozzwazay et dominam Potentianam in presentiam vayvode modo simili traxerit in causam, huiusmodi causarum materie tum in octavis et (coram) domino vayvoda, cum vero in sede spirituali aliquamdiu exstiterint ventilate, tamen eedem partes tum matura intra se deliberatione, cum autem ex ordinatione et compositione certorum proborum et nobilium virorum pacem partium amantium ad talem pacis et concordie devenissent unionem prout etiam devenerunt in nostri presentia, tali modo, quod primo universas causas, causarumque et litium quarumlibet materias partes inter easdem qualitercunque hactenus motas, suscitatasve tam in octavis, quam in sede spirituali et coram domino vayvoda ventilatas sopiri et condescendi fecissent, universasque literas tam evocatorias, insinuatorias, citatorias, quam sententionales et alias quaslibet partes inter easdem qualitercunque et sub quibuscunque formis verborum emanatas sive emanari procuratas vanas, cassas et viribus carituras reliquissent; tandem vero prenominatus Stephanus Swky pro prescripto iure quartalitio dicte domine Potentiane centum et sedecim florenos in paratis pecuniis, necnon unam tunicam et unum peccarium argenteum serlegh vocatum dedisset et persolvisset, imo ut dixit dedit et persolvit plene et integre, ob hoc eadem domina Potentiana de et super huiusmodi solutione et satisfactione dicti iuris sui quartalitii ad plenum contenta memoratum Stephanum de Swk fratrem suum, heredesque eiusdem universos superinde quitos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, imo ad plenum contenta quitos, expeditos et per omnia absolutos reddidit et commisit coram nobis, tali obligaminis vinculo interposito mediante, quod si qua partium (in) premissis ordinationibus persistere nollet aut non curaret, sed ea in toto vel in parte modo, via et ordine aliquibus infringere vel retractare niteretur, aut si prelibata domina Potentiana pretextu dicti iuris quartalitii memoratum Stephanum Swky aut suos heredes in causam attrahere aut superinde litem vel lites movere et inchoare pretenderet, tunc talis pars, premissa non obstante, contra partem alteram in

premissis persistentem, dicta domina Potentiana litis materiam inchoare pretenderet, solum vigore presentium in mille florenis convincatur et convicta habeatur eo facto. Ad que partes pre titulate se se sponte obligarunt in nostri presentia. Datum in dominica Oculi, anno domini Millesimo quin- 1514. gentesimo decimo quarto. mart. 19.

I. Apaffi Mihálynak 1681. mart. 11-én a Teleki Mihály részére kelt átíratában, *5191.* A XVI. századból való bejegyzése az orsz. ltárban *Dl. 32,508.* fol. 28.

XVIII.

(Váradon), 1515. aug. 21.

A váradi káptalan bizonyítja, hogy Szajoli Andrásnét testvéreivel Borbálával és Ilonával az apjok, a néhai Illyei Tamás birtokainak, a biharvármegyei Illye, Csömek és Kengyelszegnek felébe a Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró parancsára beiktatta.

Capitulum ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici domini comitis Petri, comitis de Sancto Georgio et de Bozyn iudicis curie serenissimi principis (et) domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri naturalis gratiosissimi introductorias et statutorias nobis amicabiliter loquentes et directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Waradiensis comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis et domini Wladislai dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium domine Sophie consortis Andree de Zayl ac puellarum Barbare et Elene filiarum nobilis quondam Thome de Illye ex nobili domina Katherina filia olim Iacobi de Paly procreatarum, quomodo ipse exponentes in dominium totalium portionum possessionariarum dicti quondam Thome de Illye in possessionibus Illye pre-

dicta, necnon Chemek et Kengyelzeg vocatis in comitatu Bihoriensi existentibus habitarum, directarum videlicet equalium medietatum earundem possessionum ipsas dominam et puellas exponentes ex legitima fassione nobilis Georgii filii quondam Ladislai de dicta Illye iure perpetuo concernentium legitime vellent introire. Super quo amicitiam vestram presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus Zennyessy de Kemen aut Ladislaus de Mezewgyan, sive Iohannes Posgay de Bagd vel Paulus Balassy, sin Iohannes Aprod seu Petrus Kys de eadem Bagd, sive Ludovicus Begeessy de Gezth aliis absentibus homo regius ad facies prescriptarum possessionum Illye, Chemek et Kengyelzeg consequenterque totalium portionum possessionariarum prelibati quondam Thome de Illye in eisdem habitarum, directarum utputa et equalium medietatum ipsarum possessionum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatas dominam Sophiam ac puellas Barbaram et Elenam exponentes in dominium earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem ibidem in curiam [regiam] contra prefatas exponentes in regiam scilicet presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato ut fuerit expediens dicto domino regi suo modo fideliter rescribatis. Datum in civitate Posoniensi, die dominico proximo ante fe-
1515. jul. 1. stum Visitationis beatissime Marie virginis anno domini Millesimo quingentesimo decimo quinto.

Nos itaque amicabilibus petitionibus prefati magnifici domini comitis Petri gratum prebentes consensum, una cum prefato Iohanne Aprod de Bagd homine prenotati domini nostri regis nostrum hominem videlicet discretum Anthonium presbyterum, rectorem altaris beate Sophie vidue in dicta

ecclesia nostra Waradiensi fundati ad premissam statutionem fideliter peragendam nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quomodo ipsi in festo Transfigurationis Domini proxime preterito ad facies prescriptarum aug. 6.
possessionum Illye, Chewmek et Kengyelzeg vocatarum consequenterque totalium portionum possessionariarum prelibati quondam Thome de Illye in eisdem habitarum, directarum utputa et equalium medietatum ipsarum possessionum, vicinis et commetaneis earundem universis utputa nobilibus Stephano Sara, Elia Soos et Stephano Dana de Bagd ac prefato Georgio filio dicti quondam Ladislai de predicta Illye, necnon providis Benedicto Marthon iudice, Andrea similiter Marthon et Emerico Balassy iobagionibus scilicet episcopatus Waradiensis in oppido Kewleseer commorantibus aliis etiam quamplurimis inibi legitime convocatis et presentibus pariter accessissent, idemque homo prefati domini nostri regis dicto nostro testimonio presente introduxisset prefatas dominam Sophiam ac puellas Barbaram et Elenam exponentes in dominium earundem totalium portionum possessionariarum prelibati quondam Thome de Illye in eisdem habitarum, directarum utputa et equalium medietatum ipsarum possessionum, statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas nullo penitus contradictore in faciebus earundem apparente, diebus etiam legitimis et horis congruis in faciebus earundem permanendo et perseverando. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis premissarum, 1515.
anno domini supra dicto, presentibus venerabilibus dominis aug. 21.
Nicolao de Homrogd preposito, Thoma Dyenessy de Illye lectore, Gregorio de Zegedino custode aliisque canonicis [predi]cte ecclesie nostre salubriter existentibus et devote.

Az erdélyi káptalannak 1700. nov. 1-én kelt átiratában, *8157.*

XIX.

Szászsebesen, 1515. sept. 13.

Zapolyai János erdélyi vajda előtt Bethleni Miklós felhatalmazza vingárthi Horváth Jánost, hogy a Lulay János szebeni királybírónál ezer forintban zálogban levő fehérvármegyei főczentelkei, bessei és keresdi birtokait kiválthassa.

Nos Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis vayvodaque Transsilvanus, necnon siculorum comes ac capitaneus generalis regie maiestatis etc. memorie commendamus per presentes, quod egregius Nicolaus de Bethlen onera et quelibet gravamina Iohannis et Farcasii filiorum suorum in subnotandis super se assumendo coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est et retulit in hunc modum, quomodo ipse illas totales portiones suas possessionarias in possessionibus Fewczenthelke, Besse et Keresd vocatis omnino in comitatu Albensi Transsilvanie existentes nunc aput manus egregii Iohannis Lwlay iudicis regii civitatis Cibiniensis habitas, quas ipse alias eidem Iohanni Lwlay pro mille florenis inscripsisset et obligasset, egregio Iohanni Horwath de Wyngarth pro eadem pecuniarum summa a prefato Iohanne Lwlay ad se redimendi et eas pro se occupandi ac titulo pignoris erga se tenendi et conservandi plenariam atque omnimodam dedisset atque concessisset facultatem, imo easdem eidem redimere posse et valere dedit atque concessit, tali modo, quod dum et quandocunque memoratus Nicolaus Bethlen aut filii eiusdem prescripti predictas portiones suas possessionarias in dictis possessionibus Fewczenthelke, Besse et Keresd habitas a prefato Iohanne Horwath aut heredibus suis*) redimere voluerint, extunc iidem easdem, rehabitis prius prescriptis mille florenis pecuniis scilicet [suis, eidem] Nicolao Bethlen aut filiis suis prenotatis pacifice et quiete remittere et resignare debeant et teneantur, assumpmendo [nichilominus pre]fatus Nicolaus de Bethlen annotatum Iohannem Horwath in pacifico dominio

*) Hibásan *heredes suos* az eredetiben.

dictarum portionum suarum possessionariarum in d[ictis] possessionibus habitarum infra et usque tempus redemptionis earundem contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et [actores] successivis semper temporibus tenere et conservare propriis suis laboribus et expensis, quod si facere nollet, non posset seu non curaret quovismodo, extunc prelibatus Nicolaus de Bethlen ratione previa instar brevis brevium evocationum in presentiam vayvode seu vicevayvodarum pro tempore constitutorum evocari valeat atque possit, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in civitate Zazsebes, in profesto Exaltationis sancte Crucis 1515.
anno domini Millesimo quingentesimo decimo quinto. sept. 13.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel, *3269.*

XX.

Budán, 1516. maj. 8.

Szentgyörgyi Péter országbíró megparancsolja az aradi káptalannak, hogy Simai Zsigmondot, Mátyást és Domániházi Mihálynét a Kun Benedek özvegye, továbbá Ragyolczi Mihályné és Kun Zsigmond békésvármegyei simai, csejthi és simaszigeti birtokaiba iktassa be.

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Orodiensis comes Petrus, comes de Sancto Georgio et (de) Bozyn iudex curie serenissimi principis et domini domini Lodovici dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc.*) amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Sigismundi et Mathie de Syma ac domine Marthe consortis nobilis Michaelis de Domanhaza, quomodo ipse in dominium totalium portionum possessionariarium nobilium domine**) relicte quondam Benedicti Kun de Zyghet alias de Sima et Elene filie eiusdem, consortis vero nobilis Michaelis de Ragyoulcz, necnon fratris Sigismundi Kun dicti ordinis fratrum sancte Trinitatis in possessionibus Syma predicta ac Cheyth et Sima Zyghet vocatis, omnino in comitatu de Bekes existentibus

---

*) Az átíratban *nostri* hibásan.

**) A név kimaradt.

habitarum, ipsos exponentes titulo pignoris concernentium legitime vellent introire. Super quo amicitiam vestram presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Elias Ezes de Endreed aut Mathias de Harangh, vel Nicolaus de eadem sin Stephanus de dicta Syma aliis absentibus homo regius ad facies prescriptarum possessionum Syma, Cheyth et Syma Zigeth vocatarum, consequenterque portionum possessionariarum [predi]ctarum domine relicte quondam Benedicti Kv̆n et aliorum prescriptorum in dictis possessionibus habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos exponentes in dominium earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso titulo pignoris eisdem incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem nostram in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato ut fuerit expediens dicto domino nostro regi suo modo amicabiliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Stanislai
1516. maj. 8. episcopi et martyris anno domini Millesimo quingentesimo decimo sexto.

A váradi káptalannak az *Elizabetha Szeghi egregii quondam Gervasii Simai de Sima Zighet relicta suo proprio, ac providus Ioannes Terjek iobagio egregii Petri Mező de Beghan suo itidem proprio pariter ac universorum incolarum seu inhabitatorum in possessionibus Cheith, Sma et dicta Simazigeth commorantium* nevében papíron bemutatott eredetiről 1623. *feria quarta ante festum Exaltationis sanctae Crucis* (sept. 13.) kelt átíratában, *8372.*

XXI.

Héderfáján, 1520. jan. 5.

Barlabássy Lénárt alvajda Erdélyi Gergelyt arra nézve, hogy a tőle Székely Miklós által hatalmasúl elfoglalt némai szántóföldek soha sem voltak ez utóbbié, tizenketted magával leteendő esküre itéli.

Nos Leonardus Barlabassy de Hederffaya vicevayvoda [Tra]nssilvanus et siculorum vicecomes damus pro memoria, quod nobis in profesto Epiphaniarum Domini una cum non- jan. 5.
nullis harum partium Transsilvanarum nobilibus hic in possessione Hederffaya consti[tutis] et existentibus Paulus de Deesfalwa pro egregio Gregorio Erdely de Somkerek cum procuratoriis literis nostris ab una, ac nobilis Nicolaus Zekel de Wayda Zenth Iwan partibus ex altera, modum et for[mam] reportate seriei cuiusdam communis inquisitionis infra scripte observando, in figura nostri iudicii comparendo exhibuerunt et presentaverunt nobis quasdam duas literas, unam nostram eiuscemodi communem inquisitionalem et aliam nobilium Georgii de Haranglab et Iohannis de Zeplak super exsequutione eiuscemodi communis inquisitionis relatoriam, in quibus quidem literis nostris communibus inquisitionalibus inter cetera continebatur, quod cum nos in festo beati Nico- (1519.)
lai episcopi et confessoris una cum nonnullis harum partium dec. 6.
Transsilvanarum nobilibus hic in possessione Hederffaya constituti fuissemus, Paulus de Deesfalwa pro egregio Gregorio Erdely de Somkerek actore cum procuratoriis literis nostris legitime evocationis modum observando, in figura nostri iudicii comparendo, presente ibidem et adherente Benedicto Zekel legitimo procuratore nobilis Nicolai Zekel de Wayda Zenth Iwan in causam attracti, qui cum procuratoriis literis nostris astitit, contra eundem proposuisset eo modo, qualiter idem in causam attractus nescitur quibus respectibus universas terras arabiles, necnon fenilia eiusdem actoris intra metas possessionis seu predii Nema vocati in comitatu Thordensi existentis, quas videlicet egregius condam Martinus Erdely eidem actori tanquam portionem suam in eadem Nema habitam donasset et inscripsisset, in quarum pacifico

dominio idem actor a certis iam annis post se se consequenter preteritis exstitisset, post festum Pentecostes noviter pre-
jun. 12. teritum anno videlicet in presenti *) minus iuste et indebite ab eodem actore occupasset potentia mediante in preiudicium et dampnum prefati actoris manifestum; quo audito prefatus Benedictus Zekel procurator annotati in causam attracti in eandem nostram exsurgendo presentiam contra prefatum actorem respondisset exadverso, qualiter idem in causam attractus prescriptas terras arabiles et fenilia per ipsum actorem acquisita tempore in predicto ab eodem actore minus iuste et indebite minime occupasset eo, quia idem in causam attractus ab antiquis temporibus in pacifico dominio earundem et eorundem exstitisset existeretque etiam modo, et in eo idem in causam attractus in totali premissa actione et acquisitione dicti actoris innocens foret penitus et immunis; quo percepto prefatus procurator annotati actoris replicasset hoc modo, quod ipse in causam attractus in pacifico dominio prescriptarum terrarum arabilium et fenetorum minime exstitisset; et quia prefatus procurator annotati actoris in verificationem actionis et acquisitionis sue prenotate eundem in premissis veredice attestationi vicinorum et commetaneorum possessionis Rywch, nobiliumque comprovincialium dicti comitatus Thordensis per formam communis inquisitionis fiende benivole submisisset, prefatus etiam procurator annotati in causam attracti in signum innocentie et immunitatis sue eundem in premissis ad ipsam attestationem nobis legitime requirentibus commisisset, ad quam faciendam nos eosdem Georgium Haranglaby et Iohannem Zeplaky pro utrisque partibus de necessario duxissemus transmittendos; altera siquidem litera relatoria eorundem Georgii Haranglaby et Iohannis Zeplaky modo simili inter cetera enucliebat, qualiter ipsi quinto decimo die diei datarum ipsarum literarum nostrarum communium inquisitionalium ad faciem prescripte possessionis Rywch personaliter accessissent, eisdemque universis vicinis et commetaneis possessionis eiusdem, nobilibus-

*) A *videlicet in presenti* helyett helyesen *similiter proxime preterito*nak kellene állania.

que pre tacte comitatus per easdem partes sub oneribus sedecim marcarum irremissibiliter exigendarum illac insimul et ad unum locum convocassent et congregassent,*) eosdemque ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque domino nostro regi et sacro regio eius diademati observandam tacto dominice crucis signo prestandam odio, favore, amore, timore, premio, preceque et pretio partium postergatis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis solum deum et eius iustitiam ferendo pre oculis de eo: utrum prefatus Gregorius Erdely actor in pacifico dominio prescriptarum terrarum arabilium et fenetorum exstiterit, vel autem non ipse actor, sed prefatus in causam attractus in pacifico dominio earundem exstiterit, ex eoque idem in causam attractus in totali premissa actione et acquisitione dicti actoris innocens sit et existat penitus et immunis, an ne, more communis inquisitionis quemlibet eorum seorsum et singillatim diligenter inquisivissent et investigassent; quorum quidem attestantium ex attestationibus annotatum actorem actionem et acquisitionem suam contra prefatum in causam attractum penitus et per omnia ac competenter comprobasse, prefatum vero in causam attractum revisionem suam penitus in nullo fulcire potuisse agnovimus [ac] comperimus manifeste, postulando igitur prefatus procurator annotati actoris eidem per nos in premissis i[uri]s equitatem [i]mpartiri.

Eorundem igitur regni nobilium nobiscum in iud[icio] et examine presentis cause existentibus, quesito et assumpto superinde consilio prematuro iudicando commisimus eo modo, ut prefatus actor penes prescriptos testes suos vigesimo die diei datarum presentium duodecimo se nobilibus, idoneis et honestis personis, coram honorabili conventu ecclesie de Kolosmonostra super eo: quod idem Gregorius Erdely actor in pacifico dominio prescriptarum terrarum arabilium et fenetorum exstiterit, prefatusque Nicolaus Zekel in causam attractus ab eodem actore anno proxime preterito pro se occupasset potentia mediante, sacramentum prestare debeat et teneatur, habitaque huiusmodi iuramentali dispositione*)

*) Így, *convocatis et congregatis* helyett.

**) Így, *depositione* helyett.

idem conventus totam seriem eiuscemodi iuramenti simul cum nominibus coniuratorum ad octavum diem diei eiuscemodi sacramentalis*) depositionis nobis fideliter rescribere debeat et teneatur, testimonio presentium mediante. Datum
1520. loco et termino in prenotatis, anno domini Millesimo quin-
jan. 5. gentesimo vigesimo.

Barlabássy Lénárt alvajdának 1520. mart. 7-én kelt átíratában, hátrább.

XXII.

(Kolosmonostoron) 1520. jan. 24.

Á kolosmonostori convent előtt Figey Balás Erdélyi Gergelyt a bizonyos ügyből kifolyólag Székely Miklós ellen megitélt eskü letevésétől eltiltja.

Nos conventus monostherii *(így)* beate Marie virginis de Kolosmonostra memorie commendamus, quod cum egregius Gregorius Erdely de Somkerek iuxta series et continentiam literarum egregii Leonardi Barlabassy de Hederffaya vicevayvode Transsilvani et siculorum vicecomitis adiudicatoriarum pariter et iuramentalium duodecimo se nobilibus super actione et acquisitione literis in eisdem adiudicatoriis contentis et specificatis contra nobilem Nicolaum Zekel de Wayda Zenth Iwan isto die datarum presentium iuramentum suum una cum coniuratoribus suis penes eum astantibus coram nobis ut debebat deponere promptus erat atque paratus, cum vero ad formam iuramenti accedere volebat, tunc quidam Blasius Fygey de Palothka nomine et in persona prefati Nicolai Zekel vigore quarundam literarum prefati Leonardi Barlabassy de Hederffaya vicevayvode Transsil-
jan. 6. vani et siculorum vicecomitis in festo Epiphaniarum Domini proxime preterito in eadem Hederffaya super novo iudicio editarum et emanatarum eidem Gregorio Erdely sonantium et nostro in conspectu sibi exhibitarum et productarum eundem Gregorium Erdely cum suis coniuratoribus ab huiusmodi iuramenti depositione inhibuit contradicendo et contra-

*) Helyesen *iuramentalis* lenne.

dixit inhibendo. In cuius rei memoriam presentes literas nostras duximus concedendas. Datum in profesto festi Conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo quin- 1520. jan. 24.
gentesimo vigesimo.

Barlabássy Lénárt alvajdának 1520. mart. 7-én kelt átíratában, hátrább.

XXIII.

Tordán, 1520. mart. 7.

Barlabássy Lénárt alvajda megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy a hatalmaskodás miatt fej- és jószágvesztésre itélt Székely Miklósnak javait foglalja el s a bíróságot és a felperes Erdélyi Gergelyt azok birtokába iktassa be.

Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra Leonardus Barlabassy [de H]ederfaya vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecom[es] etc. amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis feria quarta proxima mart. 7.
post dominicam Reminiscere una cum universit[ate] nobilium in generali videlicet congregatione eorundem Thorde c[ele]brata constitutis et existentibus nobilis Blasius de Soma pro egregio Gregorio Erdely de Somkerek cum procuratoriis literis nostris [in nost]ram exsurgendo presentiam contra nobilem Nicolaum Zekel de Wayda Zenth Iwan exhibuit et presentavit nobis quasdam duas literas, unam nostram adiudicatoriam pariter et iuramentalem et al[teram] vestram inhibitoriam in papyro patenter confectas, cuius quidem litere nostre adiudicatorie pariter et iuramentalis tenor is est: Nos Leonardus Barlabassy — — *sat., l. az alvajdának 1520. jan. 5-én kelt levelét a pótlás XXI. sz. a. elébb,* — alterius siquidem litere vestre inhibitorie continentia verbalis hec est: Nos conventus monostherii beate Marie virginis de Kolosmonostra — — *sat., l. a convent 1520. jan. 24-én kelt levelét a pótlás XXII. sz. a. elébb,* — quibus exhibitis et presentatis annotatus Nicolaus Zekel in causam attractus per annotatum Blasium Somay legitimum procuratorem annotati actoris congruis horis, tota ipsa die ipsius termini dicti novi

iudicii nostri coram nobis legitime exspectatus nostram veluti iudicis sui ordinarii in presentiam non venit, neque misit se in sue culpabilitatis manifestum indicium a facie iuris et iustitie penitus absentando, propter quod idem Nicolaus Zekel in causam attractus pro premissa temeraria et potentiaria occupatione dictarum terrarum arabilium et fenet(or)um dicti actoris contra et adversus prelibatum actorem in facto potentie maiori(s), ex eoque in sententia capitali amissioneque universorum iurium possessionariorum, rerumque et bonorum quorumlibet suorum ubilibet in his partibus Transsilvanis existentium et habitorum ipsum solum proprie et precise concernentium in duabus nostris iudiciariis nobis, in tertia vero partibus prescripte adverse partis manibus devolvendorum et applicandorum convinci et aggravari debere nobis et eisdem partium Transsilvanarum nobilibus sedis scilicet nostre assessoribus nobiscum in iudicio et examine presentis cause existentibus perspicue cernebatur.

Eorundem igitur regni nobilium, sedis scilicet nostre iudiciarie assessorum quesito et assumpto superinde consilio prematuro, nolentes premissam indebitam et potentiariam occupationem aliosque actus potentiarios dicti in causam attracti per ipsum modo premisso patratos et commissos simpliciter et impune pertransire, ne alii ab eodem exinde exemplati ad similia facta nefaria et potentiaria se apponere presumant, sed potius eiusdem penalis afflictio quoslibet alios a talis modi presumptuosis actibus potentiariis committendos et inferendos terreat, retrahat et restringat, ceterisque cedat in exemplum, eundem Nicolaum Zekel in causam attractum contra prefatum actorem in dicto facto potentie maiori(s), ex eoque in sententia capitali amissioneque universorum iurium possessionariorum, rerumque et bonorum suorum quorumlibet ubivis intra ambitum harum partium Transsilvanarum ut prefertur existentium et habitorum ipsum solum proprie et precise concernentium in duabus nostris iudiciariis, in tertia vero partibus prescripte adverse partis manibus devolvendorum et applicandorum convictum et aggravatum exstitisse decernendum et committendum, predictasque terras arabiles et feneta dicto actori readiudicandum, super quo vestram amicitiam

presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Melchior Pezken de Almas vel Thomas Warsany de eadem, aut Paulus Nemes de Poka sive Blasius neve Iohannes similiter Nemes de eadem, nam Barnabas de Tholdalagh namque Thomas Sarossy, ceu Iohannes de Zengyel vel Franciscus de Jara aliis absentibus homo noster de sede nostra iudiciaria per nos ad id specialiter transmiss[u]s ad facies universorum iurium possessionariorum eiusdem Nicolai Zekel convicti ubilibet intra ambitum dictarum partiu[m] Transsilvanarum existentium et habitorum ipsum solum proprie et [preci]se concernentium, vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, habita prius [eorun]dem legitima reambulatione et condigna estimatione, e[xceptis]que portionibus aliorum quorumli[bet] ..... [occu]paret eadem, occupataque in duabus nostris iudiciariis, in ter[tia] vero partibus prefati Gregorii Erdely partis scilicet adverse m[ani]bus tamdiu per nos [et per partem adversam, do]nec eadem a nobis et ipsa parte adversa in condigna eorundem estimatione per hos, quorum redemptioni eadem magis competunt .... statuat et committat possidenda contradictione prelibati in causam attracti convicti et aliorum quorumlibet previa ratione non obstante, res etiam et [bona mobilia eiusdem in causa]m attracti convicti, si quas et que reperiri poterit, auferat ac easdem et eadem consimiliter in duabus nostris iudiciariis, in tertia vero partibus [similiter prescripte adverse partis] manibus applicet et assignet, illis autem, qui si huiusmodi iura sua possessionaria occupanda redimere velle asseruerint, quintum decimum [diem diei]..... [exseq]uutionis eorundem nostri et vestri hominum pro termino redemptionis eorundem coram nobis comparendis deputet et assignet, occultatores .... evocet eosdem contra annotatum actorem ad prescriptum quintum decimum diem diei exsequutionis prenotate nostram in presentiam rationem .... [hu]iusmodi possessionarie reambulationis, estimationis et occupationis ac titulo pignoris statutionis, rerumque et bonorum ablationis seriem .... terminum ad prescriptum nobis amicabiliter rescribatis. Datum

1520. mart. 7. loco et termino in prenotatis, anno domini Millesimo quingentesimo [vigesimo supra dicto.]*)

Lecta et correcta per Ambrosium
Zwchaky notarium.

Kivűl: Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Colosmonostra pro egregio Gregorio Erdely de Somkerek contra nobilem Nicolaum Zekel de Wayda Zenthywan super quadam possessionaria reambulatione, estimatione, occupatione ac titulo pignoris statutione, rerumque et bonorum ablatione per nostrum et vestrum homines modo intra scripto fiendis memorialis, quarum series ad terminum intra scriptum est reportanda ad iudicem.

Eredetije papíron, záró zöld pecsét nyomaival, *7566.*

XXIV.

Kolosváron, 1521. febr. 2.

Zapolyai János erdélyi vajda előtt Barlabássy Lénárt alvajda küküllő-, fehér-, kolos- és belsőszolnokvármegyei birtokait halála esetére fiai és leányai között elosztja.

Nos Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis, vayvodaque Transsilvanus et siculorum comes etc. memorie commendamus per presentes, quod egregius Leonardus Barlabassy de Hederffaya vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecomes noster coram nobis personaliter constitutus sponte et libere ac viva voce retulit in hunc modum, quomodo ipse digna mentis consideratione perpendens perspicacique meditatione in animo revolvens omnia terrena caduca, ea vero, que vivaci hominum dispositione stabiliuntur, poster(o)rum suorum memorie solertius observantur, proinde volens ipso pronunc divina favente clementia in humanis agente de bonis et iuribus suis possessionariis infra scriptis

*) Arra nézve, hogy ez az oklevél sem később, sem korábban nem kelhetett, v. ö. a kolosmonostori conventnek 1520. mart. 23-án kelt levelével a II. k. CCXXIII. sz. a. elébb.

per semet ipsum acquisitis ac emptis salubrem componere divisionem, unde sui quoque posteri, posteaquam fata sic volent eundem ex hoc ergastulo migrari, fraterna pace persisterent, sicque vita ipsius adhuc durante portiones suorum liberorum utriusque sexus unicuique limitari et impartiri, talem in subscriptis suis bonis per eundem ut premittitur acquisitis et emptis fecisset et ordinasset divisionem inter ipsos suos liberos perpetuo et inconcusse observandam, quod primo portiones sue possessionarie in possessionibus Hederffaya, Mykeffalwa, Kapolna, Cherged, Somosthelke, Abosfalwa, Bessenyew, Chydewthelke, Zylkwut in de Kykellew, necnon Petherffalwa, Marthonthelke, Mykloslaka et Chezthwe in Albensi Transsilvanensi ac Ikland, Bodon, Kementhelke, Zengyel, Kapws, Zakaal et Gerebenes in Thordensi, Arankwth, Moch, Gyeres, Baald, Chehthelke in Colosiensi comitatibus existentibus habite Iohanni, Leonardo et Georgio filiis eiusdem pronunc deo optimo volente viventibus, aliis etiam masculini sexus in futurum forsitan nascendis sive nascituris, demum vero portiones possessionarie in possessionibus Alpreeth, Zowaros, Kalna, Naghmezew, Wasarhel, Anthos, Talasffalwa, Wyffalw, Bwdos, Zaprocz, Zynye et Kecheth in comitatu Zolnok interiori existentibus habite dominabus Katherine Demetrii Nywythody et Magdalene Gregorii Erdely de Somkerek consortibus, necnon puellis Sophie, Barbare et Eufrusine filiabus suis, aliis etiam sexus feminei in futurum etiam nascituris post ipsius obitum devenirent atque succederent effective, ita tamen, ut vita ipsius durante premissa bona et iura possessionaria paterna sua in potestate indivisa erga se permanerent; hoc tamen non pretermisso, quod si temporum in processu pre tacta bona et iura possessionaria in sortem masculini sexus collata per aliquos legitimos impetitores casu ita succedente ab eisdem filiis quospiam alienarentur et dominium eiuscemodi bonorum pacificum possidere non possent, extunc iidem filii sui in pre tactis bonis iuri femineo premisso modo collatis portiones ipsorum semper a prefatis filiabus suis in pre tacto oppido Alpreeth et eiusdem pertinentiis habitas pro se habere possent, et alioqui eedem, portiones iisdem filiabus suis semper inconcusse permanerent

harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in civitate Coloswariensi, in festo Purificationis beatis-
1521. febr. 2. sime virginis Marie anno partus eiusdem Millesimo quingentesimo vigesimo primo.

János Zsigmondnak 1560. *feria quarta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum* (jul. 3.) az Erdélyi Miklós, csernátoni Bernáld Miklós, Barlabássy Gáspár, Ferencz és Lénárt között folyó perben kiadott ítéletlevelében, *7427.*

XXV.

Erdődön, 1521. apr. 7.

Drágfi János törvénytelen fiát Ferenczet törvényesíti s Cseh várát belső-szolnok- és krasznavármegyei tartozékaival együtt neki adományozza.

Nos Iohannes Dragfy de Belthewk comes comitatuum Zolnok mediocris et de Karazna etc. memorie commendamus universis presentes literas nostras visuris, quod nos attentis et consideratis summa et ardua imaginatione fractioneque mentis ob nostra scelera olim acta, qualiter indignationem dei omnipotentis et filii eiusdem domini nostri Ihesu Christi matrisque eius sacratissime virginis Marie evitare valeremus, ex consiliis nonnullorum episcoporum dominorum, fratrum nostrorum et aliorum magnatum nos consulti, ut ad sanctissimum dominum dominum Leonem divina providentia papam decimum Romam accederemus ibique infirmitatem vite nostre et fidei imbecillitatem, quam iure iurando et spontanea voluntate rescinderamus, modis omnibus recuperare conaremur, quod et fecimus, licet satis assiduas et largas fatigationes in itinere sumus perpessi, cum iam venissemus ad dominum papam Leonem decimum eique omnia nostra delicta, quibus deum offenderamus, penitus professi sumus, qualiter mater huius Francisci adolescentis iam filii nostri gravidata fuisset, unde reversi in castrum nostrum Erdewd post spatium et intervallum exigui temporis dominos et fratres, amicos et familiares nostros ubique in vicinitate existentes ad nos convocare fecimus, quibus literulis Rome fuimus omissi tunc manibus nostris tenebamus pro testimonio iustitie publice,

quas tradidimus ad manus Francisci adolescentis iam sepe fati, ex quo divina equitas nos ad id animavit et impulit, ideo maculam geniture ipsius Francisci literis privilegialibus nobis Rome concessis abstergimus et annihilamus, de thoroque naturali legitimamus in thorum legitimum, quoniam semota omni ambiguitate eum nos genuimus, libertatibus et hereditatibus condecoramus et creamus, heredemque reddimus ubique in bonis nostris, ergo castellum nostrum Cheh modo restauratum et erectum cum omnibus eius pertinentiis eidem dedimus et contulimus, omnino in comitatibus Zolnok mediocri et in Krazna existentibus et habitis, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet universis in filios filiorum suorum, heredumque per heredes iure perpetuo et irrevocabiliter dedimus, donavimus et contulimus terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, fenilibus, silvis, nemoribus, dumetis, rubetis, montibus, collibus, vallibus, vineis et earum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis eorundemque locis, clausuris, aggeribus et repleturis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem pertinentibus de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, nullo contradicente, onera et quelibet gravamina Casparis et Balthasaris filiorum nostrorum super nos assumimus, presentibus ibidem reverendissimis ac magnificis dominis Franscisco de Kys Warda electo episcopo Albe Iulie ac altero domino Francisco de Peren electo episcopo Waradiensi, et Casparo Somy de Naghalmas, Nicolao Apaffy de Athkar, Balthasaro Spaczay de Sadan castellano nostro in Debrew, Elia plebano nostro de Erdewd, Michaele de Chegewld plebano nostro de Saarkewz. Datum in castro nostro Erdewd, 1521.
7. die mensis Aprilis anno salutis 1521. apr. 7.

Egyszerű, XVII. századi másolata a Teleki Mihály valamelyik titkárától, *jelzet nélkül.*

XXVI.

Héderfáján, 1525. jan. 28.

Barlabássy Lénárt erdélyi alvajda végrendelete.

Nos Leonardus Barlabassy de Hederffaya vicevayvoda Transsilvanus et siculorum vicecomes etc. memorie commendamus per presentes, quod nos licet eger corpore, mente tamen per omnia sanus in universis rebus nostris mobilibus a deo nobis collatis et propriis nostris servitiis acquisitis atque inventis fecimus tale testamentum, quod ad sepulturam nostram, quam in claustro de Zekel Wassarhel fieri volumus, legamus florenos centum et quinquaginta ac unum equum videlicet maiorem subflavum vulgo keek et arma nostra de Fryzaak. Item supra hoc post animam nostram administrentur iterum floreni centum.

Item domine Magdalene consorti nostre legamus florenos ducentos.

Item monachis in oppido Wassarhel degentibus legamus florenos quinquaginta.

Item monachis de Feyereghaaz legamus florenos viginti quinque.

Item monachis de Meggyes similiter viginti quinque.

Item monachis de Thewwys iterum viginti quinque.

Item heremitis de Zenthkyral legamus iterum florenos viginti quinque.

Item dominus Iohannes Barlabassy canonicus et archidiaconus ecclesie Albensis Transsilvane frater noster habet in possessione Zaagor, que apud nos titulo pignoris habetur, florenos trecentos, quos eidem tempore redemptionis huiusmodi possessionis reddi et exsolvi legamus, sed rogetur sua dominatio, quod quia satis proventus accepimus de illa possessione, ideo velit accipere et contentus esse cum ducentis et quinquaginta florenis; si autem contentari cum his noluerit, extunc redemptores possessionis solvant eosdem ducentos et quinquaginta florenos, residui vero quinquaginta solvantur de pecuniis nostris.

Item portionem condam Petri Wancha, que apud nos titulo pignoris habetur, in possessione Abosffalwa existentem, deposita prius pecunie summa, pro qua obligata est, iuxta contenta literarum fassionalium impignoratitiarum superinde confectarum, si redimere voluerit frater eius, eidem remittere et resignare sine lite committimus.

Item monachis sancti Dominici in Segeswar existentibus legamus florenos viginti quinque.

Item filio nostro Iohanni, ex quo ad presens cepit crescere in servitio, legamus florenos centum, necnon ensem nostram vulgo hegyestewrth totaliter argentatam ac frameam similiter argentatam et deauratam, quam post nos ducere soliti fuerant, necnon sex equos curriferos, quos prefata domina consors de duodecim equis curriferis eidem concedere maluerit simul cum curru thavernicali vulgo az thaarzekeerrel ac omnibus attinentiis eiusdem, necnon duos equos sellatos, unum videlicet roh et alium minorem keek, quem de rheda excipi fecimus.

Item filio nostro Leonardo, ex quo ad studium ire debebit, legamus florenos ducentos.

Item filie nostre Sophie legamus florenos quinquaginta.

Item filie nostre Barbare legamus florenos centum.

Item Eufrosine filie nostre legamus florenos similiter centum.

Item Gregorio Erdely genero nostro legamus florenos quinquaginta quinque, quibus eidem obligamur.

Item monialibus de Wassarhel legamus florenos viginti quinque.

Item servitoribus nostris, quibus tenemur, de rebus nostris satisfaciant.

Item filio nostro Farkasio legamus florenos centum.

Item ecclesie Omnium Sanctorum in Kapolna fundate legamus florenos decem, duos boves; insuper vero alia debita, quibus iuxta continentiam alterius regestri superinde confecti eidem ecclesie obligamur, solvantur.

Capelle in Mykeffalwa fundate legamus florenos decem et unum caliçem argenteum, et unam vestem sacerdotalem.

Item capelle beate virginis Marie in Hederffaya fundate legamus florenos decem.

Item ecclesie sancti Michaelis in Bohnya legamus florenos quinque.

Item monialibus de Meggyes legamus florenos quinque.

Item Gregorio Zakay in Kapolna commoranti legamus florenos quinque.

Item Iacobo Zabo de Meggyes pro pretio cuiusdam pelli legamus florenos quinque.

Item Elie Thot in Coloswar tenemur florenis duobus, solvantur.

Item de florenis centum pro homagio condam Ladislai Lwpsay manibus nostris tanquam communibus datis et assignatis, demptis illis, quos fratribus eiusdem condam Ladislai Lwpsay, *) qui morte eiusdem Ladislai laboraverunt apud nos, restant floreni sexaginta sex, quos filio eiusdem Ladislai Lwpsay solvi et reddi committimus.

Item domine consorti Blasii Theke pro dotalitio suo, (quod) scilicet apud nos iure mediante remanserit, florenos quinquaginta reddi legamus.

Item arma nostra legamus filio nostro Iohanni.

Item sex equos curriferos cum curru legamus prefate domine consorti nostre.

Item swbam scharlath legamus filie nostre Barbare.

Item filie nostre Eufrosine de equis nostris equatialibus legamus viginti, necnon unam tunicam nostram scharlath.

Item unum vas vini legamus heremitis de Zenthkyral.

Item aliud vas vini legamus monachis de Wasarhel.

Item res argenteas ac thapeta, oves, boves, pecora et pecudes simul cum aliis rebus domesticis, iuxta regni consuetudinem inter dominam consortem ac filios et filias nostras communi et equali divisione habente ipsis legamus.

Item cum illis ducentis florenis, quos nobiles de Haranglab propter pertinentias possessionis Wyngarth a condam Iohanne Horwat levaverant, et quos tandem idem ad nos dederat, nos vero filiis et filiabus nostris alia bona sci-

*) Valami innen kimaradt.

licet Alpreet cum suis pertinentiis emimus, et si filii nostri seu filie nostre in pertinentiis Wyngarth portiones suas pretendere voluerint, isto modo predictos ducentos florenos dictis nobilibus de Haranglab persolvant.

Item illos ducentos florenos, qui de ablatione auri a quodam servitore Iohannis Hwzar in Cibinio residentis facta ad nos venerunt, si ius ita monstraverit, ut restitui debeant, extunc restituantur de pretiis vinorum et acervi decimalium, que in Dewa sunt, necnon de taxa kenesiorum de Jofew apud manus Pauli Bancza existente.

Item ibidem in Dewa apud domum Iohannis literati auri campsoris nostri et in castro sunt larda centum et viginti, quorum centum administrari faciant huc ad domum nostram domine consorti nostre, decem vero eorundem legamus monachis de Hwnyad, reliqua vero maneant ibidem in Dewa ad usum castri.

Item filie nostre Anne in cunabulis existenti florenos quinquaginta legamus.

Item pro salute anime cuiusdam servitoris nostri interfecti Sysak vocati ecclesiis hic prope existentibus legamus florenos triginta duos.

Item filie nostre Magdalene, consorti Gregorii Erdely legamus florenos quinquaginta, necnon de equis nostris equatialibus decem.

Item unam frameam argentatam et deauratam legamus filio nostro Farkasio.

Item filie nostre Sophie legamus unam cuppam argenteam deauratam et quatuor cochlearia argentea, ut tempore maritationis sue sibi dentur.

Item domine consorti nostre legamus similiter unam cuppam argenteam deauratam.

Item singulis filiis et filiabus nostris legamus singulam unam cuppam argenteam deauratam, excepta domina Magdalena consorte Gregorii Erdely.

Item pro morte Martini Molnaar de pretio predictorum lardorum de Dewa adducendorum ecclesie parochiali de Adamos legamus florenos viginti.

Item Petro Kys pro servitiis suis legamus florenos viginti.

Item servitoribus nostris videlicet Valentino Elekessy, Stephano literato et Iohanni Zekel, qui scilicet sine conventione sunt, singulis eorum legamus singulos florenos sex et singulum unum equum iuvenilem; aliis vero, qui conventionales sunt, solvatur secundum conventionem eorum.

Item Anthonio patri capellano nostro ad annum preteritum obligamur florenis sex, solvatur.

Item cuidam Andree presbytero, alias similiter capellano nostro, qui iam obiit, florenis tribus, solvatur.

Item filiis condam Iohannis Barlabassy fratris nostri pro pretio quarundam cupparum obligamur florenis centum et quinquaginta, solvantur.

Item inter vestimenta, que alias quorundam boyeronum fuerant, habentur purpura et atlacz, illa vestiantur ad filios et filias nostras.

Item illud aurum trium marcarum, quod apud dominam consortem nostram in pulvere habetur, ad hoc legamus, ut si necesse fiet, posita ratione cum domino meo gratioso domino scilicet comite et vayvoda de auri campsione ad tanti temporis spatium, quo castrum Dewa tenuimus, si aurum illud vel in parte vel in toto illuc dari debuerit, extunc illuc detur, sin autem maneat apud eandem dominam consortem nostram cum reliquis pecuniis, de quibus eadem domina consors nostra post obitum nostrum nutriat filios et filias nostras in tenera etate existentes videlicet Barbaram, Eufrosinam, Farkasium et Annam.

Item Paulo Was pro servitiis suis legamus de equis nostris equatialibus sex, de ovibus vero quinquaginta.

Item Anthonio patri capellano nostro supra servitium suum legamus unum iuvenilem equum.

Similiter et Gregorio presbytero, plebano de Kapolna unum iuvenilem equum et unum bovem.

Item et presbytero tempore obitus nostri vel post in Mykeffalwa existenti legamus unum iuvenilem equum.

Item catenam auream legamus consorti nostre.

Item homines, quos in possessione Deesffalwa in ne-

gotio nostro cum Petro Wancha habito vulneraverunt, ex bonis et rebus nostris contentos reddant.

Item de florenis centum, quibus domine relicte condam Iohannis Lwlyay de Cibinio obligamur, satisfaciant.

Item maiorem dextrarium nostrum, qui alias Emerici ducis fuerat, legamus domino Iohanni archidiacono fratri nostro; alium autem dextrarium, qui Dominici Lazar fuerat, legamus Alexio Haranglaby.

Tuitionem bonorum nostrorum ac filiorum et filiarum nostrarum inprimis legamus prefato domino nostro gratioso, expost vero tutores et exsecutores legamus prefatum dominum Iohannem Barlabassy archidiaconum, Franciscum Appafy, Marcum Pemfflinger iudicem regium Cibiniensem, Alexium de Haranglab et Iohannem plebanum de Bohnya.

Item quod huic testamento nostro nemo ex filiis, filiabusque nostris contradicere valeat, nam apud manus dicte domine consortis nostre, excepto auro trium marcarum, paratis in pecuniis sunt florenorum duo millia necnon trecenti et duo, de quibus predicta omnia ordinentur; relique autem pecunie et res mobiles videlicet boves, vacce, oves, scrophe, vina, frumenta et alia infra illud tempus, quo eadem domina consors nostra se ad secundas nuptias transferre voluerit, non dividantur, sed apud manus suas existant, et de iisdem filios et filias nostras ipsa nutriat. Filius vero noster Iohannes de servitio cito domum venire non permittatur, similiter et Leonardus mittatur ad locum studii. Datum in Hederffaya predicta, sabbato proximo post festum Conversionis beati Pauli apostoli anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. 1525. jan. 28.

János Zsigmondnak 1560. jul. 3-án kelt itéletlevelében, *7427.*

XXVII.

(Aradon) 1525. maj. 14.

Az aradi káptalan előtt Illyei György és az Illyei Tamás özvegye Katalin asszony a biharvármegyei Illyén, Csemegen és Kengyelszegen levő birtokaikat elcserélik.

Nos capitulum ecclesie Orodiensis memorie commendamus per presentes, quod Georgius filius quondam Ladislai de Illye coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus in hunc modum, quomodo ipse . . . . et totales portiones suas possessionarias in possessionibus Illye prefata, ac Chemeg et Kengyelzeg vocatis in comitatu Bihoriensi existentes, que in eius . . . . . . et iuribus possessionariis quondam Thome de prefata Illye ad . . . . [simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet] arabilibus cultis et incultis, [agris, pratis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem] equalem medietatem earundem portionum possessionariarum [prefati quondam] Thome Illyey in prescrip[tis possessionibus Illye predicta, ac Chemeg] et Kengyelzeg habitarum [spectantibus, quam] domina Katherina post mortem et defectum eiusdem quondam Thome [Illyey ma]riti sui hactenus pacifice possedisset, atque aliorum etiam bonorum et iurium possessionariorum ipsius quondam Thome Illyey . . . . [simul] cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, [pascuis, fenetis, silvis], nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et [eorundem locis, generaliter vero q]uarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis et appellatis ad easdem [de iure et ab antiqu]o spectantibus et pertinere debentibus prefato Georgio Illyei, suisque heredibus et posteritatibus universis pure et simp[liciter re]si-

gnasset; econverso vero idem Georgius Illyey residuam aliam directam et equalem medietatem earundem totalium [portionum possessi]onariarum ipsius quondam Thome Illyei una cum domo et curia nobilitari eiusdem quondam Thome Illyey in predicta . . . . . . ac directa medietate molendini in fluvio Gepes vocata in territorio ipsius possessionis Illye decurrentis habit[is, necnon eiusdem medi]etatis portionum et iurium possessionariorum, domusque et curie nobilitaris utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet [arabilibus cultis et] incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, [aquis, fluviis, pisci]nis, piscaturis, molendinis et molendinorum locis, generaliter autem quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum [integritatibus, quov]is nominis vocabulo censeantur, ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus eidem domine Ka[therine ratione dotis] et rerum suarum parafernalium ipsi domine Katherine de prescriptis po[ssessio]nibus et iuribus possessionariis dicti c[ondam mariti sui prove]nire debentium vita solummodo sua durante ac comite dedisset, annuisset (et) concessisset tenendam, possidendam, utendam [pariter et habendam, imo] prefata domina Katherina remisit et resignavit, necnon ipse Georgius Illyei dedit, annuit et concessit, [tali tamen] conditione adiecta et interposita, quod memorata domina Katherina prefatam rectam et equalem medietatem dictarum portionum et iurium possessionariorum antefati quondam Thome Illyei modo premisso sibi concessam simul cum dictis domo et curia nobilitari et medietate molendini et aliis supra dictis, earundem utilitatibus et pertinentiis cuicunque filiarum suarum, non tamen alienis quibuspiam vol[uer]it, in prenarratas dotem et res suas parafernales liberam, plenam atque omnimodam legandi et committendi habere posset authoritatem, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in dominica Cantate, in profesto videlicet beate Sophie vidue 1525.
anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. maj. 14.

Az erdélyi káptalannak 1700. nov. 1-én kelt átíratában, *8157*.

IGAZÍTANDÓK.

					Hiba.	Igazítás.
40. l.	felülről	a	13.	sorban	Iohannes	Iohannis
44. l.	»	a	8.	»	descedendo	descendendo
73. l.	alulról	a	8.	»	con vinci	convinci
74. l.	felülről	a	14.	»	és András	
79. l.	»	a	14.	»	rio m	riorem
85. l.	»	a	6.	»	Stephanum,	Stephanum, Stephanus *)
85. l.	»	a	15.	»	Balthasarem,	Balthasarem et **)
85. l.	alulról	a	11.	»	Laurentium ;	Laurentium modernum ; ***)
113. l.	felülről	a	10.	»	Gawara	Bawara
114. l.	»	az	1.	»	septua	septua-
127. l.	»	az	5.	»	erdélyi	Erdélyi
184. l.	alulról	a	12.	»	Stephanus	Stephani
224. l.	»	a	2.	»	Zuchky	Zuchaky
234. l.	»	a	10.	»	Zuchk	Zuchak
262. l.	»	az	5.	»	nov. 18-án	nov. 16-án
307. l.	felülről	a	7.	»	Herthó	Hertzon
384. l.	alulról	a	2.	»	ea	ea-
400. l.	»	a	12.	»	eadem	eodem
401. l.	»	az	1.	»	dumtaxa	dumtaxat
422. l.	»	a	15.	»	ntre	nostre
438. l.	»	a	3.	»	*Sma*	*Sima*

---

*—***) E betoldások az idézett lapon közölt genealogiai táblázatnak egy, a m.-vásárhelyi levéltárból később elékerült másod példánya alapján történtek. Eredeti, *6638*.

A kötethez mellékelt pecsétrajzok jegyzéke.

NÉV- ÉS TÁRGYMUTATÓ.

RÖVIDÍTÉSEK.

szn. = személynév.
fly. = folyó.
b. = birtok.
hn. = helynév.
k. = kanonok.
vm. = vármegye.
m. = megye.

A nevek után álló ezeres számok az évet, a római számok a kötetet, az arab számok a lapot jelentik.

*) Mocsi Sandrin fia Miklós és társa helyesen *kolosi* szolgabírák.

*) Ma Kézdi-Vásárhely egy része.

*) Helyesen *Kolos* lenne.

*) Helyesen *Kolos* lenne.

*) A rubrumban *János* hibásan.

*) E helyen Jusztina az *Osvát* leányának mondatik.

*) A kolosm. convent hibásan mondja ezeket *Teremi*eknek *Cserényi* helyett.


0241039